2 omne *om. cod. Med. Pat.* 6 si superst. *in lem. cod.* superst. *Med. Pat.* sit sup. *Fabr.* iocunda *cod. Pat. Med.* inc. *Fabr.* 7 bis posuit part. si sed *cod.* (*idem coni. Bentl. om.* sed) bis pos. periculam si *Med.* posuit per. si *Pat.* bispos. per. si *Fabr.* 8 iocunda *hic quoque Med. Pat.* sit *add. ex cod.* 9 ex eo *pro* i. e. *libri* 11 si contra *in lem. om. Fabr.* contra *post lem. add. ex cod.* 16 oratio *cod.* 20 quem *non* qua *libri* 21 aut *add. ex cod.* ait *Pat. Med. Om. Fabr.* 23 labor uult non *Edd. Vt nos cod.* 27 imbellem *Fabr.* imbecillem *rell.*

1* *Plaut. in Artemone apud Festum p. 305 ed. Muell. Cfr. p. 433, 1 Bothe* 2* *Aen. IIII 41*

15. *quid iuuem m.* Humanae mentis ratio est ut dilectis plus timeatur absentibus propter diuersas suspitiones. Dicit ergo non quod comitatu suo imbecillis fortissimum uirum posset iuuare, sed aut praesens cum eo tutior esset aut sa-
5 lutis eius minorem praesens sustineret sollicitudinem. Lucanus ut timorem sollicitae mentis ostenderet canit: [1*] euentus belli sciat ultima coniunx *ACR.*

17. [*comes.* Si comes sum *ACR.*]

comes m. s. f. i. m. q. m. absentes h. Sensus est: si co-
10 mes sim minorem metum patiar qui semper absentibus maior est. Et attende a singulari numero ad pluralem transitum fecisse [nunc] *POR.*

19. *ut ass. impl. p. a.* Apta inertium curae auium comparatio; illae enim nidos non relinquunt cura pietatis dum
15 uindicare non possunt *ACR.*

ut adsidens inplum. p. a. serp. adlapsus t. Attende elocutionem *illis* timet non *illos* timet. Sic et Terentius: [2*] Sýre tibi metuí male *POR.*

20. *serpent all.* Vt ipsa serpentium incursus timet magis
20 pullis relictis *ACR.*

21. *non ut adsit auxili l. p. p. Sit* uerbum hic deest et *si* particula quia ordo et sensus hic est: Non ut plus auxilii praesentibus sit latura si adsit *POR.*

23. *libenter h. e. o. m. b.* Noue et eloquenter dixit: *mi-*
25 *litabitur bellum* ut: 'pugnam pugno', 'seruitutem seruio' *ACR.*

24. *in tuae sp. gr.* Non spe praedae sed gratiae Maecenatem se dicit nolle deserere *ACR.*

[25. *illigata.* Implicata illaqueata *ACR.*]

1 ut per diu. susp. dilectu plus tim. abs. *Fabr. Vt nos cod. Med.* 3 quod non *cod. Med.* 4 esse *et* sustinere *Fabr.* (*Fort. post* sed *repetendum erat* quod) 7 sciet *cod. Med.* sciat *Fabr.* 8 *hoc schol. om. cod. Med.* 10. 11 absentibus ess & att. *Pat.* abs. esset att. *Med.* absentibus esse solet. Att. *Fabr.* abs. maior est. Et att. *cod.* 12 nunc *om. cod.* (*recte; nam ortum ex* ut *seq. lemmatis*) 16 adsidens inplum. *et* adlapsus *sic cod.* 17 illis timet per datiuum casum non pro illis timet *sic Edd. Vt nos cod.* 18 Syre tibi metuit (*om.* male) *Med. Pat.* 21 auxilii *cod.* 28 *hoc schol. om. cod. Med.*

1* *Lucan. V 779* 2* *Terent. Heauton timor. III 2, 20 (531) Fleckeis.*

27. *ante s. f.* Ante caniculares dies *ACR.*

lucana m. pascua. Id est: non ut saltus Lucaniae aestiuos accipiam ad quos greges uitantes aestus Calabriae transferantur *ACR.*

pecusue c. a. s. f. luc. m. pascua. Ambigua quidem elocutio est: sed cum *ante sidus feruidum* dicat et Calabriam manifestissimum sit caloratam esse, apparet eum hoc dicere, non ut pecus ante feruentissimum aestatis tempus ex Calabria in Lucaniam transeat *POR.* 5

29. *superni.* Alti i. e. in superiore positi *ACR.* 10

candens. Aut pro altitudine niuosa aut marmoribus compta *ACR.*

30. *circ. t. m.* Telegonus Circes filius Tusculum condidit. Aut *Circaea* moenia, 'Campaniae'; i. e. nolo continuare agros tusculanos usque ad circaeum *ACR.* 15

circ. t. m. Tusculum intellegendum quia Telegonus Circes et Vlixis filius hoc oppidum condidit. Sensus est autem: neque ut in Tusculano possideam uillarumque ibi aedificia usque ad ipsam urbem extendam *POR.*

31. *satis s. m. b. t. d.* Donatum sibi in Sabinis fundum a Maecenate Horatius saepe testatur *POR.* 20

benignitas. Liberalitas *ACR.*

32. *parauero.* Adquisiuero et est pronuntiatiuum futuri temporis, ut: 'docuero'. Vergilius:[1*] d o n e c m e f l u m i n e u i u o A b l u e r o *ACR.* 25

33. *ut Chremes.* Nomen in Terentio diuitis et tenacis *ACR.*

quod aut a. u. Ch. t. p. Quoniam Chremes nomen senis est in comoediis; ibi enim fere senes auari finguntur. Vnde uidetur non inmerito Chremen auarum dixisse. Sensus autem: 30

7 calidam *Edd.* caloratam *cod.* *(quae uox est rarissima)* 18 at neque in *Pat. Med. Fabr.* ut neque in *cod.* uillam quae ibi aed. habeat u. a. i. urbem *Edd.* *Vt nos cod.* 21 testatus *Edd.* testatur *cod.* 23 pronunciatum *Med.* pronunciatunm *Fabr.* pronuntiatiuum *cod.* *(de quo cfr. Diomed. p. 329 P. p. 338, 25 Keil.)* 24 docuero orauero *cod.* 29 fere senes *cod.* senes fere *Pat. Med.* fere *Fabr.* 29. 30 unde u. n. in mer. *cod.* uidetur u. imm. *Med.* uidetur non unde merito *Pat.* uid. non immerito *Fabr.* 30 chremetem *Fabr.*

1* *Aen. II 718*

non studebo nummos adquirere quos thesauris conditos terra subfodiam. Per quod ait se nolle nummos habere plures quam opus sint ac per quos sollicitam habeat uitam *POR*.

34. *discinctus*. Dissolutus et liberius agens, ut:[1*] Mal-
5 chinus tunicis demissis ambulat. — *nepos*. Luxuriosus neglegens *ACR*.

disc. aut p. ut nepos. Discinctos pro neglegentibus solemus et nos dicere. *Nepotem* autem ueteres prodigum et luxuriosum dicebant quia re uera solutioris delicatiorisque uitae
10 soleant esse qui sub auo nutriantur *POR*.

EPODOS II.

Beatus ille q. p. n. Laus uitae rusticae. Vergil.:[2*] O fortunatos nimium sua se bona norint Agricolas. — *negotiis*. Litibus siue difficultatibus urbanis *ACR*.

Beatus ille q. p. n. Hac ode laus rusticae uitae con-
15 tinetur. *Negotia* autem hic molestias urbanae uitae uult intellegi *POR*.

2. *ut pr. g. m.* Antiquitatem significat cuius aurea saecula credita sunt quod praeter ciuitatum munitiones omnes in agris uiuebant *ACR*.

20 3. *exercet*. Colit, ut:[3*] Exercetque frequens tellurem atque imperat aruis *ACR*.

4. *sol. o. f.* Liber a debitis et fenore *ACR*.

5. *classico m. t.* Terribili tuba, ut:[4*] nec somnos abrumpit cura salubres *ACR*.

1 acquir. *Edd.* adq. *cod.* 1. 2 terra suff. *cod.* terrae subf. *Edd.* 2 se *add. ex cod.* 3 sint *cod.* sit *Edd.* 7 et nepos *Pal.* ut n. *rell.* 8 solent dicere *Edd.* *Vt nos cod.* 9 solutiores delicatioresq. uictus *Pal. Med.* solutiores delicatiorisq. uictus *Fabr.* *Vt nos cod.* 10 nutriuntur *Edd.* 14 haec ode laudes u. r. continet *Edd.* *Vt nos cod.* 15 per negotia *Fabr.*

1* *Hor. Serm. I 2, 25* 2* *Georg. II 458* 3* *Georg. I 99* 4* *Georg. III 530*

neque exc. cl. m. t. reliqua. Eleganter ostendit incommoda quibus rustici carent *POR.*

6. *horret.* Timet. — 7. *forumq. u.* Vt: [1*] Insanum forum aut populi tabularia uidit *ACR.*

7. 8. *et sup. c. p. l.* Salutationes potentiorum uitans, ut: [2*] 5
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis uomat aedibus undam *ACR.*

et sup. c. p. l. Sulutationum officia dicit *POR.*

9. *adulta u. p.* Pro 'adultarum', quae iam duci et propagari possunt *ACR.* 10

10. *altas m. p.* Coniungit; sic enim *maritat* hic dixit ut supra *uiduas arbores* uitibus carentes *ACR.*

alt. maritat p. Proprie maritari arbores dicuntur cum uites eis adiunguntur; sed speciem pro specie posuit; non enim populi maritari sed ulmi solent. Hinc autem iam com- 15 moda rusticae uitae enumerare ac describere incipit *POR.*

11—16. *in reducta u.* Depressa siue secreta aut certe flexuosa dum sequitur montes. — 12. *errantes.* Libere pascentes, ut: [3*] Ille meas errare boues. — 13. *inut. f. r. a.* Putatorem significat arborum. — 14. *fel. ins.* Fertiles, ut: [4*] 20 Exiit ad caelum ramis felicibus arbos. — 15. *aut p. p. m. c. a.* Hoc est: fauos premit ut ceram separet et mel sincerum reparet. — 16. *aut tondet i. o.* Aut quae aestu uelleribus premantur aut relictas taedio *ACR.*

17. *mitibus.* Veluti de aestuum nimietate *ACR.* 25

uel cum d. m. p. a. auct. a. ext. Poetica phantasia; finxit auctumnum quasi corporalem deum pomis coronatum *POR.*

19. *insit. d. pira.* Proprii laboris fructum, ut: [5*]
Insere Daphni piros *ACR.*

insit d. pira. Merito *insitiua;* nam pirorum arbores quae 30 sponte natae sunt necesse est dura atque aspera poma dent *POR.*

1 et reliqua *cod. Pat. Med.* nec horret i. m. f. u. *sic Fabr.* 1. 2 incommoda uitae *Edd.* 26 *interpunctio post* phant. *poterat etiam omitti sed cum cod. posui* 28 pira (*non* pyra) *cod. et Acr. et Porph.* 31 necesse est ut *Fabr.* dent poma *Fabr.*

1* *Georg. II 502* 2* *Georg. II 461* 3* *Bucol. I 9* 4* *Georg. II 81* 5* *Bucol. VIIII 50*

20. *cert. e. u. p.* Vt:[1*] Purpureae preciaeque *ACR.*

21. *qua m. t. Priape.* Dignis donis deorum *ACR.*

q. muneretur t. Pr. Et *munero* et *muneror* in actiua significatione recte dicitur *POR.*

5 22. *Silu. t. f.* Custos agri siue fructuum *ACR.*

23. *Libet iacere.* Introducit quendam feneratorem loquentem et laudantem uitam quietam nec tamen suum propositum deserentem. — *antiqua ilice.* Antiqua, 'magna'; ut:[2*] Forte sub arguta consederat ilice Daphnis. [Hoc est refu-
10 gio apta pastorum] *ACR.*

24. *modo tenaci gr.* Quod terram radicibus stringat [et cespite]. — [25. *interim.* Interea] *ACR.*

26. *queruntur in siluis a.* *Queruntur,* inquit, quoniam ueteres omnium animalium uoces praeterquam hominum que-
15 relas dicebant. Denique et Verg.:[3*] Et cantu querulae rumpunt arbusta cicadae, inquit; et de ranis:[4*] Et ueterem in limo ranae cecinere querelam, et de bubus:[5*] atque omne querelis impleri nemus *POR.*

27. *fontesq. l. o. m.* Strepitu suo somnos suadent, ut:[6*]
20 Saepe leui somnum suadebit inire susurro *ACR.*

f. l. o. m. s. q. i. leues. Suauis elocutio: fontes obstrepunt quod somnos inuitet *POR.*

28. *quod.* Quae res, ut Terentius:[7*] qui habêt salem Quod in té est i. e. quae res *ACR.*

25 29. *annus hib. I.* Id est, hiberna pars anni, ut:[8*] Iuppiter uuidus austris *ACR.*

aut c. t. a. h. I. Annus hibernus pro 'hibernum tempus anni.' Nota autem synecdochen esse annum pro parte anni

6 *ab hoc schol. nouum carmen incipit cod. sed cum Med. priorem partem usque ad* deserentem *om.* 9 sub antiqua *COM. CR.* sub arguta *libri cum codd. Verg.* 10 *inclusa uerba aut eicienda aut certe corrupta sunt* (*fortasse in* apta *latet* aperta *s.* aprica *et scr.* ad ap.) 14. 15 hominum querelas *cod.* hominis querelam *Edd.* 15 deniq. et Verg. *cod.* Verg. deniq. *Edd.* 16 inquit *om. Fabr.* 18 bubus *cod.* bobus *Edd.* impleri *Edd. et codd. Verg.* impleuere *cod.* 26 humidus *cod. Med. Cfr. Wagneri adnot. crit. ad locum Verg.* 28 notā *sic cod.*

1* *Georg. II 95* 2* *Bucol. VII 1* 3* *Georg. III 328* 4* *Georg. I 378* 5* *Aen. VIII 215* 6* *Bucol. I 55* 7* *Terent. Eunuch. III 1, 9 (400) Fleckeis.* 8* *Georg. I 418*

dicere. Sic et Verg.:[1*] N u n c f r o n d e n t s i l u a e n u n c f o r m o s i s s i m u s a n n u s *POR.*

30—32. *comparat.* Colligit. — 31. *trudit.* Excludit expellit, ut:[2*] f r u s t r a o p p o s i t u m t r u d e n t e s p e c t o r e m o n t e m. — *multa cane.* Feminino genere canem dixit, ut:[3*] 5
u i s a e q u e c a n e s u l u l a r e p e r u m b r a m. — 32. *obstan. pl.* Fugae aprorum; oppositas plagas h. e. retia, ut:[4*] R e t i a r a r a p l a g a e l a t o u e n a b u l a f e r r o *ACR.*

33. *amite.* Pertica qua rete tenditur; *leui.* Limpido gracili *ACR.* 10

aut a. l. r. t. r. Amites hodieque appellantur forculae quibus retia in uenatione uel aucupio suspenduntur, et est figura ἐπεξήγησις quia retia doli sunt *POR.*

34. *turdis e. d.* Epitheta singulis dedit turdos edaces dicendo et pauidos lepores. — 35. *aduenam gr.* Quia trans- 15
marinae sunt, ut:[5*] S t r y m o n i a e q u e g r u e s. — 37. *quis n. m. q. a. c. h.* Amor i. e. auaritia habens malas curas i. e. cupiditates *ACR.*

39. *pudica.* Casta, ut:[6*] c a s t u m u t s e r u a r e c u b i l e C o n i u g i s e t p o s s i t p a r u o s e d u c e r e n a t o s *ACR.* 20

quod si p. m. i. p. i. Non ait: quod si pudica uxor rustico contingat [qualis sabina]; nec enim existimat difficile esse rusticam uxorem pudicam esse cum omnes pudicas esse intellegi uelit: sed hoc ait: quod si et uxorem habeat quae alioqui pudica est; potest autem utique accidere ut uxor ei 25
non sit quam nondum duxerat uel quod aliquo casu adempta sit *POR.*

41. *sabina q.* Exempla pudicitiae a mulieribus rusticis

5 ut *addidi ex cod. Med.* 8 lato uenab. ferro *om. Fabr.* 9 qua rete tend. *om. cod. Med.* 11 furculae *Fabr.* forculae *rell.* 12 uel auc. *cod.* uel in auc. *Edd.* 20 possit paruos *cod. Med.* paruos possit *Fabr.* 21 si et pud. uxor *Edd.* 22 rusticis *Fabr.* rusticus *Pat. Med.* rustico *cod.* qualis sabina *om. cod.* 23 pudicam cum *Fabr.* 25 alioqui *pr. m. cod.* alioquin *Edd.* accidere idonea ut est consuetudo rustica ut *Pat. Med.* accidere, ut est cons., rustica ut *Fabr. Vt nos cod.* 26 uel quia nond. ducta est uel quia *Edd. Vt nos cod.* 28 rusticis *om. cod.*

1* *Bucol. III 57* 2* *Georg. III 373* 3* *Aen. VI 257* 4* *Aen. IIII 131* 5* *Georg. I 120* 6* *Aen. VIII 412*

sumpta. — 42. *pernicis.* Celeris uelocis impigri, ut: [1*] Progenuit pedibus celerem pernicibus alis *ACR.*

43. *sacrum u.* Dis enim penatibus sacer focus est. — *extruat l. f.* Vt post laborem diligentia et studio reficiatur
5 uxoris *ACR.*

sacrum u. e. l. f. Proprie hoc rusticae uitae est focum amare; *sacrum* autem dixit quia ara deorum penatium est focus *POR.*

45. 46. *claudensq. t. cr.* Crates a pastoribus texi con-
10 sueuerunt ad mutandas pecudibus mansiones, ut appositae greges muniant ab incursione ferarum, ut: [2*] Cum fremit ad caulas. — *laetum.* Aut fecundum aut pingue. — 46. *distenta.* Plena, ut Lucanus: [3*] Distentas siccant pecudes. — *siccet.* Mulgeat exprimat *ACR.*

15 47. *horna.* Nouella. — *dulci dolio.* Hypallage pro: dulcia uina *ACR.*

et horna d. u. p. d. Horna uina dicuntur huius anni; non ergo *dulci dolio* ut dictum est sed translato epitheto *dulcia uina* intellegamus; hec quoque autem ad idioma ru-
20 sticae simplicitatis pertinet hornum uinum bibere *POR.*

48. *dapes i.* Suo labore praeparatas i. e. gratuitas, ut: [4*] dapibus mensas onerabat inemptis [Vxor]. — *apparet.* Scilicet uxor *ACR.*

dapes i. apparet. Vergilianum est; sic et ille cum de
25 uita rustica loqueretur ait: dapibus mensas onerabat inemptis *POR.*

49—52. *lucrina.* De Lucrino Baiarum lacu. — *iuuerint.* Delectauerint, ut: [5*] iuuat euasisse tot urbes argolicas. — 50. *magisue rhombus.* Rhombus et scarus pisces sunt
30 pretiosi et sapore et raritate. — 51. *eois.* Orientalibus. —

7 autem focum *Fabr.* 14 *hoc postr. . schol. et duo quae secuntur om. cod.* 18 translatio epitheton *Med. Pat.* translatio *ἐπιθετο pr. m. cod. sed alt. ν add.* 22 Vxor *non est apud Verg. Om. simul cum seq. schol. cod.*; *habet Med. sed seq. schol. omisso* 24 apparat *cod.* (*idem* honerabat) 30 eois. Orient. *om. cod. Med.*

1* *Aen. IIII 180* 2* *Aen. VIIII 59* 3* *Lucan. IIII 814* 4* *Georg. IIII 133* 5* *Aen. III 282*

52. *hiems.* Tempestas, ut: [1*] Dum pelago desaeuit hiems *ACR.*

non m. l. iuu. c. magisue r. a. scari s. q. eois intonata fl. h. a. h. u. m. Intellegi uult scaros pisces in orientali mari esse et difficile fieri, ut circa Italiam capiantur, nisi 5 quos inde uiolentia tempestatis adduxerit *POR.*

53. *non afra auis.* Struthio *ACR.*

non afra auis. Afram auem gallinam numidicam dicit *POR.*

54. *non attagen ion.* Attagines in Ionia abundare dicun- 10 tur; et *attagen* masculino genere declinauit *ACR.*

non att. i. Cum attagenas feminino genere uulgo dicant adnotandum quod masculino genere hic dixerit. Attagen autem auis est asiatica inter nobilissimas habita; *ionicus* uero ab Ionia dictus est quae est regio Asiae in qua est Ephesus 15 *POR.*

55. 57. *quam l. d. p. o. r. a.* Nullas dicit delitias boni agri fructibus conferendas. — 57. *aut h. lapathi.* Ostendere uult agrum praeter utilitatem fructuum etiam herbas salutares afferre *ACR.* 20

59. *uel agna f. c. term.* Ad excludenda enim iurgia Terminaliorum dies fuerat constitutus qui per epularum festiuitatem caesis agnis seruari faceret fines constitutos; siue in honorem mortuorum ipse colebatur dies et post parentalia, eo quod in sacris Termini poneretur *ACR.* 25

uel a. f. c. t. u. haedus e. l. Iucunde expressit rusticorum frugalitatem *POR.*

60. *uel h. e. l.* Factus gratior ex perdito *ACR.*

62. *properantes.* Festinantes ad stabula, ut: [2*] Ipsae lacte domum referent distenta capellae Vbera 30 *ACR.*

3 scauri *et paulo post* scauros *cod.* 5 circa Italiam *cod.* etiam in Italia *Edd.* 8 autem *pro* auem *Fabr.* 11 masculini generis *cod. Med.* l. t
12 attagenas *sic cod.* 13 adnotandum *cod.* attendendum *Edd.* 14 est *add. ex cod.* 15 urbs Ephesus *Edd.* Eph. *cod.* 24 parentalia est *Fabr.*
25 terminus *cod.* terminis *Med.* *(Ceterum non reticebo alteram interpretationis partem mihi non liquere; cfr. Merkel. Ouid. Fast. p. XL et CLVI)*

1* *Aen. IIII 52* 2* *Bucol. IIII 21*

63. *fessos.* Ipso labore, ut:[1*] Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci. — [*languido.* Labore fesso] *ACR.*

uidere fessos u. i. b. c. t. l. Hoc uergilianum illud est:
5 Aspice aratra iugo r. s. i. *Languido* autem collo: 'lasso'. Et utique uoluptas domino hinc est cogitanti quantum utilitatis ex aratione ager contulerit *POR.*

65. *positosq. u. d. e. d.* Pueri domi nati uernae dicuntur, ut:[2*] Vnus uernula tres domini. *Examen* uero ad
10 infantium multitudinem rettulit *ACR.*

pos. u. d. e. d. Hoc est, qui uernae ditem domum faciunt; hic *ditem* frequentem ac familiosum accipe, nec ultra hoc ditem domum intellegas cum de rustico patre familias loquitur *POR.*

15 66. *renidentes.* Scilicet splendentes aut uultu aut garrulitate. — *lares.* Focos metonymicos *ACR.*

67. *haec u. f. Alfius.* Feneratorem quendam inducit Alfium qui laudans uitam rusticam commoda tamen fenoris non omittit *ACR.*

20 *haec u. locutus fen. Alf. i. i. f. r. et reliqua.* Vrbanissime in postrema ode finxit haec non de sua persona dicta esse sed ex cuiusdam feneratoris; per quod uult intellegi neminem nescire quid iucunditatis habeat uita rustica nec tamen quemquam ab ea in qua consueuerit posse discedere *POR.*

25 69. *omnem redegit i.* p. Tamquam eum pro fenoris lucro iam receptae pecuniae poeniteret ita recollectam idibus, kalendis properat commodare. — 70. *ponere.* Deponere *ACR.*

2 languido. L. fesso *om. cod. Med.* 6 hinc est *cod.* hic *Pat.* hoc *Med. Fabr.* 7 ager *cod.* agrorum *Fabr. Med.* agro *Pat.* (extra rationem *Pat.* ex ratione *Med.*) 11 dominum *cod.* 12 *fort.* hinc *pro* hic *scr.* 12. 13 nec ultra hoc *cod.* ne ultra *Pat. Med.* nec ultra *Fabr.* 13 domum nunc *Edd.* domum *cod.* 17 Alfius *non* Alph. *cod. et Acr. et Porph.* 20 i. i. f. r. reliq. *in lem. com. Fabr.* 20. 21 Vrbanis. postremo finx. haec *Edd.* Vrb. in postremo odae *cod.* 23 scire *libri.* nescire *corr.* ne *post* neminē *excidit*) rustica uita nec tam. quisquam ab ea i. q. consneuerat (—erit *Med. Pat.*) potest disc. *sic Edd. Vt nos cod.* 25 relegit *Fabr.* redegit *cod. Med.* 27 kalendis *cod.* cal. *Edd.* ponere. Dep. *om. cod.*

1* *Bucol. IIII 66* 2* *Iuuenal. XIIII 168*

69. *o. redegit i. p. q. kal. pon.* Exigit, inquit, a debitoribus pecuniam comparaturus praedia, cogitans scilicet iucunditatem uitae illius quam in rusticis laudat; sed rursus stimulatus cupiditate usurarum quaerit eam fenori dare *POR.*

EPODOS III.

Parentis o. s. q. i. m. *Parentis*, patris, ut: [1*] P u l s a t u s u e p a r e n s. Si quis ergo inquit parricidium fecerit comedat alium pro poena quia est ueneno nocentius *ACR.* 5

Par. o. s. i. m. s. g. fr. Execratur alium significans se grauiter uexari. *Edit* autem dicendum potius quam *edat* quia sic declinatur: '*edo, es, edit*', deinde modo optatiuo tempore futuro: '*utinam edim, edis, edit*', pluraliter: '*utinam edimus, editis, edint*'. Et 'alium' dicendum ut 'solium dolium', non ut uulgo 'aleum' *POR.* 10

2. *senile g.* Ad augmentum sceleris dixit *senile* quia etiam si occissus non esset, mori tamen potuerit, ut Lucanus: [2*] I a m s e n i s e x t r e m u m p i g u i t u e r g e n t i b u s a n n i s p r a e c i p i t a s s e d i e m *ACR.* 15

3. *edit.* Pro 'comedat'; sic enim ueteres declinabant, ut: [3*] T e n e c t a n t u s e d i t t a c i t a m d o l o r *ACR.*

edit cicutis. *Cicuta* herba est uenenatissima *POR.* 20

1 relegit *Fabr.* red. *rell.* kalendis *cod.* cal. *Edd.* 2 scilicet *add. ex cod.* 2. 3 iocunditatem *Med. Pat.* 4 usurarum *cod.* pecuniarum *Edd.* 5 parentis *usque ad* parens *om. cod. Med.* 8 alium *cod. (etiam Acronis) Pat. ubique.* allium *Med. Fabr.* se et *cod.* 9 edat autem d. p. q. edit quoniam s. d.: edo es est, deinde m. o. t. f. utinam edam edas edat pluraliter autem edimus editis edunt *sic Pat. Med. Eadem etiam Fabr. nisi quod* autem *omisso habet:* edamus edatis edant. *Vt nos cod.* 12 *de* alium *idem docet Charisius p. 54 P. p. 70, 27 Keil.* ut *ante* uulgo *om. cod.* 18 edit *in lem. cod.* edat *Edd.* 19 te nec *libri.* nec (*s.* ne) te *apud Verg.* edet *cod.* edat *Edd.* edit *ad lemma corr. Cfr. Diomedes p. 358 P. p. 362, 23 Keil. Vnde etiam apud Verg.* edit *scr.* tacitum *Fabr.* tacitam *Med., om. cod.* 20 edit *cod.* edat *Med. Pat. Om. Fabr.* (*Ceterum hoc schol. in cod. Med. Pat. cum seq. sedem mutauit*)

1* *Lucan. II 105* 2* *Aen. VI 609* 3* *Aen. XII 801*

4. *o. dura m. ilia.* Forti, ut:[1*] durus arator Obseruans *ACR.*

o. d. m. i. Qui ferum alium prandent, de quibus et Verg. in Bucolicis:[2*] Thestylis et rapido fessis messoribus aestu Alia serpullumque herbas contundit olentes *POR.*

6. *num uiperinus.* Viperinum sanguinem uenenum dicit. — 7. *incoctus.* Permixtus *ACR.*

8. *Canidia tr. dapes.* Canidiam pro Gratidia posuit; non enim proprium nomen notari decebat in carmine [ut: nulli grauis est percussus Achilles]. Fuit autem Gratidia unguentaria neapolitana [quasi malefica] *ACR.*

an malas Can. tr. d. Sub hoc Canidiae nomine Gratidiam neapolitanam unguentariam intellegi uult quam ut ueneficam Horatius semper insectatur. Sed quia non licet probrosum carmen in quemquam scribere idçirco fere poetae similia nomina effingunt. Sic et Vergilius in Bucolicis[3*] pro Cytheride Lycoridem appellat *POR.*

10. *mirata est.* Adamauit quem super omnes maleficiorum herbas alio peruncturn tauros ignem spirantes naribus iunxisse significat *ACR.*

candidum M. m. e. d. Iasonem significat. Candoris autem nomine et Vergilius in significatione pulchritudinis semper utitur, ut:[4*] Candidus insuetum miratur limen Olympi et:[5*] candida Dido et:[6*] candida Maia. Notam autem historiam hunc in locum conuertit, quasi Medea alio perunxerit Iasonem ut cum muniret aduersus uim taurorum flammas spirantium qui iussu regis subiciendi erant si uellet pellem auream accipere *POR.*

13. *hoc. del. u. pellicem.* Glaucem dixit Creontis regis filiam quam, dum reuersus a Colchis Iason uoluisset accipere

3 ferum *cod.* ferrum *Pat.* foetidum *Med. Fabr.* 5 serpullumque *pr. m. cod.* serpillumq. *corr. cod. Edd.* 12 quasi malef. *aut eiciendum ut altera uerba inclusa aut certe scrib.* uenefica 14 ungentariam *sed* u *supra add. cod.* ut *add. ex cod.* 17 nomina *ipsi addidimus* 30 Glaucem *Fabr. Med.* 31 reuersus *cod. Med.* reuersurus *Fabr.*

1* *Georg. IIII 511* 2* *Bucol. II 10* 3* *Bucol. X (2. 22)* 4* *Bucol. V 56* 5* *Aen. V 671* 6* *Aen. VIII 138*

uxorem, propter amorem Iasonis Medea repudiata, uicta dolore, oblatione coronae malefica arte compositae incendit et occisis filiis Medo et Mermero dolorem suum ulta pennatis uecta draconibus fugit et Medeam constituit ciuitatem *ACR.*

14. *hoc. del. u. d. pellicem s. f. a.* Vt cum ait: [1*] r u e n s u o l e n s a d e r a t (?) *POR.* 5

15. *nec tantus umq. s. i. u.* Non tanto ardore solis siccari Apuliam dicit quanto ardore alium comedentium uiscera perurit *ACR.*

17. *nec m. hum eff. H.* Nessus centaurus uulneratus ab Hercule eo quod Deianiram (uxorem) eius rapere uoluisset, dum eam susceptam ab Hercule Euenum fluuium traiceret, ut se de eo ulcisceretur, lanam tinctam sanguine suo Deianirae dedit dicens eam ab Hercule satis amandam, si ex accepta lana confectum uestimentum Herculi dedisset. Hoc illa muliebri facilitate seruauit. Quando autem [amore Ioles] se amari minus cognouit ab Hercule pallium factum ei ut indueretur dedit. Quo tacto Hercules tanto ardore correptus est ut ipse se laniaret nec ardorem uinceret nisi cum pyram sibi in Oeta monte fecisset; cui se iniciens purgatus corpore inter deos affirmatur receptus. Deianiram autem Hercules acceperat uicto Acheloo Aetoliae fluuio; quae Deianira fuit Oenei filia Tydei soror. Hanc autem fabulam ideo commemorauit ut ardorem Herculis incendio alii compararet *ACR.* 10 15 20

nec munus umeris eff. H. De ueste illa loquitur sanguine Nessi delibuta quam a Deianira coniuge oblatam Hercules cum induisset incendio eius absumptus est: *Efficacis* autem perpetuum epitheton uult esse Herculis *POR.* 25

19. *tale.* Id est, aliquid simile [ut alium] *ACR.*

1 uicta *om. cod. Med.* 5 hoc — pellicem *om. in lem. Fabr.* 5. 6 ut cum ait milens uolens aderat *sic cod. Vt nos Edd. Sed nec locum laudatum repperi nec lacunosum scholion non credo. (Ante* nt *in cod.* nec tantus umquam *ex seq. pr. m. repetierat)* 8 alii comedentum niscera peruruntur *cod.* 16 amore Ioles *om. cod. Med.* 19 ipse laniaretur *libri* nisi pyram *Fabr.* nisi quod p. *cod. Med.* 21 affirmabatur *Fabr.* 22 fluuio Calidoniae *cod. Med.* 25 umeris *cod.* humeris *Edd.* 27 cum se ind. *Fabr.* 29 ut alium *om. cod. Med.*

1* ?

20. *iocose.* Laete iucunde *ACR.*

at siquid umq. t. c. iocose M. pr. Opportune *iocosum* appellat cui uelit iocos suos commendatos esse *POR.*

21. *manum p. sauio o. t.* Id est: refutet puella sauium
5 tuum pro alii foetore et in sponda lecti fugiat olentem uirum. Quidam uolunt Terentiam concubinam Maecenatis eum significare uoluisse *ACR.*

EPODOS IIII.

Lupis et ag. Hic quem alloquitur libertus fuit Gn. Pompei Magni. Postea mortuo Pompeio, Sexto Pompeio filio
10 eius exercente piraticam, ad Augustum relicto Sexto confugit. Iterum ad Sextum reuersus est, rursus illo relicto ad Augustum rediit et ab eo tribunus militum factus est *ACR.*

Lupis e. a. q. sortito obtigit t. m. d. e. Hanc eclogam in Pompeium Menam scribit libertum Pompei Magni qui prae-
15 fectus classis fuit, Sexto Pompeio bellum aduersum Augustum Caesarem gerente. Hic cum classe ad Caesarem transierat, deinde ad Sextum rediit et rursus refugit ad Caesarem *POR.*

1. *quanta sortito.* Inimicitiae aut naturales sunt aut uo-
20 luntariae. Sibi ergo cum illo naturales inimicitias esse dicit sicut agnis et lupis. *Sortito* autem aduerbium qualitatis est, i. e., [quod] ex sorte, hoc est, naturaliter euenit *ACR.*

2. *tecum m. d. e.* Accersendum huc extrinsecus *tanta;* sic enim consequens erit elocutio: Quanta sortito optigit dis-
25 cordia lupis et agnis tanta mihi tecum est *POR.*

3. *hibericis p. f.* Id est: cruciatibus afflicte et uinculis

2 siquid (*non* si quid) *cod. fere ubique exhibet.* (at s. u. t. c. *om. Fabr.*) oportune *cod. Pat. Med.* 4 suauio *et* suauium *Fabr.* s. *et* sauium *cod.* s. *et* suau. *Med.* 8. 9 GN. Pompei *cod.* Gn. P. *Med.* 13 sortitio *(cum Bern. A apud Ritterum) cod. hic et infra ad uers. 2.* 14 Menam *pro* Magnum *corr.* 19 quanto *Fabr.* 22 quod *om. cod. Med.* 23 Intelligendum hic *Edd. Vt nos cod.* 24 optigit *hic cod.* 26 hibericis *cod. Med.* Iber. *Fabr.*

Hispanorum qui sunt districti ad resecanda delicta. *Peruste latus* absolute dixit, ut: [1*] lacrimis oculos suffusa nitentes *ACR.*

hibericis p. f. l. Restibus caesum saepe ac per hoc malum seruum fuisse uult intellegi. *Hibericos* autem funes ideo dicit quia in Hiberia i. e. in Hispania plurimum spartum nascitur *POR.*

4. *dura comp.* Aut ferrea aut cruda *ACR.*

5. *lic. s.* Id est, liberum te esse, diuitiae excusare non possunt *ACR.*

7. *sacram m. t. u.* Cum indignatione ait uidens eum togatum incedere per forum. *Metientem* dixit ambulantem, ut: [2*] Instabili gressu metitur litora cornix *ACR.*

uidesne s. m. t. u. c. bis ter u. t. u. o. uertat h. e. h. e. Id est: Videsne ut euntes ora huc et illuc uertant? Ordo est: Videsne ut liberrima indignatio uertat huc et huc ora euntium te metiente sacram uiam cum toga bis ter ulnarum? *Liberrima indignatio* significat autem populum ex indignatione quod ille oblitus conditionis tam magnificus incedat detorquere ab illo aspectum; et bene *liberrimam* indignationem dixit quod libere et palam hunc uidentes in seruitutem inueherentur. *Cum bis ter u. t.* Hoc est cum sex ulnarum toga; hanc autem iustam togae mensuram esse intellegendum est *POR.*

8. *cum bis ter u. t.* Sex enim ulnis habebat diffusum togam *ACR.*

10. *liberr. i.* Iustissima *ACR.*

11. *sectus fl.* Tamquam qui ad maius dedecus uitae a publico sit iudice uerberatus; nam ut tribunis plebem ita triumuiris ius erat alienos seruos caedendi; *sectus* ergo caesus, ut Iuuenalis: [3*] secat ille flagellis *ACR.*

4 hiber. *cod.* 8 *prius* aut *add. ex cod.* 13 stabili *libri* 14 c. bis ter *etc. om. Fabr.* ora aduertat *Pat. Med.* 15 Id est — uertant? *om. Fabr. Add. rell.* 18 Liberrima indign. *om. Fabr.* signif. *cod.* sit *Pat.* signat *rell.* 22 inueherentur *cod* inuehuntur *Edd.* 23 esse *add. ex cod.* (*Ceterum a* Cum bis *nouum schol. incipit Fabr.*) 31 *haec uerba apud Iuuen. non extant sed similia X 316:* secat ille cruentis uerberibus

1* *Aen. I 228* 2* *Lucan. V 556* 3* *Iuuen. X 316 (?)*

sectus fl. h. tr. Triumuiralibus quod dixerit specialis elocutionis genere usum esse pro generali puto; neque enim triumuiris tantum sed etiam aliis potestatibus ius est alienos seruos flagellare *POR.*

5 12. *praec. a. f.* Aspere; donec aliud agentibus triumuiris praeco cum uellet desinere iuberet *POR.*

13. *arat f. m. f. i.* Falernum regio est Campaniae, uini boni fertilis *ACR.*

14. *et Appiam mannis t.* Eleganter *mannis,* quia nimi-
10 arum delitiarum affluentia est equos buricos habere. *Mannos* autem equos uulgo buricos appellant. Appiam autem pro qualibet uia posuit. *Arat.* Proprie, quia falerni agri meminerat quo scilicet appia uia necesse est ire *POR.*

15. *sedilibusq. m. i. p. e.* Hoc est: in ordine equitum
15 Othone contempto inter primos sedet, quia L. Roscius Otho legem theatralem tulerat ut in XIIII ordinibus sederent equites, de quibus in duobus sederent tribuni non tamen serui quia Mena tribunus factus erat ab Augusto. Vt Iuuenalis:[1*] Sic libitum uano qui nos distinxit Othoni *ACR.*

20 *sedilibusq. m. i. p. e. O. c. s.* Et *magnus eques* et *sedilibus in primis* cum uehementi indignatione dicitur. Ex quattuordecim autem ordinibus quos lege Roscius Otho tribunus plebis in theatro equestri ordini dedit duo primi ordines tribuniciis uacabant *POR.*

25 17. *quid attinet.* Hoc est: quid prodest superatos piratas si is qui piraticam exercuit inter Sexti Pompei seruos tribunus factus est militum? *POR.*

quid att. t. o. n. g. r. d. p. c. l. a. s. m. Sensus est:

1 Triumuiralibus autem *cod. Pat. Med. quae scriptura si uera est ante* triumueralibus *lacuna statuenda est* 1. 2 speciali elocutione *Fabr.* 10 buricos *sed* h *supra add. cod.* burrichos *Edd. Cfr. schol. ad Carm. III* 27, 7 12 *aut pro* arat *scr.* terit *aut hoc schol. non suo loco positum est* 18 Maecenas *cod. Med.* Menas *Fabr.* 21 profertur *Edd.* dicitur *cod.* 21. 22 quattuor *libri, sed cod. ead. m. in marg. addit* decim. (quattuordecim *corrigi iubet Ritterus*) 23 ordines *cod.* uersus *Edd.* uiris *scribi uult Ritterus*

1* *Iuuen. III 159*

quid prodest classem rostratis nauibus ducere aduersum latrones ac fugitiuos quos Sextus Pompeius armauit, cum hunc patimur tribunicium equitem romanum esse? *POR.*

EPODOS V.

At o. deorum. In Canidiam ueneficam scribit inducta persona pueri qui ad immolationem raptus uociferans rogat ne mulierum consciarum turba pereat inclusus. *At o deorum. At* uacat, ut:[1*] A t t i b i p r o s c e l e r e e x c l a m a t p r o t a l i b u s a u s i s. Necromantiam factam detestatur a Canidia maga quae infosso puero regio animam extorquere non ambigit *ACR.*

At o. d. quidquid i. caelo regit t. Verba sunt praetextati uociferantis in domo Canidiae. Quem significat ab ea furtim raptum ut necromantiam ex eo faceret. Et bene abrupta exclamatio: 'in caelo'; hoc enim perineptum est: 'quidquid in caelo est regens terras' *POR.*

2. *quid i. f. t.* Quid sibi uult hic tumultus? *Tumultum* [autem] dicit rapinam ipsius quam passus est *ACR.*

3. *aut quid o.* Quasi etiam uultus crudelitate turbentur *ACR.*

aut q. o. u. i. u. m. tr. Eas dicit quae cum Canidia consciae et ministrae sceleris huius fuerant *POR.*

5. *per lib. t.* Vult intellegi aut non peperisse Canidiam aut de adulterio subolem suscepisse *ACR.*

7. *per hoc. i. p. d. p.* Velut praetextatus puer apud

3 tribunum equitum Romanum *Fabr.* 5 immolationes *Med. Fabr.* 11 quisquis — regis *Med. Pat.* quicquid regit *cod. Om. Fabr.* sunt *add. ex cod.* 13 nigromantiam (*sed* c *supra* g *scr.*) *cod.* 14 excl. in coelum *sic Fabr.* peremptum *Fabr. Med.* perempetum *Pat. Vt nos cod.* 15 in terras *Fabr.* 16 quid sibi uult hic t. *add. ex cod.* 16. 17 t. nim dicit rapinae *Fabr.* t. autem d. rapinae *Med. Pat. Vt nos cod.* (autem *inclusi*) 20 eas *cod.* earum *Edd.* 21 et *addidi ex cod.* 23 adultero *cod.*

1* *Aen. II 534*

eas purpurae decus inane dixit quia non proderat perituro *ACR.*

per hoc i. p. d. p. Quo oneret atrocitatem sceleris huius praetextatum ac per hoc honestum ac delicatum facit hunc 5 puerum esse. *Inane* ergo decus purpurae apud eam inane intellege quae scilicet sine respectu aetatis eius in eum saeuiat *POR.*

8. *per improbaturum.* Id est, uindicaturum. Humanae enim uictimae Ioui acceptae esse non poterant quia a iuua- 10 mine hominum Iuppiter dictus est *ACR.*

12. 13. *insignibus r. p.* Spoliatus praetexta puerili. — *impube c.* Aut delicatum corpus aut pulchrum quod et crudelitatem flectere potuisset barbarorum *ACR.*

ins. r. p. impube c. Insignia pueri intellege raptam prae- 15 textam ac bullam; et est *σχῆμα ἐπεξήγησις puer impube corpus,* hoc est, [cuius] impube corpus erat *POR.*

14. *quale posset imp. m. Th. p.* Etiam Thracum. Sic dicitur illud Vergili: [1*] quis talia fando Myrmidonum Dolopumue aut duri miles Vlixi pro: etiam Myrmido- 20 num Dolopumue *POR.*

breuibus illagata u. Tamquam ipsa uenefica furiali habitu crines haberet uiperis implicatos *ACR.*

Canid. br. implicata u. crines et in compt. c. Furiali habitu eam describit. Et *breues* uiperae perpetuo *ἐπιθέτῳ* di- 25 cuntur, sic enim sunt. Nota autem figura est elocutionis 'inligata crines' et 'inligata caput' *POR.*

17. *iubet s. c. e.* Ligna etiam infelicia et sterilia e se-

3 quo magis *Edd.* quo *cod.* 5 apud eam inanem *cod.* apud eam inane *Med.* a. e. mane *Pat.* apud eam *Fabr.* 6 aequitatis *cod. Pat. Med.* 10 Iouis *cod. Med. unde fort. scrib. fuit* nomen Iouis dictum est 16 cuius *om. cod. Med. Pat.* 17 Id est, etiam Thr. *Fabr.* 18 apud Virgil. *Edd.* Vergili *cod.* 19 Vlixi *Pat.* Vlyxi *cod. Med.* Vlyssi *Fabr.* 20 Dolupumue *cod. bis* 21 illigata *cod. Med.* implicata *Fabr.* 23 implicita *cod.* implicata *Edd.* 24 perpetuum *ἐπιθετον (pr. m.)* dicuntur sic enim sunt *cod.* perpetuo *επιθετο* epitheto dicitur enim sunt *Pat.* p. *επιφετο* dicitur nam sunt *Med.* p. *ἐπιθέτῳ* dicitur nam sunt tales *Fabr.* 26 inligata *bis cod.* illig. *Edd.*

1* *Aen. II 6*

pulcris collecta praeperata significat tamquam sacris inferis profutura *ACR.*

iub. s. c. e. Non unde libet sed ex sepulcris notissimis erutas accipe quoniam infernalia ac uenefica haec sacrificia intellegi uult. Alia denique sunt et quae subiciantur: *iubet* 5 *cupressus funebres etc. POR.*

18. *cupressos funebres.* Vt:[1*] ferales ante cupressos constituunt *ACR.*

19. *et uncta t. o. r.* Non ranae oua sed uncta ranae sanguine. Rana enim infernum et uenenosum animal est, ut 10 Iuuenalis:[2*] et stygio ranas in gurgite nigras. — *Turpis* grandis, ut:[3*] cui turpe caput; tales enim ranae uulgo *rubetae* dicuntur et magis uenenosae sunt; de quibus ait Iuuenalis:[4*] ranarum uiscera numquam inspexi et idem alibi:[5*] miscet sitiente rubetam *ACR.* 15

20. *noct. strigis.* Vt Lucanus:[6*] Quod trepidus bubo quod strix nocturna queruntur *ACR.*

plum noct. str. Sic dicuntur non ut uulgo *strigae* quia uenit a nominatiuo *strix* non *striga*; haec autem auis est nocturna mali ominis *POR.* 20

21. *herbasq. q. Iolcos aut Hiberia.* Iolcos ..... ciuitas Ponti est herbis ueneficis abundans, ut:[7*] Has herbas atque haec Ponto mihi lecta ueneno Ipse dedit Moeris, nascuntur plurima Ponto. Nam et hic qui-

3 inde inbet *Edd.* unde libet *cod.* notissimum *cod.* notissimis *Edd.* *quae uox num bene se habeat dubito* 4 inferna *Edd.* 5 alia *cod. Med. Pat.* talia *Fabr.* 6 cupressus *cod.* cupressos *Med. Pat.* (iubet c. f. etc. *add. Fabr. sequenti lemmati*) 11 stygia *Fabr.* stygio *cod. Med. Hunc et duo seqq. locos Olahn. non attulit* 16 *hoc schol. om. cod. Med.* quid — quid *Fabr.* quod — quod *COM. CR.* 18 dicuntur uulgo *Fabr. Med.* d. ut uulgo *Pat.* *Vt nos cod.* strigae *et* striga *cod.* strigiae *et* strigia *Edd.* 19 uenit *add. ex cod. Ceterum hoc schol. cum seq. in libris sedem mutauit* 21 et Colchos atque Ib. *Fabr.* colcos aut Hib. *cod. Med.* *post* Iolcos *lacunam signaui sic fere explenda* urbs Thessaliae, Hiberia

1* *Aen. VI 216* 2* *Iuuenal. II 150* 3* *Georg. III 52* 4* *Iuuenal. III 44* 5* *Iuuenal. I 70* 6* *Lucan. VI 689* 7* *Bucol. VIIII 95*

dam uolunt Hiberiam non Hispaniam dictam sed Ponto ciuitatem uicinam, unde: [1*] et ferrugine clarus Hibera *ACR.*

herbasq. q. Iolcos atque Hib. m. u. f. Iolcos urbs est Thessaliae. Thessalia autem uenenorum ferax est. Hiberia
5 autem nunc quae in Ponto est intellegenda. Porro autem et Vergilius ait: nascuntur plurima Ponto *POR.*

23. *et ossa o. r. i. c.* Vt Lucanus: [2*] morsusque luporum Expectat siccis rapturae faucibus artus *ACR.*

10 24. *flammis a. colch.* Quales Medea tractauit apud Colchos de lignis infecundis *ACR.*

fl. a. c. Per ueneficia accendisse uult; sed hoc propter Medeam dicitur quae Colchis fuit *POR.*

25. *expedita.* Succincta. — *Sagana.* Nomen ueneficae
15 alterius. Haec senatoris cuiusdam uxor fuit *ACR.*

at exp. S. p. t. d. Saganam hanc unam ex consciis ac ministris ueneficii illius accipe. *Expeditam* succinctam uidetur dicere *POR.*

25—28. *spargens auern. aq.* Vt: [3*] Sparserat et la-
20 tices simulatos fontis Auerni. — *asperis.* Erectis ipso sacrorum furore, ut Lucanus: [4*] Erectis discissa comis. — *currens.* Furens, ut: [5*] infremuitque furens et inhorruit armos *ACR.*

29. *abacta n. V. c.* Veiam nomine ueneficam etiam aliam
25 sacrificio ipsi ait interfuisse, quam in nullo scelere non misceri commemorat [uel quod melius est consortem omnium scelerum eorundem esse] *ACR.*

2 *Seruius quoque ad h. l. Verg. (VIIII 582) Hibera ita interpretatur ut* Pontica *non* Hispana *sit et quo suam sententiam comprobet ad nostrum Horati locum prouocat. Eadem ratio haud semel inter Acronis et Serui commentarios deprehendetur* 3 colcos *sed prius* c *in rasura et super altero* h *addito cod.* Colchos *Med. Pat.* Iolcos *Fabr.* atq. Hib. m. u. f. *add. ex cod. post lemma* Colcos *etiam cod.* 5 porro autem ut et *cod.* porro a. ut *Med. Pat.* ut *Fabr.* 12 uult *om. cod.* 16 unam *add. ex cod.* 17 expeditam autem *Fabr.* 21 discussa *apud Lucan.* 22 ferox *pro* furens *apud Verg.* (furens infr. f. et *om. cod. Med.*) 26 *uerba inclusa om. cod. Med.*

1* *Aen. VIIII 579* 2* *Lucan. VI 552* 3* *Aen. IIII 512* 4* *Lucan. V 171* 5* *Aen. X 710*

abacta n. V. c. Nulla conscientia ablatiui casus est; etenim sensu sest: Veia quae nulla mala conscientia remota est *POR.*

31. *lig. d.* Vt infoderetur puer. — *exhaur.* Aperiebat, ut: [1*] latus haurit apertum. — *ingemens l.* Animositate operis laborantem significat *ACR.* 5

32. *quo p. inf. p.* Vt extante capite infossi dum diuersos eibos porrigerent diu animam reseruaret *ACR.*

33. *longo d. b. terue m. d. inemori sp.* Vt magis famis incitaretur puero ait illi anteponi epulas et saepe mutari *POR.* 10

37. *exsecta u. m.* Vt de uisceribus eius amatorium poculum facerent uel ex medulla *ACR.*

exsecta u. m. e. a. i. Nunc uidetur reddere causam tanti facinoris ...... Significat autem Canidiam amoris potionem Varo praepararc; infert enim 'non usitatas Varo potiones' *POR.* 15

39. *interminato.* Interdicto iam cibo [moreretur] *ACR.*

interm. c. s. f. c. intab. p. Non semel fixae sed cum semel intabuissent fixae eibo. *Interminato:* Infinito interdicto non permisso uti a quo enm minis arcerent *POR.*

40. *intabuissent.* Defecissent; ut: [2*] Et sale tabentes artus in litore ponunt *ACR.* 20

41. *nec def. m. l. a. f.* Magam aliam significat Ariminensem Foliam nomine uirorum libidiue calentem *ACR.*

non def. m. l. a. f. Dicit etiam Foliam nomine ueneficam huic sceleri interfuisse. Quod autem ait *masculae libi-* 25

1 Veia uulla *in lem. Edd.* N. consc. *post lem. om. Fabr.* 2 et est s. *Fabr.* etenim s. est *cod.* etenim s. *rell.* 5 hausit *Fabr.* 8 porrigant *libri* 9 terue *cod.* terque *Edd.* famis *ex cod. add. (de* famis *forma cfr. Varro R. R. II 5)* 10 puer *Fabr.* puero *rell.* 11 exsecta *libri et Acr. et Porph.* 14 *post* facinoris *lacunam signaui quam cod. sic explet:* Epithesis dolo malo cositura. *Med. Pat.:* Epithetis dolo m. conscitura. *Nihil habet Fabr. Cfr. ad uers. 47* 15 non usitatis Vare potionibus *Edd.* 16 moreretur *om. cod. et est aut eiciendum aut lacuna statuenda quam sic ex COM. CR. expleueris:* fixae pupulae. Immotae cum prae nimia fame puer oculos a cibo non moueret 17 *hoc schol. om. Fabr. Lemma tantum exhibent Pat. Med. Vt nos cod.* 22 uec *in lem. libri.* non *codd. Horatt.* 25 quod ait *Fabr.* quod ait nt *Med. Pat.* quod autem ait *cod.*

1* *Aen. X 314* 2* *Aen. I 173*

dinis ad id pertinet quod dicuntur quaedam mulieres habere naturam monstrosae libidinis coeundi cum feminis. Quo crimine etiam Sappho male audit *POR.*

43. *et otiosa c. N.* Aliena ab his curis et otio uacans
5 ut [illud Verg.:][1*] Illo Vergilium me tempore dulcis alebat Parthenope studiis florentem ignobilis oti *ACR.*

e. ot. c. N. Videtur significare scelus hoc Neapoli factum, nam ut supra diximus Gratidia haec Neapolitana fuit.
10 Neapolim autem *otiosam* pro 'quietam' dixit, simul quia otiosis i. e. uitae quietiori aptissimus ille secessus sit *POR.*

45. [*quae.* Subauditur: Folia. —] *Thessala.* Magica, quod huius modi ars maxime Thessalorum est, ut et lunam cantibus deponant et astra commoueant *ACR.*

15 47. *hic.* Tunc, ut:[2*] Hic regina grauem gemmis auroque poposcit Impleuitque mero pateram *ACR.*

hic inresectum s. d. l. C. r. p. . . . . Sed illud attende ut duabus praepositionibus exaggerata sit facinoris atrocitas; *inresectum* pro 'ualde et saepius sectum' *POR.*

20 48. *Canidia r. poll.* Habitum et motus Canidiae expressit furentis. Petronius ut monstraret furentem:[3*] Pollice, ait, usque ad periculum roso *ACR.*

49. *quid d. a. q. tacuit?* Sensus est: quae scelera non dixit aut quae silentio praeterire potuit? *POR.*

25 *o rebus m.* Nunc uerba sunt inducta Canidiae *ACR.*

o reb. m. n. i. a. Hinc iam Canidiae uerba sunt *POR.*

1 dicantur *Edd.* dicitur *pr. m. cod.* dicuntur *alt. man.* 2 cum *add. ex cod.* 3 audit *cod.* audiit *Edd.* 5 illud Verg. *om. cod. Med.* (celebat *etc. om. Med.*) 10. 11 otiosis *cod.* otiositus *Pat.* otiosus *Fabr. Med.* 11 quietiori *Fabr.* quietioris *rell.* est *Edd.* est sit *sed* est *deleto cod.* 15 hic *bis cod. Med.* hinc *bis Fabr.* 17 hic inresectum *cod.* hinc inres. *Med. Pat.* hic irr. *Fabr.* *post lemma aliquid excidisse docet* Sed *coniunctio; quod alii uideant num ex his codicis uerbis (nam in Edd. desunt) elicere possint:* Pro rei atrocitate mira haec idem positura epithesia sperantur. Inresectum pollicem et saeua et dente liuido. *Cfr. supra ad uers. 37* 26 hinc *cod.* haec *Edd.*

1* *Georg. IIII 562* 2* *Aen. I 728* 3* *Petroni fragm. III in edit. Gottl. Antonii*

50. *arbitrae.* Consciae testes. Salustius:[1*] atque ibi procul amotis omnibus arbitris *ACR.*

51. 52. *Diana.* Pro luna posuit. — *arcana c. f. s.* Id est, dum secreta et nocturna sacra celebrantur *ACR.*

53. *in host. d.* Vari cuiusdam aducrsum quem amore eius inflammata sacrificabat *ACR.*

nunc in h. d. i. atq. n. u. Varo haec imprecatur a quo fastidiebatur *POR.*

55. *formidolosae d. l. s. f.* Vt uel nocte uexetur, quae etiam feris quieti est, ut:[2*] Cum tacet omnis ager pecudes pictaeque uolucres Quaeque lacus late liquidos quaeque aspera dumis Rura tenent, somno posita sub nocte silenti *ACR.*

57. *senem q. o.* Vsque in senectam amet et risui sit *ACR.*

58. *latrent s. c.* Vt per amoris impatientiam nocte ambulans a canibus suburbanis latretur *ACR.*

59. *nardo p. q. n. p.* Vt placendi studio nardo uteretur quale nec ipsa habere poterat quae unguentaria erat. — *quale.* Antiptosis pro: 'quali' *ACR.*

60. *quale n. p. m. laborarint m.* Hinc scias illam unguentariam fuisse ut diximus. Attende autem locutionem in soloecismo constitutam: *quale* non perfectius cum sit dicendum, *quo* non perfectius *POR.*

61. *quid acc.* Miratur cur in capiendo Varo preces suae tardius audiantur, et aut se Medeam ponit pro perfectione artis aut Medeam ideo nominauit quia quasi inuenerit et docuerit sacrum *ACR.*

quid accidit c. d. b. m. u. m. u. Indignatur uenena sua non ita ut uellet efficacia esse, quae uenena Medeae essent quibus illa usa sit cum se de pellice sua Glauce ulta est *POR.*

9 uel *addidimus* uexaretur *libri. Cfr. schol. ad uers. 57* 17 q. n. p. *in lem. addidimus* 20 laborauerint *cod.* laborauere *Med. Pal.* laborarunt *Fabr.* 21. 22 locut. constitutam *Med. Pat.* locut. constitutiuam *Fabr.* loc. in soloecismo inconst. *cod.* 26 quia quasi *cod. Med.* tanquam quae *Fabr.* 28 acciderit *cod.* uenena sua non i. u. u. eff. e. quae *om. Edd. per oculorum aberrationem. Nos ex cod. addidimus* 29 *post* essent *fort. excidit* scil. 30 Glauce *item add. ex cod.*

1* *Salust. Cat. 20, 1* 2* *Aen. IIII 525—28*

63. *superba.* Potens, ut:[1*] Hinc populum late regem belloque superbum *ACR.*

ulta. Dolorem morte Glauces *ACR.*

65. *cum palla t.* Alii uestimentum alii coronam oblatam
5 a Medea uolunt infectam uenenis qua sumpta periret incendio. [Iason filius Aesonis profectus Colchos cum quibusdam Graecorum fortissimis ad rapiendum uellus aureum quod Phrixus Marti sacrauerat a Medea magicae artis peritissima amatus est. Cuius auxilio Iason promissa amoris sui perpe-
10 tuitate draconem qui iussu Martis seruando uelleri aureo custos fuerat affixus occidit et prosciso agro, duobus ignem efflantibus tauris [in] domitis et seminatis inibi dentibus draconis nati sunt Gigantes qui primum impotum fecerunt in Iasonem sed tandem se mutuis uulneribus occiderunt; postea
15 autem uellere accepto et spreta laboris sui adiutrice Glaucen Creontis filiam sibi duxit uxorem. Vnde Medea dolore contacta geminos sui amatoris filios quos ex Glauce genuerat occidit et in Phasin fluuium mortuos mersit prius ueneno necata pellice; nam ueste ueneno delibuta Glaucen ipsam fe-
20 cerat indui cuius incendio turpiter periit] *ACR.*

cum p. t. m. inbutum. Palla munus figura est quae ἐπεξήγησις dicitur; *tabo* autem nunc 'ueneno'. Aliter Vergilius:[2*] huic atro linquuntur sanguine guttae Et terram tabo maculant *POR.*

25 67. *atqui n. h.* Dicit se dum nihil praetermiserit de his quae a Medea facta sunt cur ipse nihil obtineat admirari *ACR.*

69. *indormit u.* Ita nihil ualere dicit actionem suam ut Varus aduersum quem omnia fecerit immemor sui odoratis pellicum cubiculis teneatur quietus *ACR.*

30 *ind. u. o. c. obl. pell. et reliqua.* Obscura elocutio quae sic ordinanda est: Indormit cubilibus unctis obliuione omnium

2 belloq. superbum *male om. Fabr.* 5 sumpta accipiens p. i. *Fabr.* accip. *om. rell.* 6 *quam uncis inclusi de Iasone enarrati nem om. cod. Med. et COM. CR.* 21 inbutum *cod.* infectum *Edd.* 22 ἐπεξ. *sec. m. in spatio a pr. uacuo relicto cod.* 26 obtinet *libri* 31 omnium *cod. in marg.*

1* *Aen. I 21* 2* *Aen. III 28*

pelicum. Et est sensus: Nescio cur sunt praesentiora ueneficia Medeae quae cubile Iasonis unxit medicaminibus per quae obliuio ei datur omnium pelicum. *Pelices* autem Canidia pro se sola dixit *POR.*

71. *ah ah sol. a.* Actionem suam credit inuenta doctiore uenefica in cassum esse *ACR.* 5

ah ah sol. a. u. sc. c. Hoc est quod ingemuit, quod alia scientior uenefica inuenta sit quam ipsa sit *POR.*

73. *non us V. p.* Ab amoris sui uinculis Varum dicit nouis et magicis potionibus absolutum *ACR.* 10

o. multa fl. Tamquam aduersum quem aggredi uehementiora disponat ita ut alienatus mente uoluptati eius uelut nescius rapiatur et obediat *ACR.*

77. *uocibus.* Incantationibus *ACR.*

75. 76. *ad me r. n. u. m. t. Marsis r. u.* Voces suas Marsas dicit, quasi magicas ut sit sensus: Mens tua magicis meis uocibus semel euocata numquam redibit ad sanitatem. Aut numquid hoc dicit: Mens tua a me incantata numquam redibit etiam si marsis uocibus reuocetur? *Marsi* autem periti incantationum sunt. Huic etiam rei Vergilius testis est qui sic ait:[1*] S p a r g e r e q u i s o m n o s c a n t u m a n u q u e s o l e b a t *POR.* 15 20

78. *fast. p.* Vt etiam uis poculi carminibus adderetur *ACR.*

fastidienti p. Fastidienti me scilicet *POR.* 25

79—83. *priusq. c. s. i. m.* Ante, inquit, ipsis elementis rerum natura mutabitur quam non ita Varus amore meo ardeat ut igni bitumen appositum. — 83.*iam non u. a.* Vt cui adderet desperatio libertatem. — *mollibus* Blandis, ut:[2*] m a n d i t q u e t r a h i t q u e M o l l e p e c u s *ACR.* 30

86. *misit thyesteas pr.* Diras. Etiam tales infossus puer

1 cur *cod.* quare *Edd.* 2 Medeae *om. Edd. Add. ex cod.* Iasonis *add. ex codicis margine* ungunt *Edd.* unxit *cod.* 2. 3 per quae medicamina *Edd.* 3 pelices (*non* pell. *nec* pael.) *cod. fere ubique, idem Edd.* 13 et obediat *om. cod. Med.* (*Schol. male sanum*) 20 etiam *om. Fabr. Add. rell.* 25 fastidientiq. *sic in lem. cod.* scil. me *Edd.* 31 Et *pro* Etenim *cod. Med.*

1* *Aen. VII 754* 2* *Aen. VIIII 338*

preces coepit effundere quales in tragoediis inducitur Thyestes cognitis filii membris in Atreum locutus *ACR.*

misit th. pr. Id est: diras execrationes qualibus in tragoediis Thyestes Atreum execratur *POR.*

5 87. *uenena magnum f. n. n. u. c. h. u.* Lex enim humana habet malis poenam bonis praemia pollicenda et ideo furens puer dicit his eas carminibus mutari non posse *ACR.*

uen. magnum f. n. n. u. Magnum fas uenena sunt si hostibus dentur, magnum nefas si amicis *POR.*

10 *non ualent c. h. u.* Sensus est: Quamuis uenena multum possint non tamen ualent merita in contrarium uertere ut liberentur poena qui male merenatur; *uices* autem appellantur poenae quae in scelerosis admissis regeruntur *POR.*

89. *diris a. u.* Promittit se in eas post mortem saeuiturum, ut:[1*] Omnibus umbra locis adero; dabis, improbe, poenas *ACR.*

15

diris a. u. Dirae, ut dixi, execrationes dicuntur, ac *detestationes* 'saeua maledicta'; *agam* autem nunc 'persequar' significat *POR.*

20 94. *quae u. d. e. m.* Vt insomnes faciant et malis gaudeant *ACR.*

97. *uos t. uicatim.* Missurum se populo promittit furorem ut ex omnibus uicis turba concurrens eas saxis obruat pro factorum crimine *ACR.*

25 *uos t. u. h. e. h. s. p. c. obscenas a.* Eleganter; quia insanos solent fustibus et lapidibus insectari ut eos a domibus suis fugent *POR.*

99. *post. ins. m.* Vt iam quia eum ipsa poena(?) sepelierant illae grauius aliquid paterentur expositae feris et auibus 30 insepultae *ACR.*

3 nisi *pro* misit *in lem. cod.* 10. 11 multum possint *cod.* possunt *omisso* multum *Edd.* 12 liberent eos *Fabr.* libenter *Med. Pat.* liberentur *cod.* mereatur *cod.* 13 inscelerosis admissis *cod.* in sceleratis amissis *Med. Pat.* in sceleratos *Fabr.* 15. 16 dabis i. p. *om. Fabr.* 18 saena m. *cod.* saeuae m. *Med. Pat.* maledicto *sic Fabr.* antem *cod. Med.* aut *rell.* 19 signat *Fabr. Med.* sit *Pat.* 22 *hoc schol. in cod. ultimum in Edd. penultimum est* 26, 27 a domibus s. *cod.* ab omnibus suis *Edd.*

1* *Aen. IIII 386*

100. *et exquil. alites.* Romanae; alites i. e. uultures *ACR.*

et esquil. a. Et alibi saepe ostendit in regione aggeris quae est extra portam esquilinam solita fuisse pauperum corpora uel comburi uel proici *POR.* 5

101. *neque h. p.* Poenas earum etiam a parentibus suis ait uidendas, quod cum dolore promittit qui se uiuere magis uoluerit quam uindicare *ACR.*

neq. h. p. h. m. s. eff. s. Subaudiendum hic extrinsecus *uos* et est ordo et sensus talis: Neque hoc spectaculum effu- 10 gerit uos o parentes mihi superstites. Et bene *heu* ait i. e. dolenter iuxta parentum commemorationem gemitus insertus est *heu* [quia et ipse superstes esse uellet] *FOR.*

EPODOS VI.

Quid imm. Cassium maledicum poetam in se irritat minaturque si solita rabie fuerit elatus *ACR.* 15

Quid inmerentes h. u. c. In hac ecloga allegoricos uidetur loqui ad eum qui, cum dicacitatis amaritudine insectaretur quietos alioquin homines, in eo sibi gloriam assignarit quod illi cedentes ei uiderentur non sufficere respondendo *POR.*

1—5. *immerentes.* Nihil mali meritos. — *hospites.* Pe- 20 regrinos. — *uexas.* Fatigas, ut: [1*] D u l i c h i a s u e x a s s e r a t e s. — *canis.* Bene maledicum canem uocauit uelut qui et ipse morderet. — 2. *ignauus aduersum l.* Lupis homines fortes comparauit. Vitas, ergo inquit, qui se ulcisci possunt at miseros laceras. Et quia carminibus alios notabat pro- 25

1 exquilinae *cod. Med.* esquil. *Fabr.* Romane i. e. uult. *libri* 8 uindicari *Fabr.* 11 *pro* heu ait *in cod. uacuum spatium est* 13 *uerba inclusa om. cod.* (superstites *Med. Pat.*) *et aut eicienda aut certe corrupta sunt* 16 inmerentes *cod.* imm. *Edd.* 17 insect. *cod.* sectaretur *Edd.* 18 alicqui *cod.* assignauerit *Edd.* 19 respondere *cod. Med.* responde *Pat.* respondendo *Fabr.* 23 aduersus *Fabr.* aduersum *cod. Med.* 25 et *pro* at *cod.* aliquos *cod.*

1* *Bucol. VI 76*

uocat ut in se audeat dicere qui eum uelut lupus remordeat *ACR*.

6. *amica*. Amicos canes pastoribus dixit ut Vergilius:[1*] Veloces Spartae catulos acremque Molossum
5 Pasce sero pingui numquam custodibus illis Nocturnum stabulis furem incursusque luporum Aut impacatos a tergo horrebis Hiberos. — *uis*. Sagaces canes dixit, ut:[2*] et odora canum uis *ACR*.

amica uis. p. Amica nunc pro utili dicitur *POR*.

10 7. *agam p. a. a. s. n.* Seruat metaphoram et dicit se agere h. e. persequi aure ad latratus posita [in] feras et ostendit se persecuturum uerba maledici *ACR*.

agam p. a. a. s. n. q. pr. f. De se hoc poeta dicit significans non defuturam sibi linguae amaritudinem si prouo-
15 cetur alicuius inprobitate *POR*.

9—12. *tu c. t. u.* Demonstrat cum pecuniam quaerere maledictis qua accepta ita desinere ut canem qui reperto cibo insectari desinit. — 11. *caue caue*. Non se aut munere placandum aut precibus dixit si maledictis eius coeperit re-
20 spondere. — 12. *parata t. c.* Vt:[3*] cornu ferit ille, caueto *ACR*.

13. *qualis Lycambae s. i. g.* Lycambae datiuo casu posuit; cuius haec fabula est: Lycambes habuit filiam nomine Neobulen; hanc cum Archilochus in matrimonium postulasset
25 promissa nec a patre data est. Hinc iratus Archilochus in eum maledicum carmen scripsit, quo Lycambes tanto est dolore compulsus ut cum filia uitam laqueo finiret *ACR*.

qualis L. s. i. gener. Lycambae datiuus casus est: Archilochum autem significat qui Lycambam probrosis uersibus
30 usque eo insectatus est ut ille mortem sibi consciscerct. Hoc autem eo fecit quod ille filiam suam in matrimonium promissam mox denegasset *POR*.

1 qui cum uelit ut lupus r. *Fabr. Vt nos cod.* 4. 5 Veloces — pingui *om. Fabr.* 6 incursusue *cod.* 15 inprob. *cod.* 17 canis *libri* 23 nomine *om. Fabr. Med. Add. ex cod.* 28 genero *cod.* genere *Fabr. Pat.* g. *sic Med.* est *om. Fabr.* 29 Lycambem *Fabr. Vt nos rell.* uersibus *cod.* carminibus *Edd.*

1* *Georg. III 405—8* 2* *Aen. IIII 132* 3* *Bucol. VIIII 25*

14. *aut acer h. Bubalo.* Hipponactem significat qui Bubali filiam nuptam petiit et pro deformitate contemptus est. Illud tamen uerius uolunt Bubalum fuisse pictorem apud Clazomenas ciuitatem Asiae. Hic Hipponactem quendam poetam deformem pro risu pinxit; quo ille furore commotus tali eum 5 carmine perculit, ut se laqueo suspenderet. Vnde nunc similis carminis uim maledico minatur Horatius *ACR.*

aut a. h. Bupalo. Aeque datiui casus est, ut huic Bupalo. Hipponacta significat qui aeque iambicis uersibus Bupalum persecutus est *POR.* 10

15. *atro d.* Maledico aut obtrectatorio sermone *ACR.*

16. *inultus ut fl. p.* Flebo inultus ut puer *POR.*

EPODOS VII.

Quo quo sc. r. Illud bellum cum exclamatione significat quod ab Augusto gestum est contra Brutum et Cassium interfectores Caesaris *ACR.* 15

Quo q. sc. r. Eleganter ut in tumultu ab exclamatione incipit. Ad eos autem dicit qui furiosa mente instaurare bellum ciuile conabantur *POR.*

2. *enses conditi.* Vaginis inclusi *ACR.*

aut cur d. aptantur e. c. Enses qui iam conditi erant 20 cur dexteris accomodantur, ut si diceret: cur stringitis gladios in uagiua iam conditos? *POR.*

4—10. *parumne c. a. N. s. f. e. L. s.* Ciuilis belli tempore. — 7. *in tactus.* Ante inuictus. — *ut descenderet.* Vt uictus pro triumpho duceretur. — 9. *secund. u. P. s.* Qui 25 occiso Crasso metuebant Romanos, nisi bellum ciuile emersisset. — 10. *sua urbs h. p. d.* Vt Lucanus: [1*] In te uerte manus nondum tibi defuit hostis *ACR.*

1 aut certe Hipp. *omisso lemmate cod. Med.* 8 Bupalo *cod.* Bubalo *Edd.* 12 Ordo: inultus fl. u. puer *sic Fabr.* 16 ut *om. Fabr., add. rell.* 20 aptantes *Fabr.* Enses *post lem. om. Fabr.* 21 cur *item om. Fabr.*

1* *Lucanus I 23*

11. 12. *neq. hic lupis mos.* Vt se ipsi persequerentur. — *in dispar feris.* Hoc est, in diuersam naturam *ACR*·

neq. h. l. n. f. l. numq. u. i. d. p. Sensus est: Ferae non faciunt quod uos o Romani sanguinem in uicem petentes; 5 nam ferae eiusdem generis inter se pacem habent, dispares se insectantur. — *in dispar feris. Dispar* aduerbium est nunc ut si diceret: dispariter feris *POR*.

13. 14. *uis acrior.* Fatalis quaedam necessitas. — *an culpa.* Velut interroget causas furoris *ACR*.

10 *furorne caecos a. rapit u. a.* Quae est acrior uis quam furor? aut numquid deorum ira? *POR*.

15. *et albus ora pallor i.* Velut qui conscientiam peccati monstraret, ut: [1*] pallor simul occupat ora. *Albus* autem palloris epitheton *ACR*.

15 *tacent et albus o. p. i.* Elegans otiositas quasi his uerbis conuicti steterint deinde conscientia sceleris palluerint *POR*.

16. *stupent.* Scilicet sollicitudine *ACR*.

17. *acerba f. R. a.* Hoc est tamquam illis tacentibus 20 ipse intellexerit belli ciuilis originem inde in nepotes tractam quia occiso fratre Romulus parricidium penetrauit, unde est: [2*] Fraterno primi maduerunt sanguine muri *ACR*.

sic est a. f. R. a. Eleganter quasi tandem inuenerit fu- 25 roris huius causam intulit: *sic est.* Est enim sensus: Sine dubio hoc est, fato agimur ad hoc bellum supplicium pendentes ob caedem Romuli in fratrem admissam *POR*.

20. *sacer.* Execrabilis [execrandus] *ACR*.

sacer nep. cr. Sacer utique 'uenerabilis' nunc intelle-

5 ciusdem *cod.* eiusdem quae sunt *Edd.* 7 ut si *cod.* ac si *Edd.* 10 caecus *Fabr.* caecos *rell.* rapuit *cod.* 11 ira *cod. in marg.* 15 ora pallor albus *Edd. Vt nos cod.* 16 conuicti *cod.* coniuncti *Fabr. Med.* coniunctis *Pat.* 20. 21 discordiam *post* tractam *add. cod. Med.* (*fort. scr.* et inde i. n. t. disc.) 25 intulit. Sensus enim est: Sic est, hoc est, sine dubio fato *Fabr.* intulit. Sic enim est sensus: sine dubio hoc est fato *Med. Pat. Vt nos cod.* 28 execrandus *om. cod. Med.* 29 pro uenerabili *Fabr.* uenerabilis *rell.*

1* *Aen. IIII 499* 2* *Lucan. I 95*

gendum, nisi forte epitheton ut solet ad ipsum facinus reuocamus, ut *sacer cruor* pro sacra i. e. execrabili caede effusus dictum sit. *Sacrum* autem et pro execrabili ueteres dixisse notum est; etiam apud Vergilium:[1*] quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames *POR.* 5

EPODOS VIII.

Rogare longo. Inuehitur in eam a qua dicebatur lentus in Venerem; et foetoris ipsius uel aetatis esse affirmat magis quod eam fastidiat quam quod ipse nihil possit *ACR.*

Rogare l. p. t. saec. In anum libidinosam scribit quam aspernatur. Est autem sensus: Cum sis longae aetatis iam 10 et deformis ac putida mirum est te desiderare complexus meos praesertim cum etiam sine iniuria uirium mearum hoc tibi prouenire non possit *POR.*

[3. *dens ater.* Propter aetatem *ACR.*]

3. 4. *et rugis u. fr. s. e.* [*Exaret* i. e. contrahat.] Se- 15 necta enim non numquam ex rugis apparet, ut:[2*] Et frontem obscenam rugis arat *ACR.*

et r. u. f. s. e. Vergilianum est: Et frontem etc. *POR.*

6. *podex.* Pudenda pars corporis ut Iuuenalis:[3*] et podice leui *ACR.* 20

uelut crudae b. Crudam pro dura aut indomita uidetur dixisse *POR.*

7. 8. *sed incitat m. p.* Vt reuera incitat. — *quales ub.* Pro: qualia ubera *ACR.*

9. *uenterq. mollis.* Luridus et rugosus *ACR.* 25

uenterq. m. Mollem uentrem necesse est esse te iam rugosa et dissoluta *POR.*

2 pro sacro *Fabr.* pro sacra *rell.* effusus *cod.* effuso *Edd.* 4 etiam apud Verg. *cod.* et ap. V. *Med. Pat.* ut a. V. *Fabr.* 8 quod *addidimus* 14 *hoc schol. om. cod. Med. recte. Post schol. uers. 6 ponit Fabr.* 15 *uerba inclusa om. cod. Med.* 16 et *addidi* 19 et *Edd.* qui *cod.* sed *apud Iuuen. (Olahnius hunc locum non adfert)* 23 ironicos, quasi minime incitat *COM. CR.* 27 te iam rugosam et dissolutam *cod.* quae i.

1* *Aen. III 56* 2* *Aen. VII 417* 3* *Iuuenal. II 45* /2

9. 10. *femur t. ex. s.* Aetate iam sine musculis et suris indiscrete sociatum *ACR.*

et femur t. ex. suris add. Ingeniosa descriptio. Nihil enim tam deforme est quam crassiores pedes esse infra genua
5 quam supra. Sed et illud signate quod *additum* dixerit quasi non conuenienter in hac diuersitate tumoris et exilitatis additum; *addita* ergo quasi applicita ibi haec aut apposita uideantur *POR.*

11. *beata.* Diues, ut idem supra:[1*] N e s c i a s a n t e
10 g e n e r u m b e a t i P h y l l i d i s f l a u a e d e c o r e n t p a r e n t e s *ACR.*

12. *ducant.* Tamquam nobilium funus imagines te praecedant maiorum *ACR.*

esto beata f. a. i. d. t. t. Placeas tibi licet generositate
15 ac diuitiis, inquit, dummodo deformitatem hanc effugere non possis. In funere autem nobilissimi cuiusque solebant praeferri imagines maiorum eius quod adhuc obseruari uidimus in funeribus principum *POR.*

13. *nec sit m.* Matrimonio coniuncta. — *quae rotund.*
20 *o. b. a.* Hoc est: nulla marita sit ornatior gemmis. *Bacas* gemmas dixit, ut:[2*] c o l l o q u e m o n i l e B a c a t u m *ACR.*

15. *quid quod l. s. i. s.* Siue quod amicos haberet Stoicos ut eos amoris et coitus notaret, siue quia libros ipsos legere consueuerat ut docta uideretur; quos ad ostentationem
25 in sericis puluillis reponebat *ACR.*

rugosa et diss. sit *Med. Fabr. Vt nos Pat.* 4 est *om. Fabr.* intra *sed in marg.* infra *cod.* 5 sed *cod.* scilicet *Med. Pat. om. Fabr.* 5. 6 quia non conuenienter *cod.* quasi inconuenientem *Edd.* 6. 7 additum *pr. m. cod.* addita *sec. m. cod. Edd.* additum; addita *corr.* 9 Beatam iam pro diuite dixit ut supra *Fabr. Vt nos cod. Med.* 16 nobilissimi quique s. praeferro i. m. quod *Fabr.* nob. cuiusque s. praeferre i. m. q. *Med. Pat. Vt nos cod.* 17 adhuc *add. ex cod.* uidemus *Edd.* 19 matr. coniuncta *om. cod. Med.* 20 sit cura o. *Fabr.* cura sit o. *cod. Med.* Baccas autem *Fabr.* (bacca *non* baca *libri.* baca *COM. CR.*) 23 *olim conieceram:* ut qui amores et c. notarent *sed nunc libros secutus sum* 25 plumaciis *libri.* puluillis *corr. poteram etiam* puluinariis *quo de cfr. Liu. XXI 62*

1* *Horat. Carm. II 4, 13* 2* *Aen. I 654*

quid q. l. st. i. s. i. puluillos a. Significat illam uindicare sibi studium philosophiae et ob id cum libro frequenter esse ad tegendam scilicet libidinis uilitatem *POR.*

17. *illitterati n. m. n. r.* Ita scholasticorum coitus eligis tamquam minus in libidinem possint litteras ignorantes? *ACR.* 5

inlitt. num m. n. r. Quid prodest, inquit, ostentare te litteratam esse cum nihil te hoc adiuuare possit ad erigendum mihi penem qui litteras nescit nec earum studium habet? *Neruos* pro uirili membro dixit et est ordo: num minus rigent nerui? Et *rigent* pro 'frigidi sunt' accipe ac per hoc 'lenti ac 10 marcentes' *ACR.*

18. *minusue l. f.* Virilem penem *fascinum* dixit propter obscenam figuram quam in sequenti adiecerat; lingua enim detersa fronte mulieres amputare se infantibus putant fascinum *ACR.* 15

minusue l. f. Aeque pro uirili parte posuit quoniam praefascinandis rebus haec membri deformitas apponi solet *POR.*

19. *superbo.* Fastidienti *ACR.*

20. *ore adlabor. e. t.* Aut lingua aut magis blandimentis, ut Iuuenalis:[1*] uox blanda et nequam digitos habet *ACR.* 20

EPODOS VIIII.

Quando repost. c. a. f. d. Repostum i. e. seruatum, festis conuiuiis impendendum. Scribit autem de bello actiaco quod cum Antonio et Cleopatra a Caesare Augusto gestum est. — 25 [*Caecubum.* Campanum] *ACR.*

1 puluinos *in lem. cod.* 1. 2 uindicare *cod.* uend. *Edd.* 3 utilitatem *cod. Med. Pat.* uilitatem *Fabr.* 6 inlitt. *cod.* illitt. *Edd. Ibidem* non *cod.* num. *Edd.* te *om. Fabr.* 7 te hoc *cod.* hoc te *Med. Pat.* ad hoc te *Fabr.* 9 non *pro* num *hic cod. Pat. Med.* 13 lingua *e. q. s. non adsecutus sum* 20 adlabor. *cod. Med.* all. *Fabr.* 26 *schol. inclusum om. cod. Med.*

1* *Iuuen. VI 197*

Quando repostum c. a. f. d. Ad hoc repositum ut non nisi ad festas epulas proferretur *POR.*

2. *uictore l. C.* Vt ex inferioribus apparebit eam uictoriam Caesaris Augusti significat quam de Antonio et Cleo-
5 patra quaesiuerat *POR.*

3. *tecum s. a.* In Maecenatis scilicet domo *ACR.*

tecum s. a. sic I. gr. d. b. M. b. Vt nos ob uictoriam Caesaris laeti epulemur quippe cum ipse auctor sit eius uictoriae *POR.*

10 5. 6. *mixtum t. c.* Quod est artificis miscere lyrae tibiarum sonitus *ACR.*

sonante mixtum t. c. l. hac d. i. b. Nimirum tibiis barbarum. Diximus autem et supra tres esse species apud Graecos omnium carminum: ionicum, lydium, barbarum *POR.*

15 6. *hac dorium i. b.* Tibiis barbarum i. e. phrygium, lyra dorium *ACR.*

7. *ut n. a. c. f. u.* Hac deuotione, inquit, uicto Antonio tecum bibam qua nuper superato Sexto Pompeio qui seruorum manum in Sicilia congregatam nauali proelio nuper
20 perdidit et insula pulsus est. Vnde et *neptunium* ducem uocauit eligentem maritimum conflictum *ACR.*

ut n. a. c. f. neptunius d. f. u. n. Vt nuper, *bibimus* subaudiendum, cum Sextus Pompeius uictus fugatusque est. *Neptunium* autem ducem Sextum Pompeium noli simpliciter
25 dictum accipere quasi quod in mari dux fuisset sed quod ad eam stultitiam processisset inflammatus pro marinarum rerum felicitate ut Neptuni filium se diceret et cyanea ueste obduceretur *POR.*

9. *minatus u. u. q. d.* Minatus est uincula quae detra-
30 xerat seruis fractis ergastulis *ACR.*

minatus u. u. q. d. s. a. p. Et supra diximus Sextum

1 repositum *in lem. cod. Med. Pat. Cfr. Ritt. adn. crit. ad h. l. Horati* 4 signat *Edd.* 5 quaesierat *sed* u *supra add. cod.* 12 mixtum *sed* s *supra* x *scr. cod.* ac *pro* hac *cod.* 13 tris *Edd.* tres *cod.* 14 rerum *cod. sed* carminum *ascr. in mg.* barbarum *cod. in mg. add.* 22 urbibus *pro* bibimus *cod. Med. Pat.* 24 autem *add. ex cod.* (Neptunum *Edd.*) 25 quasi qui *Edd.* 26 eo stultitiae *Fabr.* ad eum stultitia *Med. Pat.* *Vt nos cod.* pro *cod.* in *Med. Pat., om. Fabr.*

Pompeium etiam fugitiuis in Sicilia sollicitatis classem armasse *POR.*

11. *Romanus heu heu p. n. e. f.* Ad Antonium rettulit quem dicit pro mancipio Cleopatrae datum nec a posteris pro infamia credendum, ut: [1*] s e q u i t u r q u e, n e f a s! a e g y p t i a c o n i u n x *ACR.*

Romanus eheu p. n. e. f. Qui non intellegunt putant inportunum transitum repente a Sexto Pompeio ad Antonium factum, nescientes poetam redire ad initium eclogae ubi ait: *uictore laetus Caesare,* ubi de Antonio et Cleopatra uictorem uult accipi. Deinde comparationem laetitiae praesentis mentione facta Sexti Pompei et fugae eius referens id quod coeperat exequitur, turpitudinem Antoni partiumque eius. — *Eheu p. negabitis.* Non credent, inquit, posteri romanos milites uelut dotales Cleopatrae datos. Tam foeda haec sunt ut non uideantur ab ullo Romano admitti potuisse. Ordo est autem: romanus miles et spadonibus seruire rugosis potest? Adiuuandum hoc pronuntiatione ut et rei indignitas et indignatio dicentis exprimatur *POR.*

13. *fert n. e. a. m.* Quasi praeceptis Cleopatrae romani milites seruientes et arbitrio eunuchorum quorum illa obsequiis utebatur. *Rugosi* autem eunuchi aetate fiunt *ACR.*

16. *sol asp. conopeum.* *Κώνωπες* graece culices dicuntur et quia in Aegypto multi sunt, ea habitacula quae sibi Aegyptii faciunt ad arcendam culicum molestiam *κωνώπεια* appellantur. Quidam reticulum dicunt Aegyptiorum reginae quod supra lectum tenderetur aduersum culices inter uexilla portatum *ACR.*

sol asp. conopeum. Conopeum quasi retis genus ad cu-

3 rettulit *cod. Med.* redit *Fabr.* 8 import. *Edd.* inp. *cod.* 11 comparatione pr. l. *Fabr.* comparatione l. pr. *Med. Pat.* *Vt nos cod.* 12 referat sed id *cod.* referens se id *Fabr.* referens id *Med. Pat.* 13 turpitudinemque *cod.* 14 eheu *cod.* heu *Edd.* 17 autem *addidi ex cod.* *post* potest *interrogationis signum posuimus cum cod.* 22 autem eunuchi *om. cod pro eisdem* n. (= enim) *Med.* 29 conopium *cod.* conopeum *Med. Fabr.* conopaeum *Pat.*

1* *Aen. VIIII 688*

lices prohibendos quo maxime Alexandrini utuntur quia ibi ex Nilo eulices abundant *POR.*

17. *ad hunc.* Id est: contra hunc, contra Antonium quia ad Caesarem confugerunt et equos aduersum Antonium cum
5 sistro conuerterunt *ACR.*

ad hunc f. u. b. m. e. G. c. C. Significat equitum Gallorum duo milia ab Antoni partibus ad Caesarem transfugisse. Quorum mentio ideo facta est ut Romanos qui sub praepositis spadonibus aequo animo militarent magis oneraret per
10 comparationem Gallorum qui hoc dedignati ad Caesarem se contulerunt *POR.*

18. *canentes.* Laudantes, ut: [1*] regemque canebant *ACR.*

20. *puppes s. c.* Veloces ad fugiendum, ut: [2*] Prima
15 citae Teucris ponam certamina classis *ACR.*

hostiliumq. n. p. l. p. s. citae. Ordo est: puppes hostilium nauium latent portu. Ad elocutionem adtende mirandam *συνεκδοχὴν* et *περίφρασιν*. *Sinistrorsum* citae autem quod dixerit manifestum est Alexandriam uersus esse; intellegendum
20 autem e litore Epiri ubi pugna naualis cum Antonio fuit; si Italiam petas in dextra necesse est esse si Alexandriam in sinistra *POR.*

21. *io tr. t. m. a. c.* Quasi deum inuoçat triumphum; tu, inquit, moraris currus qui iam parati sunt? *POR.*

25 22. *intactas.* Paratas ad sacrificium pro triumpho. *Intactas* autem integras et sinceras, ut: [3*] et intacta totidem ceruice iuuencas *ACR.*

3 i. e. contra hunc *et deinde* cum sistro *om. cod.* 6 *post lemma sic:* Eadem gallis. Significat autem *cod.* 7 millia *Fabr.* 8 ideo *cod.* iam *Edd.* 9 honeraret *cod.* 15 certamina *om. Fabr.* 16. 17 hostium nauium *cod.* 17 Ad *om. Fabr.* adtende *non* att. *cod.* 18 *συνεκδοχήν* et *περ.* *(sed uerba graeça recent. man.) cod.* *συνεκδοχην περ.* *Med. Pat.* *συνεκδοχικὴν περ.* *Fabr.* 18. 19 dixerat *Edd.* 21 esse *add. ex cod.* cedere *inseri iubet Ritterus* 24 *post* sunt *habet cod.* tantum ueni, *unde fort. addendum:* tandem ueni 25 sacrificinm *cod.* *COM. CR.* sacrificandum *Edd.*

1* *Aen. VII 698* 2* *Aen. V 66* 3* *Georg. IIII 550*

et intactas b. Id est, indomitas. Feminino autem genere boues non sic dixit quasi feminis tantum triumphantes sacrificent sed quia nescio quid gratius feminino genere boues quam masculino dicuntur; denique et Vergilius:[1*] Ille meas errare boues ut cernis et ipsum *POR.* 5

23. *nec iugurthino parem.* Non tanta ait gloria triumphauit Marius de Iugurtha *ACR.*

io tr. n. i. p. b. r. d. Non tanta, inquit, gloria C. Made Iugurtha triumphauit *POR.*

25. *super.* Contra. Deuicta enim Carthagine uirtute Scipionis Africani cum Afri aduersum Romanos denuo rebellarent consulto oraculo respousum est ut sepulcrum Scipioni fieret quod Carthaginem respiceret; tunc leuati cineres eius sunt de pyramide in Vaticano constituta et humati in sepulcro eius in portu Carthaginem respiciente *ACR.* 15

27. *hostis.* Antonius. — *punico.* Purpureo sago aut pario *ACR.*

terra m. u. h. p. l. m. s. Hoc est. Deposuit coccineam chlamydem Antonius qua scilicet ut imperator utebatur et accepit lugubrem i. e. nigram; et utrum ob luctum uictarum 20 partium hoc facit an ut in fuga lateat? *POR.*

29. *ille.* Metellus siue Antonius; unde et Metellus Creticus dictus est. — *centum n. Cr. u.* Vt:[2*] Centum urbes habitant magnas uberrima regna *ACR.*

30. *uentis i. n. s.* Non optatis non prosperis *ACR.* 25

31. *exercit. a. p. Syrtes n.* Non 'noto petit' sed 'noto exercitatas' h. e. uento tempestuosas et naufragas *ACR.*

exercitatas a. p. S. n. Non 'noto petit' sed 'exercitatas noto'; nam et alibi ait:[3*] undas Exercet auster *POR.*

1 foemino autem genere boues *cod. Omittunt haec Edd.* 3 nescio quid *cod.* metro quid *Med. Fabr.* merto quid *Fabr.* (metro quidem *legi iubet male Ritterus*) 4 ut Virg. *Edd.* et Verg. *cod.* 5 et ipsum *add. ex cod.* 6 pacem *Med.* per est *cod.* 14 humata *cod.* (*Ad hoc schol. cfr. COM. CR.*) 16 sago *om. cod.* patrio *libri* 18 coccinam *cod.* coccinea *Pat.* 19 ut *addidi ex cod.* 24 uberrima regna *om. Fabr.* 28 *lemma et quae secuntur usque ad* nam alibi *om. Fabr. et relicua male sequenti scholio add.* exercitas a. p. S. non noto; nam *etc. Pat.* exercitatas a. p. S. noto. Nam *etc. Med.* Vt nos *cod.* 29 coercet *Fabr.* exercet *rell.*

1* *Bucol. I 9* 2* *Aen. III 106* 3* *Horat. Carm. IIII 14, 20. 21*

32. *aut f. i. m.* Pro 'ipse incertus et iturus quo casus attulerit', ut: [1*] ibant obscuri sola sub nocte per umbram *ACR.*

aut fertur i. m. Ἀναφορά ad ipsum i. e. ipse fertur in-
5 certus consilii *POR.*

33. *capaciores a. h. p. sc.* Pro laetitia maiores *ACR.*

35. *fluentem.* Imminentem aut potu nimio profluentem *ACR.*

uel quod fl. n. c. m. n. C. Quia austerissimum est cae-
10 cubum uinum merito nauseam coerceat; et *metire* inquit quia cyatho hauriebatur ex cratere uinum *POR.*

36—38. *metire n. C.* Imple uinum bonum quod aduersum nauseam prosit. — 37. *curam.* Id est, sollicitudinem et metum de absentia Caesaris uenientem sopire iuuat. — 38.
15 *dulci L. s.* Pellere, ut: [2*] nunc uino pellite curas *ACR.*

EPODOS X.

Mala s. n. Solui dicitur nauis quando de statione uel portu dimittitur, ut: [3*] Soluite uela citi *ACR.*

1. 2. *Mala s. n. e. a. f. o. Maeuium.* Hic est Maeuius inportunissimus poeta quem et Vergilius consimili contume-
20 lia nominat: [4*] Qui Bauium non odit amet tua carmina Maeui. *Olentem* autem pro 'putido' dictum accipe; est enim σχῆμα λιτότης. *Mala alite* hoc est, malo auspicio. Et attende *alitem* cum hic feminino genere dixisse alibi masculino: [5*] Qualem ministrum fulminis alitem *POR.*

1 aufertur *in lem. Fabr.* 2 per umbram *om. Fabr.* 4 aufertur *in lem. cod.* aut fertur *Fabr. Om. rell.* (*Ceterum Fabr. sic habet:* Aut f. i. m.] Nam et alibi ait: undas coercet auster incerto mari, ἀναφορά, Vt ipsum. Id est *etc.*) 7 aut pro potu u. fluentem *Med.* 11 hauriebat *Edd.* 19 inport. (*non* imp.) *cod.* 22 *σχῆμα λιτότης rec. man. cod. σχ. λυπτοτης Med. Put. σχ. λιπτ. Fabr.* 24 ut: Qualem *Edd.*

1* *Aen. VI 268* 2* *Hor. Carm. I 7, 31* 3* *Aen. IIII 514* 4* *Bucol. III 90* 5* *Hor. Carm. IIII 4, 1*

1. *alite.* Hic et haec ales. Et hic pro 'auspicio' posuit *alite ACR.*

2. *olentem.* Putentem, ut: [1*] Alia serpillumque herbas contundit olentes *ACR.*

Maeuium. De quo et Verg.: Qui Bauium n. o. a. t. c. Maeui *ACR.* 5

4. *auster m. fl.* Tempestatem imprecatur Maeuio nauiganti *ACR.*

ut horr. u. u. l. a. m. fl. Iucunde quasi uento praesenti praecipiat; et *utrumque latus* 'nauis' utique intellegendum est *POR.* 10

5. *niger rudentis eurus euerso mari.* Quid est *euerso mari,* an contrariis fluctibus? *POR.*

6. *remos differat.* Cessare faciat *ACR.*

montibus altis. Qui maiori tempestati subiacent altitudine sui *ACR.* 15

8. *trementes.* Commotas et ui uenti inclinatas *ACR.*

9. *nec sidus atra n.* Nigra, sine amico nauigantibus lunae lumine, hoc est, prospero, ut: [2*] nec candida cursum Luna negat *ACR.* 20

10. *qua tristis O.* Tempestuosus; in occasu enim signi ipsius maxime tempestates emergunt, ut: [3*] nimbosus Orion *ACR.*

qua tr. O. c. Qua, nocte scilicet *POR.*

cadit. Occidit, ut: [4*] suadentque cadentia sidera somnos *ACR.* 25

11. *quietiore u. f. aequore.* Pro 'minus concitato' *ACR.*

12. *quam graia u. m.* Talem illi nauigationis optat errorem qualem post Troiae excidium Graeci uictores pertulerunt aut naufragium quale reuertentes in monte Caphareo fecerunt *ACR.* 30

1 Sed *pro* Et *libri* 3 alia serpillumq. *om. Fabr.* 10 cipiat *sic cod.* 12 rudentis *cod. Med. Pat.* rudentes *Fabr.* inuerso m. (e *superscr.*) *sic cod. et paulo post* euerso *cum Pat. Med.* 15 montibus altis *libri cum Bernensi A apud Ritterum* 21 enim *om. Fabr.* 24 scil. nocte *Fabr.* 27 non minus *Fabr.* 30 quale *et* fecerunt *om. cod. Med.*

1* *Bucol. II 11* 2* *Aen. VII 8* 3* *Aen. I 535* 4* *Aen. II 9*

13. *cum Pallas u. u. i. a. I.* Minerua enim sacerdote sua ab Aiace uitiata iram uerterat a Troianis ad Graecos ut:[1*] Pallasne exurere classem Argiuum atque ipsos potuit submergere ponto Vnius ob noxam et
5 furias Aiacis Oilei? *ACR.*

cum Pallas usto u. i. a. I. in inpiam A. r. Hoc ex Vergili lectione satis notum est *POR.*

17. *et illa n. u. e.* Planctus rationis expers et magis feminis conueniens, ut:[2*] femineum clamorem ad si-
10 dera tollunt, et Iuuenalis:[3*] flagrantior aequo Non debet dolor esse uiri *ACR.*

et illa non u. e. *Eiulatio* potius id dicitur quod est quasi gemitus flentis: *τρόπος ὀνοματοποιία POR.*

18. *auersum.* Non audientem et iratum, ut:[4*] auersa
15 deae mens *ACR.*

19. 20. *ionicus.* Hadriaticus. — 20. *carinam r.* Nauem soluerit tempestate; a parte totum, *carina* enim totius nauis compago est *ACR.*

ionius u. c. r. sinus noto c. r. *Vdo* autem noto hoc est
20 aquoso ac pluuioso *POR.*

21. *opima.* Praecipua aut pinguis *ACR.*

op. q. s. p. c. litore. Opimam praedam corpus ipsius Maeui intellegamus, ex quo apparet et pinguem eum fuisse *POR.*

25 22. *porr. m. i.* Hoc est: si cadauer Maeui in litore eiectum marinis auibus iacuerit cibus. *Porrecta.* Extenta, ut:[5*] Quaque iacet medium Rhodope porrecta sub axem *ACR.*

23. *libid. imm. caper.* Similitudini impudici et petulan-
30 tis poetae animal comparat immolandum, si mortis eius uoti compos extiterit *ACR.*

---

6 iusto *sic cod. idem* inpiam (*non* imp.) 7 Vergi. *sic cod.* Virgi'i *Pat. Med.* Virgiliana *Fabr.* est *addidi ex cod.* 13 *τόπος Fabr.* 19 *fort. ante* Vdo *lacuna statuenda propter* autem *uocem* 23 melius *sic cod. Pat.* maeuii *Fabr. Med.* et *add. ex cod.* eum *ipsi add.* 29 in similitudinem *Fabr.*

1* *Aen. I 39—41* 2* *Aen. XI 878* 3* *Iuuenal XIII 11* 4* *Aen. II 169* 5* *Georg. III 351*

EPODOS XI.

[*Pecti.* Metrum primo uersu ternarium iambicum, secundus ex penthemimeri dactylica et iambica. Alii dicunt esse ternarium iambicum quadratum a dactylo et iambico *ACR.*]

Petti n. m. s. a. i. Pettium contubernalem alloquitur 5 indicans occupato sibi amore Lycisci pueri non libere uersus scribere *POR.*

1. *nihil m. s. a. i. sc. u.* Dicit se amore detentum ad faciendum uersus nec delectationem habere nec animum *ACR.*

3. *expetit.* Appetit persequitur *ACR.* 10

5. 6 *hic tertius d. e. q. d. Inachia f. s. h. d.* Siluarum honorem folia arborum et Vergilius dixit: [1*] F r i g i d u s e t s i l u i s a q u i l o d e c u s s i t h o n o r e m. Re uera autem mense fere decembri spoliantur arbores foliis *POR.*

6. *siluis hon. d.* Hiemem significat per casus foliorum, 15 ut: [cum] s i l u i s a q u i l o dec. hon. *ACR.*

7. *heu m. per urbem.* Heu me per urbem fabula quanta fui; hoc autem quasi iuxta se positum illatum est: *nam pudet tanti mali.* Quod ideo intulit ut ostenderet cur ingemuisset *POR.* 20

nam pudet t. m. Non conuiuiorum poenitet sed quod fabula fuerit *ACR.*

8. *conuiuiorum.* Quod ut finem amoris eius ostenderet sub poenitudine recordatur *ACR.*

9. *in quis.* In quibus. — *languor.* Stupor siue animi 25 torpor et cruciatus qui solet amatoribus euenire *ACR.*

5 Petti *et* Pettium *cod.* Pecti *et* Pectium *Edd.* 10 exequitur *omisso* appetit *cod. Med. In eisdem merito deest schol. quod huic praemittit Fabr.* Inachiam furere.] Mulierem nomine Inachiam dicit. 11 destitit in achaia *sic in lem. cod.* 14 decembris (s *ex seq. uoce male repetito*) *cod. Me l. Pal.* 17 *lemma nos addidimus* eheu *cod.* 18 posito *Fabr.* (*fort. sic scr.* huic autem q. i. s. posito) 25 in quis. In quibus *om. cod. Med.*

1* *Georg. II 404*

10. *arguit.* Probat, ut:[1*] Degeneres animos timor arguit *ACR.*

arguit. *Arguit* media syllaba producta pronuntiandum quia praesentis temporis est *POR.*

5 *et latere p. i. sp.* Quia et suspiriis aliquotiens amor proditur, ut:[2*] illo Suspirans imoque trahens a pectore uocem *ACR.*

et lat. p. i. sp. Spiritum latere peti non pectore ait quod in suspirando constat latus laboraro *POR.*

10 11. *contrane l.* Contra meretriciam cupiditatem quae lucrum captans riualem praeferebat Horatio queritur ingenium poetae optimi nihil ualere *ACR.*

contrane l. n. u. c. p. i. Contra lucrum, contra studium lucri i. e. contra auaritiam. Sensus autem: Querebar tibi 15 plorans quod candor animi mei et honesta simplicitas sine diuitiis nihil gratiae haberet apud auaram puellam *POR.*

13. 14. *simul.* Postquam, ut:[3*] Quae simul iuuersum contristat Aquarius annum. — *calentis.* Amantis. — *in. deus.* Dionysus. — 14. *feruidiore m.* Hoc est, uino 20 accendebatur in amorem. — *arc. promorat.* Pro promouerat. *ACR.*

querebar adplorans t. s. c. i. d. f. m. a. p. l. Ordo est: simul inuerecundus deus calentis arcana promorat loco. Et utique amore calentis accipiendum. Sensus uero hic est: Cum 25 ebrietas seueritatem pepulerat pectore meo, tum ego amoris mei iniuriam flens apud te querebar. *Inuerecundum* ergo *deum* Liberum uult intellegi quod inuerecundum sese per uinolentiam faceret *POR.*

3 arguit *post lemma addidi* 6 ut ille: Suspirans *sic Fabr.* 9 latera laborare *Edd. Vt nos cod. in marg. qui in contextu sic habet:* Spiritum non pectore ait quem in susp. constat latere laborare 10 contrane *cod.* contraque *Edd.* 13 contraque *cod. Fabr. Med.* contrane *Pat.* 18 calentis. Amantis *et quartum schol. om. cod. Med. Praeterea* simul etc. *in libris tertio loco ponitur* 22 adplorans (*non app.*) *cod.* 22. 23 ordo est: simul — loco *add. ex cod. Edd. om. per oculorum aberrationem.* (promerat *hic et in lem. cod.*) 24 Sensus uero hic est *cod.* sensus uero is est *Pat.* s. ueris est *Med.* s. uerus est *Fabr.* 27 sese *cod.* se *Edd.* 27. 28 uinulentiam *cod.* uiol. *Pat.*

1* *Aen. IIII 13* 2* *Aen. I 371* 3* *Hor. Serm. I 1, 36*

15. *quod si m. inaestuet pr.* Vt iracundia commotus amatam a qua spernebatur et ipse contemneret *ACR.*

quod si m. inaestuet pr. l. b. Confundit lectorem uarietas elocutionis. Ab obliqua enim oratione transit ad rectam; nam supra oblique dixerat: 'querebar tibi nihil ualere candidum pauperis ingenium'; at haec iam recta est: 'quod si meis inaestuet praecordiis etc.' *POR.* 5

16. *ingrata.* Sine effectu insita, ut: [1*] frustraqae laborem ingratum trahit; et ibi enim de equi coitu loquebatur *ACR.* 10

17. *fomenta u. nil m. l.* Querelae enim solatia doloris nec desiderio afferunt fructum *ACR.*

18. *desinet imparibus c. summotus p.* Imparibus aemulis scilicet qui largiri multa possunt cum ego non possim. *Imparibus* autem *certare* per datiuum casum figuratum est ut apud Vergil.: [2*] tibi certat Amyntas *POR.* 15

19. *ubi haec s. t. p. l.* Hoc est, seuere dixeram arrogans mihi constantiae laudem *POR.*

20. *iussus.* A te Pecti scilicet *ACR.*

iussus a. d. A te scilicet *POR.* 20

ferebar inc. p. Ebrius, ut Terentius: [3*] néque pes neque mens sátis suum officiúm facit *POR.*

22. *dura.* Implacabilia; qui exclusus limine est dum amaret [ideo] ait: *infregi* latus *ACR.*

quibus l. e. i. l. Ordo est: lumbos et latus infregi *POR.* 25

24. *Lycisci.* Delicati pueri cuius amor superbiam meretricis me facit contemnere quam amabam *ACR.*

25. *unde exp. n. a. q. l. c.* Nullis, ait, consiliis a pueri eius amore nisi forsan alio amore reuocabor *ACR.*

1 inaestuat *Fabr.* inaestuet *rell.* 4 Obliqua enim modo ratione transiuit *Edd.* *Vt nos cod.* 7 etc. *addidi ex cod.* 13 īparibus *sic cod. in lem. deinde cum Edd.* imp. 14. 15 Paribꝰ *cod.* (im *absorpsit antecedens* possim) 15. 16 ut Virgilius *Edd.* certet *Edd.* certat *pr. m. cod.* 22 suum satis off. f. *om. cod. Med.* (sátis suom *apud Fleckeis.*) 24 ideo *om. cod. Med.* 25 *lemma tantum exhibent Med. Pat.* limina dura] Ideo quia iis lumbos et infregi latus *sic Fabr. Vt nos cod.*

1* *Georg. III 98* 2* *Bucol. V 8* 3* *Terent. Eunuch. IIII 5, 3 (729) Fleckeis.*

unde e. n. a. q. l. c. Bene *libera,* quia ueri amici libere solent delicta amicorum castigare studio emendationis *POR.*

26. *nec cont. gr.* Non iam amicorum sed ipsius pueri 5 qui amatur *POR.*

27. *candidae.* Pulchrae, ut: [1*] Candida Dido. — 28. *teretis.* Gracilis *ACR.*

28. *aut teretis p.* Teretia crura aut brachia habentis. *Teres* autem in longum rotundus dicitur *POR.*

EPODOS XII.

10 *Quid t. u. m.* Eandem quam supra alloquitur impotentem in amorem suum. — *nigris barris.* Elephantis a barritu dictis; *nigris,* Indis siue Mauris qui nigri sunt *ACR.*

Quid t. u. m. n. d. barris. In mulierem foedam et anum haec scribit. *Barri* autem elephanti dicuntur, unde et uox 15 eorum *barritus* appellatur. Porro autem elephanti dicuntur auersi coire; ex quo poeta uidetur dicere cum eis eam concumbere debere qui illam non uideant propter deformitatem ipsius *POR.*

2. *munera quid m. quidue t.* Quid mihi, inquit, munera 20 aut codicillos amatorios dirigis, dum libidini tuae nec sicut iuuenis sufficiam nec foetoris tui nescius sim? *ACR.*

3. *nec firmo iu.* Hoc est, nec ualido qui sufficere libidini tuae possit *POR.*

neque n. o. Hoc est, neque occlusae naris ut possim pu- 25 torem corporis tui ferre *POR.*

2 castigare *cod. in marg.* reprehendere *Edd.* 8 Id est recta crura *sic Edd.* Teretia cr. *cod.* 9 rotundus *cod.* rotundum *Edd.* 10. 11 impudentem *cod. Med.* 11 barris *et* barritu *sine* h *litt. cod. Med.* 12 aut certe nigris *sic libri. (fort. ad COM. CR. sic scr.:* nigris. Deformibus aut certe Indis *etc.)* 13 barrhis *Fabr.* 14 elefanti *cod. ubique* 16 uidetur poeta *Edd.* bis *Edd.* iis *cod.* 18 *post hoc schol. add. Fabr.:* Nigris] Deformibus. *Om. rell.* 24 nares obesse *in lem. cod.* 25 tui corp. *Edd.*

1* *Aen. V 671*

5. *polypus a. gr.* Dicit se nec putorem narium nec hircum ferre quo illa laborabat. Ab hircorum enim foctore dicti sunt et olentes titilli (?) *ACR.*

polypus a. gr. hirsutis c. h. i. a. Polypus non in alis sed in naribus intellegendus *POR.* 5

6. *quam c. a. u. l. s.* Sagacitatem suam in inueniendo muliebrium membrorum putore cani comparauit feras quaerenti *ACR.*

7. *uietis.* Marcidis, ut Terentius:[1*] u i e t u s u é t u s u e t e r n o s ú s s e n e x siue rugosis et uetustate confectis *ACR.* 10

qui sudor u. et q. m. u. m. cr. o. Ordo est: Quî sudor crescit uietis membris? *Vieta* autem membra dicuntur ex nescessitate contorta ut Terentius ostendit: u i e t u s u e t u s u e t e r n o s u s s e n e x [i. e. necessitate contortus.] *Malus undique membris.* Hoc iam pronuntiandum uel efferendum cum admiratione *POR.* 15

8. *pene sol.* Penem tam mulieris quam uiri posuit. — *soluto.* Id ėst coitu finito *ACR.*

cum pene s. ind. r. p. s. Aspere cum ex fastidio tui penis languit tu tamen cupiens libidini tuae satis facere dum moueris sudas delauasque cretam et stercus crocodili quibus faciem fucare consuesti *POR.* 20

10. 11. *humida.* Humefacta sudore. — 11. *sterc. fuc. crocodili.* Hoc enim ad conseruandam cutem uel candorem faciendum mulieres uti dicebantur *ACR.* 25

11. *iamq. subando.* Metaphora a sue quae *subare* dici-

3 olentes titilli (tituli *cod.*) *quid sint nescio* 4 hirsutus *cod.* 5 intellegendus *cod.* intelligendum *Edd.* 6 in *addidimus* 9. 10 uetus *et* senex *om. cod. Med.* 10 siue uietis rugosis etc. *Fabr.* 11 quis udor *sic cod. in lem.* et q. m. u. m. cr. o. *in lem. om. Fabr. Eadem cum Med. Pat. om.:* Ordo est: Qui — membris? 13 *pro* necessitate *fort. scr.* uetustate uetus *in loco Terent. addidimus* 14 *uerba inclusa om. cod. recte* 15 uel effer. *cod. in marg. add.* 19 et *pro* ex *cod.* 20 languit *cod.* languet *Edd.* tamen *cod.* tantum *Edd.* 21 delauasq. *cod.* delauatq. *Pat.* diluisq. *rell.* ceram *Fabr.* cocodrilli *cod.* crocodili *Pat. Fabr.* crocodilli *Med.* 22 phricare *Pat.* fricare *Med.* consuesti *cod.* consueuisti *Edd.* 24 cocodrilli *cod.* crocodilli *Med.*

1* *Terent. Eunuch. IIII 4, 21 (688) Fleckeis.*

tur. Dum ergo cales tu tanta libidine rumpis stratum ut in coitum properes *ACR.*

iamq. subando t. c. t. r. *Subare* proprie sues dicuntur cum libidinantur; inde iam translatio est facta in cetera ani-
5 malia. *Tenta* autem *cubilia* lectum dicit restibus siue fasciolis subtentum *POR.*

13. *saeuis ag. f. u.* Tamquam eum non satis facientem furori suo uerbis increpet *ACR.*

uel mea cum saeu. a. f. u. Vel illud ait quale est cum
10 me quasi per blanditias corripit quod fastidio cum ea concumbam imputans quod excitatiorem Venerem cum Inachia amica quam cum ipsa agam *POR.*

14—16. *Inachia l. m.* Verba Canidiae inducit [loquentem contra se.] — *mollis.* Debilis. — *opus.* Pro coitu posuit
15 periphrastice ut Verg. cum de coitu boum loqueretur: [1*] Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior usus Sit genitali aruo *ACR.*

16. 17. *pereat male q. t. L.* Mala Lesbiae imprecatur quae sibi eum ostendit dum illa ualidiorem quaereret taurum
20 i. e. iuuenem satisfacientem *ACR.*

pereat m. q. t. L. q. t. m. i. Mihi quaerenti taurum. Taurum autem pro ualido ac forti concubitu dixit *POR.*

18. *cum. m. cous.* Nomen pueri de Coo ciuitate cuius inguinis nimietatem arbori comparat *ACR.*

25 *cum m. cous. a. A.* Hoc est: Cum non deesset mihi salacissimi adulescentis occasio *POR.*

21. *muricibus tyriis.* Africae purpurae h. e. pretiosae quae secundo fucabantur, ut: [2*] tyrioque ardebat murĭci laena *ACR.*

4 unde transl. *Fabr.* inde transl. *rell. Sed cod.* iam *supra lin. add.* 5. 6. fasceolis subtectum *cod.* fasiolis subtentum *Pat.* fascinolis subtentum *Med.* fascios subtentum *Fabr.* 9 Vel illud eius q. e. *cod.* Vel illud eras q. e. *Med. Pat.* Vel illud ait q. e. *Fabr. (sed nondum haec sana sunt)* 11 imputat *cod.* imputans *Edd.* exercitat. *Edd.* excitat. *cod* inachi. amica *cod.* Nachia am. *Pat.* 13. 14 loq. c. se *om. cod. Med.* (*et aut eicienda sunt aut scr.* quam ind.) 14 mollis. Deb. *om. cod. Med.* 22 concubito *cod.* 26 sagacissimi *cod. Pat. Fabr.* salacissimi *Med. Idem coniecit Ritterus*

1* *Georg. II 35* 2* *Aen. IIII 262*

mur tyr. i. u. l. Purpuram tyriam significat quae iterum i. e. bis tingi conchylio dicitur; unde hodieque *dibaphus* appellatur *POR.*

22. *cui properabantur.* Interrogatiue pronuntiandum est *ACR.* 5

23. *magis. q. d. m. s.* Tamquam quae propterea uestibus pretiosis ornaretur ut etiam ab alienis mulieribus amaretur *ACR.*

ne f. aequalis i. c. m. q. d. m. s. q. t. Blanditur dicens magnopere festinans illi pretiosis purpuris uestem conficere, ut 10 ex hoc inter contubernales eius probaret quam ualde illum diligeret *POR.*

EPODOS XIII.

Horrida temp. Hortatur amicos suos ut pluuio aere quo aliud facere non possint laetitiae et poculis indulgeant *ACR.*

Horr. t. cael. c. e. i. Hortatur contubernales ut quo- 15 niam caelum pluuium nec quicquam agi possit in conuiuium secedant. *Caelum* autem pro nubibus accipe et *contraxit*: 'in unum coegit' ac per hoc 'densas fecit' intellegendum *POR.*

1. *caelum.* Pro nubibus, ut: [1*] Iam caelum terramque meo sine numine uenti Miscere. — *et imbres.* Vt: [1*] effusis imbribus atra Tempestas sine more furit *ACR.* 20

1 significat *add. ex cod.* 2 tingi c. dicitur *cod.* tingitur con. *Fabr. Med.* tingit con. *Pat.* hodieque *cod.* hodie *Edd.* 2. 3 dibaphus appellatur *cod.* *διφατας* appellant *Pat.* *διβαφας* appellant *Med.* dibaphas appellant *Fabr.* 9 aequalis *in lem. cod. Med. Pat.* 11 probaret *cod.* probaretur *Edd.* ualde *add. ex cod.* 14 possunt *libri* licentiae *cod. Med.* 16 ipso caelo pluuio nequeant aliud agere *Fabr. Med.* ipsum caelum pluuium nequit quam agi possit *Pat.* caelum pluuium nequi(c)quam agi possit *cod.* *Nos lenissima coniectura correximus codicis script.* 18 densa *cod. Pat.* densas *Med. Fabr.* 21 uenti misc. *om. Fabr.* 22 atris *cod. Med.* atra *Fabr. et apud Verg.*

1* *Aen. I 133* 2* *Aen. V 693*

2. *e. i. niuesq. d. I.* Suauiter quasi cum imbribus ad terras Iuppiter descendat *ACR.*

3. 4. *rapiamus a. o. d. d.* Vtrum occasionem quae de die pluuio incidit an ut conuiuia de die ducebantur a primo 5 mane coepta? *POR.*

4. *dumq. uirent. g.* Hoc est quando iuuentus uiret; et senectus arida opponitur, ut de sene:[1*] G e n u a l a b a n t u a s t o s q u a t i t a e g e r a n h e l i t u s a r t u s, et de iuuenc:[2*] I l l e p e d u m m e l i o r m o t u f r e t u s q u e i u u e n t a *ACR.*

10 5. *obducta s. f.* Laetitia extendatur frons obducta maerore *ACR.*

obd. s. f. s. Obducta i. e. in rugas contracta ac per hoc seuera et tristis. Sic ergo et senectutem pro grauitate ac seueritate accipe *POR.*

15 6. *tu uina T.* Consule uina reposita proferri iubet quo ipse natus est: Manlio Torquato *ACR.*

tu uina T. m. c. p. m. Praecipit uina proferri Manlio Torquato consule defusa quo anno ipse natus sit quod et alibi adloquens amphoram ostendit dicens:[3*] O n a t a m e c u m 20 C o n s u l e M a n l i o. Ad hoc ergo pertinet quod dicit: *Torquato meo POR.*

7. *deus haec f. b. r. i. s. u.* Si qua minus laeta sunt ut quae sollicitudinem moueant de deo speranda dicit ut in melius mutentur dummodo laetitiae non praetermittatur occa-25 sio *ACR.*

deus haec f. b. r. i. s. u. Sensus est: Haec de quibus sollicitus es fortasse benignus restituet tibi deus qui uices rebus humanis constituit *POR.*

8. *achaemenio.* Persico *ACR.*

30 9. *et fide cyllenea.* Lyra aut chorda quam traditur Mercurius inuenisse qua accepta ab eo Amphion cantu muros fecisse dicitur thebanos *ACR.*

4 ducebantur *cod.* diceb. *Edd.* 7 deponitur *libri* de sene *om. cod. Med.* 9 fretusq. iuu. *om. Fabr.* 15 eo consule *cod.* 17 Mallio *Fabr.* 18 defusa *cod.* diff. *Edd.* 19 amphoram alloq. *Edd.* adl. am. *cod.* 20 quod Manlio T. m. *cod. Med. Pat.* 24 praemitt. *libri* 26 *hoc schol. post duo sequentia ponunt libri* hanc quoque *Edd.* haec *cod.*

1* *Aen. V 432* 2* *Aen. V 430* 3* *Hor. Carm. III 21, 1*

et fide cyllenea. Id est, chorda quam Mercurius inuenit ac per hoc lyra *POR.*

11. *nobilis ut gr. c. C. a.* Vt Iuuenalis:[1*] iam grandis Achillis Cantabat patriis in montibus. Nobilem autem Chironem dicit cuius umbram ponit Achilli praedicentem fata sua *ACR.* 5

nobilis u. c. g. c. alumno. Id est Achilli *POR.*

13. 14. *Assaraci tellus.* Assaracus auus Anchisae a quo et Troiani. — *tellus.* In qua scepeliendus erat. — *Findunt Sc. fl.* Scamander fluuius [et qui] cum Europam ab Asia diuidere 10 dicatur ideo posuit *findunt.* — *lubricus et S.* Vel sanguine Troianorum, ut:[2*] ubi tot Simois correpta sub undis Scuta uirum galeas et fortia corpora uoluit; siue pro natura aquae lubricus *ACR.*

15. *certo s. t. parcae.* Vt:[3*] rumpunt stamina parcae *ACR.* 15

unde tibi r. c. s. t. p. Tale est et illud:[4*] ex tremaque Lauso Parcae fila legunt *POR.*

16. *caerula.* Nomen a colore maris i. e. marina, ut:[5*] Caeruleus Nereus *ACR.* 20

nec m. d. caerula te reuehit. [Per] Matrem Thetidem ac per hoc metonymicos mare intellegamus *POR.*

18. *aegrimoniae.* Aegritudinis animi *ACR.*

---

1 fides cyllenaea *in lem. cod.* fides cyllenia *Med.* fides cyllentam *Pat.* 2 lyra *cod.* lyram *Med. Pat.* lyram significat *Fabr.* 7 *post lemma:* Chiro scilicet Centaurus. Alumno i. e. Achilli *Pat. Med. Sed omisso lemmate:* Centaurus] Chiron scilicet. — Alumno] Achilli *Fabr.* 8 Anchisae *cod. Med.* Priami *Fabr.* 11 Fluuius Troian., ut: ubi — uoluit *omissis rell. cod.* 15 rumpentes *apud Lucanum* 17. 18 extraque lauro *cod.* extrema et aliis *Pat. Med.* 21 caerulea *cod.* reuehit *cod. Med. Pat. Om. Fabr.* per *libri. Nos uncis inclus.* 21. 22 atque ex hoc *Pat. Med.* atq. ex hac *Med.* ac per hoc *cod. Fort. schol. sic refingendum:* Pro matre Thetide; ac per hanc m. m. i.

1* *Iuuenal. VII 210* 2* *Aen. I 100* 3* *Lucan. III 19* 4* *Aen. X 813* 5* *Ouid. Her. VIIII 14*

EPODOS XIIII.

Mollis i. cur. Dicit se inertia et obliuione oppressum tamquam lethaeum sumpserit poculum *ACR.*

Mollis inertia c. t. diff. i. o. s. Ad Maecenatem loquitur. Significat illum frequenter de se queri cur neglegat car-
5 mina scribere. Deinde quasi interrogationes eius uolens effugere amorem causatur *POR.*

3—5. *pocula lethaeos u. s. d. s. a. f. tr. Lethaeos,* obliuiosos, ut: [1*] l e t h a e i a d f l u m i n i s u n d a m S e c u r o s l a t i c e s e t l o n g a o b l i u i a p o t a n t. — *fauce tr.* Biberim. —
10 5. *candide.* Pure simplex *ACR.*

7. 8. *inceptos o. p. c. i. a. u. add.* .... iambos carmen; utrum 'olim promissum' an 'olim inceptos' ambiguum est; *ad umbilicum adducere* pro: finire et consummare posuit quia in fine libri umbilici ex ligno aut osse solent poni *POR.*
15 8. *ad umb. add.* Ad perfectienem ad finem *ACR.*

9. *arsisse.* Amasse, ut: [2*] F o r m o s u m p a s t o r C o r y d o n a r d e b a t A l e x i m — *Batillo.* Batillus Pautomiunus fuit de quo Iuuenalis: [3*] m o l l i s a l t a n t e B a t i l l o *ACR.*

6. 10. *non aliter s. d. a. Bathyllo A. teium.* Attende per
20 ablatiuum dictum *arsisse Bathyllo,* cum et hoc saepe Vergilius per accusatiuum dixerit: F o r m o s u m p a s t o r C o r y d o n a r d e b a t A l e x i m *POR.*

10. *Anacr. teium.* A Teia poetam (?) *ACR.*

4 significat *cod.* significans *Edd.* queri *cod.* quaerere *Edd.* 7 lethaeos obliu. *om. cod. Med. item paulo post:* fauce tr. Biberim 11 a. u. add. *in lem. om. Fabr. sed post* ambiguum est *eadem pro nouo lemmate addit. quam ante* iambos *signaui lacunam et cod. habet; fortasse scriptum fuit sic:* Ἐπεξήγησις iambos carmen; utrum etc.; *an:* Ἐπεξ. nam iambi sunt carmen 19 Bathyllo *Pat. Med.* Bachyllo *cod.* Batillo *bis Fabr.* (*in qua nihil lem. habet nisi* arsisse B.) teium *Med.* cum *cod.* Cum *Pat.* 20 bachyllo *cod.* batyllo *Pat. Med.* 23 tegia *cod.* (*Schol. sine dubio lacunosum; fort. explendum ex COM. CR.*)

1* *Aen. VI 724* 2* *Bucol. II 1* 3* *Iuuenal. VI 63*

11. *qui p.* Qui per metrum amorem suum flebiliter cantauerit *ACR.*

12. *non el. a. p.* Hoc ideo quia, ut supra ostendimus, lyrici poetae prout libet quoscumque uersus sibi fingunt *POR.*

13. *ureris i. m.* Aut 'ualde' dixit aut *miser* consolandi causa tamquam qui frui amata non posset; quod de Terentia quae eius erat significari non potuit et de patrono incongrue dicebatur *ACR.* 5

ureris i. m. Maecenati hoc dicit quia et ipse Terentiam dilexit cuius et supra sic meminit:[1*] Manum puella sauio opponat tuo Extrema et in sponda cubet *POR.* 10

quod si n. p. Id est, non melior quam te iam urit Maecenas; quod gratificans dicit Terentiae quam amauit Maecenas *ACR.*

quod si n. p. i. a. obsessam I. g. f. t. In honorem Maecenatis gratificatur laudem Terentiae, Helenae cum comparans; hoc autem ait: Si non fuit Helena speciosior iucunda haec miseria est. Et *accendit Ilion* ad amorem magis pertinet quo Troia cremata est, nec inmerito quia ipse amor ignis solet dici *POR.* 15 20

14. *obsessam Il.* Ad Helenam refert *ACR.*

15. 16. *me lib. n. u. c. Ph. l.* Libertinam se amare Phrynen affirmat quae licet uiro non sit uno contenta turpitudinem tamen eius se fatetur ferre pro amore *ACR.*

4 cuique *Fabr.* cuiusq. *Pat. Med. cod. Sed hic in marg. ascr.* quoscumq. 6 *altera pars* quod etc. *mihi non liquet; fort. ex Porph. schol. male conflata est* 10. 11 suauio *Edd.* (puelas) auio *sic cod.* 15 i. a. obsessam Il. g. f. t. *in lem. om. Fabr.* 16 gratificatur laudem *cod.* gratificans laudem *Med. Pat.* gratificatur *Fabr.* 19 in merito *cod.* imm. *Edd.* 21 obsessum *Fabr.* obsessam *rell. cum libris Porph.* 24 prao *Fabr.*

1* *Hor. Epod. III 21*

EPODOS XV.

Nox erat. Neaeram amicam suam alloquitur. Periuriis eius se deceptum significat quod amorem suum in alium transtulisset quem negat perpetuum futurum *ACR.*

Nox erat e. c. f. l. s, i. m. s. Queritur de Neaera quod 5 non seruet fidem iuris iurandi quo se obstrinxerat semper cum Horatio nicturam; deinde horrendum ipsum ius iurandum uult facere: Noctis silentium erat, inquit, serenum caelum luna lucebat *POR.*

3. *cum t. m. numen l. d.* Ad euentum refert *numen lae-* 10 *sura deorum* quasi cum iuraret iam perfidiam fallendi in animo haberet *POR.*

in uerba i. m. Sicut ego ostendebam tibi iurare ita iurabas et secundum uerba quae praeponebam iurabas artius te mihi coniunctam fore quam ilici hederam *ACR.*

15 *in u. i. m.* Hoc est mea per uerba concepta iuris iurandi *POR.*

5. 6. *artius.* Diligentius. — 6. *lentis.* Flexibilibus *ACR.*

6. *lentis adh. brachiis.* Mihi adhaerens amplexu brachiorum cum haec iurares *POR.*

20 7. *dum p. l. e. n. i. O.* Huic simile est: [1*] I n f r e t a d u m f l u u i i c u r r e n t d u m m o n t i b u s u m b r a e L u s t r a b u n t c o n u e x a p o l u s d u m s i d e r a p a s c e t *POR.*

11. *o dol. m. n. u. N.* Quia si iratus fuero contemnam te et incipies dolere *ACR.*

25 12. *nam siquid i. Fl. u. e.* Id est: si quid in se habet uirile Horatius *ACR.*

5 iusiurandi *Fabr.* iuris iur. *rell.* 6 nicturam *Pat. Med.* uictura *rell.* 7 serenum caelum *cod.* serenum aut *Pat.* ser. ac *rell.* 9 nomen *in lem. cod. pr. m. sed ab alt. et paulo post* numen *post* refert *om. Edd.* uerba numen l. d. 13 artius *etiam in seq. schol. cod.* arctius *Edd.* 15. 16 conceptum iusiurandum *Fabr.* 17 lentis. Flex. *om. cod. Med.* 18 bracchiis *et* bracchiorum *hic cod. alias plerumque* brachium Id est *pro* Mihi adh. *Edd.* 21 currant *cod. sed ead. m. mutauit in* current

1* *Aen. I 607*

nam siquid i. Fl. u. e. Id est: siquid uirile Flaccus in se habet *POR.*

13. *non feret.* Non sustinebit nec patietur. — *assiduas.* Frequentes. — *potiori.* Meliori riuali *ACP.*

non f. ass. p. t. d. n. Potiori non ex sua persona Flaccus dixit; neque enim riualem sibi suum praefert sed 'qui apud te potior est' *POR.* 5

15. *nec semel off. c. c. f.* Tunc constantia amatoris cedit formae mulieris quando laesus non audet abscedere. Hoc est quod dixit: Si offensus fuero non cedam formae tuae i. e. non tibi seruiam, non perseuerabo iniuriam passus *ACR.* 10

nec semel off. c. c. f. Quia semel offensa est; id est: nec uincetur constantia mea a tua forma, quo minus illam contemnat ac relinquat cum indignationem certam concepero *POR.* 15

17. *et tu q. e. f.* Ad riualem hoc dicit *POR.*

18. *a. m. n. superbus i. m.* Id est tibi placens ac gloriosus *POR.*

19. *sis p. e. m. d. t. l.* Etiam diuitiis felix sis praeter amorem Neaerae *POR.* 20

20. *tibiq. Pactolus fl.* Pactolus fluuius aureas trahens harenas. Sensus est: Quamquam habeas tantas diuitias, ut tibi uideatur Pactolus fluere *ACR.*

tibiq. Pactolus fl. Id est: abundes auro, quia Pactolus fluuius aurum ferre dicitur *POR.* 25

21. *nec te P. f. a. r.* Id est: quamuis sis philosophus. Pythagoras enim dicebat animas post mortem redire in aliena corpora *ACR.*

nec te P. f. a. r. Id est: licet doctissimus sit. Quare autem *renatus* Pythagoras dicatur notum est et supra diximus *POR.* 30

3 non feret — patietur *om. cod. Med.* 5 potiori *lemma totum est in Fabr.* 12 qua *cod.* quoniam *Edd.* 13 uinceretur *Fabr.* uincetur *rell.* 14 cum *cod.* uim *Pat.* si *rell.* 17 superbus *lem. est in Fabr.* 22 Id est *pro sens. est cod. Med.* 24 Pactulus *bis cod.* 30 supra *ubi sit nescio; uidetur hic locus interiisse nisi fort. respicitur ad schol. Epist. II 1, 52*

22. *formaque uincas Nirea.* Hunc quoque supra rettulimus formosissimum ab Homero praedicari hoc uersu:[1*]

[Νιρεὺς αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐίσας
Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς Χαρόποιό τ' ἄνακτος]
5 *Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπ' Ἴλιον ἦλθεν*
[Τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα] *POR.*

23. *heu t. a. m. a.* Ingemiscit iam uicem illius qui relinqui meruit *POR.*

24. *ast e. u. r.* *Risero* modo coniunctiuo dicitur tem-
10 pore futuro, ut est illud terentianum:[2*] u x o r e t i b i o p u s e s t d i x e r o *POR.*

EPODOS XVI.

Altera i. t. b. c. a. *Altera,* quando Antonius dimicauit contra Augustum *ACR.*

Alt. i. t. b. c. a. Queritur in hac ecloga quod bellis
15 ciuilibus nullus finis inponatur. *Altera aetas* i. e. alterum saeculum *POR.*

2. *uiribus ruit.* Magnitudine sua laborat *ACR.*

suis i. e. R. u. r. Hoc est quod Titus Liuius ait:[3*] V t m a g n i t u d i n e l a b o r e t s u a *POR.*

20 3. *Marsi.* Qui primi mouere bella ciuilia *ACR.*

1 neaera *cod.* nerea *Pat.* nerea *Med.* hunc quoq. *cod.* hunc ē *Pat.* hune *rell.* supra *i. e. ad Carm. III 20, 15* 2 hoc uersu *om. Fabr. item uerba graeca cum cod. in quo spatium uacuum relictum est. Verba graeca ex Med. et Pat. ascribo:* *NIρευσ αN συμHθεραγεν τρεισ NHασ ειγασ — NHρευσ (Νιρευσ Pat.) αγλαιHσ υιοσ Χεροποισ ταNαρτος — Νιρευσ οσ καλλισοσ αNHρ υπιλισN Hλθε — τωN αλλωN (δαναων add. Pat.) μεταμυμοNα πελιωνα. Celerum si uersus inclusi genuini sunt supra* his uersibus *scrib. erit; sed in cod. uni tantum uersu spatium uacuum sufficit* 7 eheu *Fabr.* heu *rell.* ingemiscit *cod.* ingemescit *Edd.* 9 Risero *post lem. add. ex cod.* 10 tibi *add. ex cod.* 11 dixero *sed* u *cod. m. supra add. cod.* duxero *Edd.* 15 inponatur (*non* imp.) *cod.*

1* *Hom. Iliad. β 671—74* 2* *Terent. Phorm. IIII 3, 76 (681) Fleckeis.* 3* *T. Liuius Praefat.*

4. *minacis aut etrusca Porsennae m.* Porsenna rex Etruscorum *POR.*

5. *aemula.* Inuida *ACR.*

aemula n. u. C. Aemula, inquit, quia imperium ereptum iri a Romanis sperauit *POR.* 5

6. *nouisq. r.* Magnis, ut: [1*] Pollio et ipse facit noua carmina *ACR.*

nouisq. r. i. A. Hoc ad tempus illud refertur quo Catilinae factio coniurauit et paene legati Allobrogum illis consenserant *POR.* 10

7. *nec f. caer. d. G. p. Caerulea* ad oculos rettulit quos stigmaticos habent aut gutta caesia oculorum colore i. e. catino (?) *ACR.*

nec f. c. d. G. p. Caeruleos Germanos ad colorem oculorum referens dixit *POR.* 15

8. *abominatus.* Execrationi[bus] habitus *ACR.*

9. *deuoti sang.* Id est execrabilis et detestandi *ACR.*

inpia p. d. s. a. Hic cluditur περίοδος inde coepta: '*quam neque finitimi ualuerunt perdere Marsi.*' Et *deuoti* sanguinis pro abominati atque execrati dictum est *POR.* 20

10. *rursus.* Sicut antea *ACR.*

ferisque r. o. s. Ingemiscit tam desertum futurum, solum urbis Romae quam fuerat ante quam ipsa Roma conderetur *POR.*

11. *uictor.* Compos uoti, ut: [2*] Illi uictor ego et tyrio conspectus in ostro *ACR.* 25

barb. h. c. i. u. e. u. Non bella barbarica execratur

1 *totum schol. om. Fabr. lemma tantum exhibent Med. Pat.* 3 inuidia *Fabr.* 5 a *om. Fabr.* 9 illi *Fabr.* illis *rell.* 12 στιγματικοῖς *Fabr.* *altera pars* aut — catino *corrupta est; ut emendarem non contigit* 16 abhominatus *cod.* Ahom. *Med.* execrationi *COM. CR.* 18 inpia (*non* imp.) *cod.* cluditur *cod.* concluditur *Edd.* περίοδος *graece addidi quia in cod. spatium uacuum relictum est. Om. Pat. Med.* sententia *Fabr.* 19 *omisso* et *nouum schol. habet Fabr.* 22 *hoc schol. infra post uers. 17 exh. cod. Med. Pat. Etiam Fabr. sed ibi cum lem.* Velut profugi 25 Compos uoti *om. Fabr. Add. rell. (Et dignum memoratu eadem uerba habere Philargyr. ad locum Verg.)* 27 Non barb. e. s. e. bella *Fabr.*

1* *Bucol. III 86* 2* *Georg. III 17*

sed ciuilia. Quomodo ergo dicit nisi forte ait, futurum ut reliquias attritas bellis ciuilibus urbis Romae barbari inuadant? *POR.*

13. *et solibus.* Antique dixit. — *ossa Quirini.* Et illa
5 quae sepulta sunt dissipabit ossa quia semper est clausum templum Quirini. Non enim licet patefieri templum eius *ACR.*

13. *quaeq. c. u. e. s. o. Q.* Hoc sic dicitur quasi Romulus sepultus sit, non ad caelum raptus aut discretus, nam Varro[1*] post rostra fuisse sepultum Romulum dicit *POR.*

10 15. 16. *forte q. exp. c. a. m. p. m. c. q. l.* Subdistinguendum; haec enim interrogationis figura dicitur. Ait autem: fortasse aut omnes communiter aut certe melior pars quaeritis carere malis laboribus? *Melior* ergo pro eo quod est 'maior' dictum est; sic apud Vergilium:[2*] N u n c a d e o m e-
15 l i o r q u o n i a m p a r s a c t a d i e i e s t *POR.*

17. *nulla s. h. melior s. Ph.* Elocutionis sensus sic est ordinandus: Si quaeritis quid uobis agendum sit accipite consilium ut nulla sit potior uobis sententia quam, [ut]: eatis quocumque pedes uos ferent, uelut Phocaeorum ciuitas pro-
20 fugit execrata agros atque lares patrios, fanaque reliquit habitanda apris et rapacibus lupis; Phocaeni autem relicto patrio solo in Galliam uenerunt Massiliamque urbem condiderunt *POR.*

21. *ire p. quocumq. ferunt.* Hoc superioribus iungendum
25 est: *nulla sit hac potior sententia Phoc.*, quam [ut]: eatis quocumque uos pedes ferunt *POR.*

23. *sic placet? an melius quis h. s. s. Sic placet* interrogatiue pronuntiandum est. Sensus: hoc nempe placet an

4 et sol. Antiq. dixit *om. Fabr. In seqq.* Et illa quae — Quirini *oculis aberrantibus om. Med. Fabr.* 8 discertus *cod.* discerptus *Edd.* 9 sepulcrum Romuli *Edd.* 10 c. a. — l. *in lem. om. Fabr.* sed disting. *cod.* 11 ait enim *Edd.* 16 melior *cod. Med. Pat.* potior *Fabr. cum codd. Horatt.* (haec melior *cod.*) 18 uobis potior *Edd.* ut *om. cod. Med. Pat.* 19 focaei *per f litt. cod.* 20 exsecrata *hic cod. alias plerumque* execr. 20. 21 habitandaque f. a. r. *Edd.* 24 quicumq. *Fabr.* ferunt *bis cod.* ferent *bis Pat. Fabr.* f. *sic Med. sed altero loco* fereut 25 ut *hic quoque om. cod. Med. Pat.*

1* *Varro (?)* 2* *Aen. VIIII 154*

numquis uestrum habet melius quod suadeat? Et attende figuram elocutionis: *an melius quis habet suadere. Suadere* enim uerbum loco nominis positum est pro *suadela* quia sic accipiendum: an quis habet meliorem suadelam *POR*.

24. *sec. ratem occ. q. m. a.* Hoc iam hortatiue dicitur, 5 quasi non proferendo meliorem suadelam professi sint optimum consilium esse proficiscendi. *Secunda* autem *alite* pro prospero auspicio dicitur ut supra *POR*.

25. *iuremus in haec.* Per haec uerba. — *imis.* Deest *ab*, ut: [1*] Ilium et omnis humo fumat neptunia Troia. 10 — *renarint.* Supra maro natauerint uel sursum emerserint *ACR*.

sed iur. i. h. s. i. s. r. u. l. n. r. s. n. Per hoc reuertendum non esse dicit; nec enim saxa umquam renabunt *POR*.

27. 28. *nec c. d. p. d. l. q. P. m. l. c.* Ne radices qui- 15 dem matini montis contingere Padus potest nedum cacumina quippe cum Padus Galliae fluuius sit Matinus mons Calabriae. Per *αὔξησιν* ergo uidetur reditum execrari *POR*.

29. *procurrerit.* Occiderit processerit, quod fieri non potest *ACR*. 20

in m. s. c. procurrerit A. Apenninus mons per mediam Italiam porrigitur longe a mari sed eleganter dixit in mare procurret i. e. promontorium fiet *POR*.

30. *noua libidine.* Nouo desiderio *ACR*.

31. *subsidere.* Succumbere, i. e. quando tigres conueni- 25 ent cum ceruis in amore qui sibi discordant per naturam *ACR*.

mirus a. i. u. t. s. c. Ipse ex subiectis ostendit quam mirus *POR*.

32. *ad. e. c. miluo.* Iocunde *adulteretur* quia dicitur 30

7 pro *addidimus* 13 simul imis s. r. *lem. in Fabr.* 14 esse non *Fabr.* haec enim s. nunquam *Edd. Vt nos cod.* 15 nec *cod. Med. Pat.* neu *codd. Horatt.* (*in Fabr. lem. est* P. m. l. c.) 16 potest Padus *et* fluu. Gall. *Edd.* 18 auxesim *cod.* 21 procurrit *cod.* per m. I. *cod.* I. p. m. *Pat. Med.* p. I. m. *Fabr.* 23 promuuturium *cod.* 30 milnio *Fabr.* miluo *Fabr.* iucunde *Fabr.*

1* *Aen. III 3*

columba nulli alii concumbere quam cui se semel iunxit; nisi forte ad id rettulit quod aduersum animal sit miluus a columba *POR.*

33. *credula.* Vt credant se leonibus *ACR.*

5 *credula nec flauos t. a. l.* Non quae semper credula sunt sed in hoc credula facta ut se leonibus committant *POR.*

34. *leuis h. Leuis* hircus contra naturam dum hispidus sit *ACR.*

ametque s. l. h. ae. Duplex diuersitas ut et amet 10 aequora hircus i. e. ut in mari moretur, et ut leuis fiat cum alioqui setosus sit *POR.*

35. 36. *haec et q. p. r. absc. dulces eamus o. execr. c.* Ordo: haec execrata; praeterea haec execrata: execratione i. e. iure iurando interposito. Et est figurata elocutio: *Eamus* 15 *ciuitas,* ut: [1*] p a r s i n f r u s t a s e c a n t. *Dulces* autem *reditus* non de his dicit quippe cum abhorreant eos sed qui alioqui dulces solent esse *POR.*

37. *mollis et expes.* Id est quietior et qui amore soli genitalis nolit sectari meliora, resideat in penatibus propriis 20 *ACR.*

aut pars i. m. g. m. et expes i perpremat c. Aut omnis ciuitas eamus, inquit, ut pars maior remaneat quae mollis animi ac sine spe est expersque uirtutis. Fere autem imperitorum ac deteriorum maior modus est h. e. in melioribus 25 ut ait ille: [2*] *ἐπεὶ τὰ χερείονα νικᾷ* *POR.*

38. *inom. perpremat cub. Inominata* numquid sic dictum est ut *abominata* dici solet an quasi nullo omine ac nulla religione condita et ideo infelicia? *POR.*

1 succumb. *Edd.* occ. (*ex* ǫcumb.) *cod.* se *om. Fabr. Add. rell. et e coni. Ritterus* 2 milnus sit *Fabr.* miluius sit *Pat. Med.* 2. 3. columbae *Fabr.* a col. *rell.* 5 credula *lem. est in Fabr.* flauos *Pat.* fuluos *cod.* f. *Med.* 9 et *add. ex cod.* 10 et ut *Fabr.* et quo *Pat. Med.* quo (et *in mrg. add.*) *cod.* 11 alioquin *Edd.* 12 haec — eamus *om. Fabr.* 13 propter haec execr. *cod. Om. rell. et habent* i. e. 16. 17 alioquin *Fabr. Med.* 17 soleant *Fabr.* solent *rell.* 21 expers *cod. Pat.* per premat (*non* perprim.) *cod. etiam in seq. schol.* (m. et exp. i. p. c. *om. Fabr.*) 22 aut *pro* ut *Fabr.* 24 in mel. uictor *Edd.* 25 eit *χερίονα νικᾶ* (*graeca a rec. man.*) *cod.* *χερωνανικα Pat.* *κειρωΝοΝ Νικα Med.* *χείρωνιον νικΗ Fabr.*

1* *Aen. I 212* 2* *Hom. Iliad. α 576 (Odyss. σ 403)*

39. 40. *uos q. e. u.* In animo supplo: 'discedite'. — *mul. t. l.* Vt:[1*] Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit, et:[2*] Non lacrimis hoc tempus. — 40. *etrusca p. e. u. l.* Nauigate tyrrhenum mare *ACR.*

41. *nos m. o.* In quo sunt insulae fortunatae ad quas 5
Salustius[3*] in historia dicit 'uictum uoluisse iro Sertorium' *ACR.*

nos m. o. c. a. b. Ordo est: Oceanus circa arua beata uagus. Fortunatas autem insulas significat et bonum ἐπίθετον oceanus *uagus POR.* 10

42. *diuites.* Fecundas, ut Verg.:[4*] Diues opum uariarum *ACR.*

43. *reddit u. c. t. inarata.* Vt:[5*] ipsaque tellus Omnia liberius nullo poscente ferebat *ACR.*

44. *et inputata f. usque u.* Bene *usque* quasi 'semper' 15
aut numquid pro 'ualde' positum quasi 'ualde floret ac per hoc 'fertilis est'? *POR.*

45. *et numq. f.* Id est, fructibus abundantis. — *termes o. Termes* dicitur extremus ramus oliuae sicut uitium *palmes ACR.* 20

germinat e. u. f. termes o. Termes appellatur proprie caulis olearum arborum; *numquam fallentis* autem non est perpetuum epitheton aleae sed 'sibi numquam fallentis' *POR.*

46. *pulla.* Nigra; ad colorem pomi rettulit *ACR.*

suamq. p. f. o. a. Eleganter *suam-ornat; suam* enim ad 25
illud pertinet, ut non insertas arbores fici sed sponte natas intellegamus; sic enim e contrario Vergilius cum de satiuis arboribus loqueretur ait:[6*] Miratastquo nouas frondes

2 ipsa *Fabr. Med.* ista *cod.* 9 per arua beata significat *Fabr.* ἐπιθ. *rec. m. in spatio uacuo relicto cod.* 14 libertius *Fabr.* 15 inputata (*non* imp.) *cod.* 16 nunquit *cod.* 21 termis *bis cod. idem secundo loco Med. Pat.* 22 nunquid fallentis autem — fallentis? *sic Fabr. male* 25 et suam ornat *Med. Pat.* et suam et ornat *Fabr.* 28 sitiuis *cod.* satiuis *Edd.* insitiuis *legi iubet Ritterus.* (*fort.* sitiuis *scr. potui*) miratur *Pat. Med.* miraturque *Fabr.* miratasque *cod. cum Mediceo cod. apud Verg. Cfr. Wagneri adnot. crit.* miratastque *corr.*

1* *Aen. VI 37* 2* *Aen. XII 156* 3* *Salust. histt. fragm. I 61 Kritz.* 4* *Georg. II 468* 5* *Georg. I 128* 6* *Georg. II 82*

et non sua poma. Deinde quoniam alibi fici quae sponte nascuntur durae atque inelegantes solent esse hic ait: *ficus ornat arborem,* ut pulchram et gratam nasci ostenderet. *Pulla* autem nigram significat. Sic Vergilius ait:[1*] ne maculis
5 infuscet uellera pullis Nascentum. Vnde et pullam uestem appellamus *POR.*

48. *leuis cr. l. d. p.* Poetica elegantia dictum et *leuis lympha* et *crepitante pede desilit.* Simul et sonus uersus imitatur uelocitatem et strepitum aquae currentis *POR.*

10 49. 50. *illic i. u. a. m. c.* Sic Vergilius:[2*] Ipsae lacte domum referent distenta capellae Vbera. — *tenta.* Distenta plena *ACR.*

50. *refertq. t. g. a. u.* Bene amicus qui refert. Praedixerat ut sponte ueniret ad mulctram. Id intellegamus *POR.*

15 51. *nec uesp. c. g. u. o.* Vt:[3*] nec magnos metuent armenta leones *ACR.*

52. *nec int. a. u. humus.* Vt:[4*] Nec rapit immensos orbes per humum neque tanto Squameus in spiram tractu se colligit anguis *ACR.*

20 53. *pluraq. f. m.* Plura quam supra dixi. Deinde refert quae sint haec plura *POR.*

56. *utrumq. rege temperante caelitum.* Vt nec nimia pluuia radat nec rursum siccitas urat *POR.*

58. *Colchis.* Medea *AÇR.*

25 *non huc argoo c. r. p. neque inpudica C.* Medeam significat quae Iasonem persecuta cum Argonautis nauigauit; per quod significat ueneficia ab eis ignota fuisse *POR.*

2 nascantur *Edd.* 3 pullā *cod.* 5 nascentum *om. Fabr.* 8 et lympha *Fabr.* desilit sonus. Versus *sic Fabr.* desilit sonus uersus *Pat. Med. Vt nos cod.* 11 referunt *Fabr.* referent *cod. Med.* 13 bene amicus refert ut pr. sp. *sic Edd. Vt nos cod.* 14 ueniret *cod. Pat.* uenire *rell.* 20 inde *Fabr.* Deinde *rell.* 21 sint *cod.* sunt *Edd.* 22 ut neque largis *lem. est in Fabr.* 25 c. r. p. n. inp. C. *om. Fabr.* inpudica (*non* imp.) *cod.* (argo *idem.* argeo *Pat.*) 27 ueneficii ab eis ignotam esse *sic cod.*

1* *Georg. III 389* 2* *Bucol. IIII 21* 3* *Bucol. IIII 22* 4* *Georg. II 153*

59. *non huc sidonii.* Cadmi socios significat, [ut [1*] Haec loca non tauri spirantes naribus ignem Inuertere satis immanis dentibus hydri.] — *conua.* Capita uelorum cornua dicuntur, ut: [2*] Cornua uelatarum obuertimus antennarum *ACR.* 5

non huc sidonii t. c. n. l. n. c. Vlixei. Subaudiendum: si huc uenissent nollent recedere; per Sidonios autem Cadmum Thebarum conditorem uult intellegi. *Vlixei.* Metri causa separatio i. e. diaeresis facta est, ut 'materiai' et 'pictai' solet dici, nisi forte ita declinauit ut: 'dici'; nam utrumque nomen 10 uidemus producta syllaba terminari; ita et paulo post 'Achillei' dixit *POR.*

60. *laboriosa n. c. Vlixei.* Vt supra: [3*] Nec cursus duplices per mare Vlixei *ACR.*

61. *nulla n. p. c.* Vt: [4*] Nec mala uicini pecoris 15 contagia laedent *ACR.*

63. *Iupp. i. p. s. l. g.* Hoc est: ad hoc secreuit, ut pia gente habitarentur *POR.*

65. 66. *quorum piis s. u. m. d. f.* Quorum saeculorum scilicet aerei ac ferrei fuga uobis piis datur a me uate i. e. 20 datur uobis consilio meo ut effugiatis pessima saecula *POR.*

EPODOS XVII.

Iam iam eff. d. m. sc. Iterum in Canidiam magam dicit quod efficaces eius artes probauerit. Fingit autem se Canidiae ueneficiis superatum et allegoricos deprecatur ut sibi parcat *ACR.* 25

Iam i. e. d. m. s. In hac ecloga figurate cum Canidia

1 ut *e. q. s. recte om. cod. Med.* 6 Vlixei *Med.* Vlyxei *cod.* Vlyssei *rell.* (*sed Fabr.* cohors V. *post* intellegi *pro nouo lem. ponit*) 8 *fort. scr.* In Vlixei 9 diheresis *cod.* 13 Vlyssei *bis Fabr. Med.* 17 a pia g. *Fabr.* 23 Fingit — parcat *om. cod. Med.*

1* *Georg. II 141* 2* *Aen. III 549* 3* *Hor. Carm. I 6, 7* 4* *Bucol. I 50*

agit; nam quasi satisfaciat lacerat eam eleganti urbanitate. — *Scientiae.* Scientia ueneficiorum scilicet intellegendum *POR.*

2. *supplex et o. r. p. P.* Eleganter quasi per deas ipsius eam orat quia ueneficae Hecaten colunt *POR.*

5 3. *per et D. n. m. n.* Hoc est 'non lacessenda' ut moueantur i. e. irascantur *POR.*

4. *per atq. l. c. u.* Ordo: atque per libros carminum; ipsius autem Canidiae dicit *POR.*

5. *refixa cael. d. s.* Vt:[1*] S i s t e r e a q u a m f l u u i i s e t
10 u e r t e r e s i d e r a r e t r o *ACR.*

6. *parce u. t. s.* *Vocibus,* uerbis. Dialogus nunc dicitur. *Sacris* quia *sacrum* et religiosum et execrabile significat *POR.*

7. *citumq. r. s. s. t.* *Retro solue* 'id quod dubium est
15 resolue' dicimus; et *citum* i. e. 'cito'. Solue turbinem autem dicit quasi obligauerit mentem eius *POR.*

8. *mouit n. T. N.* Telephus rex Mysorum; huic Graeci ad Troiam euntes putantes eum Troianis adesse bellum intulerunt. Telephus restitit et singulari certamine cum Achille
20 conflixit, a quo et uulneratus est; hic cum postea errore cognito in amicitiam rediisset ab Achille herbis curatus est quarum scientiam habebat Chirone docente. Quod exemplum ideo ponit Horatius, ut sicut Achilles Telepho ita ei Canidia ignoscat *ACR.*

25 *m. n T. Nereium.* Exempla adfert quibus ostendat etiam inimicos precibus eorum quibus irati erant ad miserationem adductos. Nota autem historia est, Telephum ab Achille uul-

1 namque ut s. *Edd.* nam quasi s. *cod.* 2 scientia *cod.* scientiae *Edd.* scientiae. Scientia *corr.* 3 et *in lem. om. cod. Med. Pat.* sup. e. o. *om. Fabr.* deam *pr. man. ut uidetur cod.* 4 Ecaten *cod.* Hecatem *Edd.* 9 defixa *Med. Fabr.* refixa *cod.* 11 Duobus *cod. Med. Pat.* uocibus *Fabr.* Dialogus nunc de sacris *sic Fabr. Vt nos rell.* 14 id est quod dub. e. r. *cod.* dicimus. citum *Pat. Med.* dicimus citum *Fabr.* dicimus. Et citum *cod.* 15 solue *om. Edd.* cito solue. Turbinem *sic interpungit cod.* 16 quod quasi *Edd.* 18 eos Troianos esse *cod. Med.* 20 sed cum postea *Fabr.* 23 ei *cod.* sibi *Edd.* 25 nerei. Dum *cod.* *idem* adfert *et* ostendebat 27 Notum autem historia, Tel. *sic Edd. Vt nos cod.*

1* *Aen. IIII 489*

neratum esse fragmentoque hastae qua uulneratus erat ab eodem Achille curatum *POR.*

12. *homic. H.* Pro uiro forti posuit *ACR.*

homic. H. Aliter *homicidam* Hectorem esse dicit quam uulgo dicitur; nunc enim pro 'uiro forti' dictum qui multos 5 in bello occiderit *POR.*

13. *p. r. m. rex procidit.* Etiam Priamo, inquit, roganti pro Hectore Achilles uictor ignouit *ACR.*

14. *heu p. ad p. Achillei.* De hac diuisione in superiore ecloga locutus sum circa nomen Vlixis. *Peruicaces* autem di- 10 cuntur qui in contentione usque ad peruincendum perseuerant *POR.*

19. *dedi s. s. p. t.* Vt: [1*] P a r c e r e s u b i e c t i s *ACR.*

20. *amata n. m. e. i.* *Amata* uocatiui casus est: 'o amata.' Sed hoc urbanissima contumelia dicitur quasi sub illa laude, 15 quod ideo pulchra sit ut a multis ametur *POR.*

21. *fugit i. e. u. o.* Sibi dicit Horatius haec fugisse per cruciatum quem de carminibus illius patiatur. *Verecundum* autem colorem eleganter pro rubore dixit ex quo significat se pallere *POR.* 20

22. *lurida.* Tabida nigra *ACR.*

23. *tuis c. a. e. o.* Nunc ostendit quare supra dixerit: *fugit iuuentas POR.*

24. *nullum a. l. m. r. o.* Nullum tempus sibi praestari carmine eius ad requiem ostendit *ACR.* 25

n. a. l. m. r. o. Laborem animi uult intellegi quasi quibusdam tormentis animi per ueneficia illius crucietur *POR.*

25. 26. *neque est leu. t. s. p.* Figurata elocutio pro: 'neque contingit ut leuentur' *POR.*

28. *increpare.* Dirumpere siue incitare *ACR.* 30

sabella p. i. c. Ipsis, inquit, malis adductus sum ut cre-

4 Homicidam] Aliter esse dicit *Fabr.* Hom. Hect. aliter esse dicit *Pal. Med. Vt nos cod.* 15 quasi *om. Fabr.* quia *Med. Pal.* 17 haec *cod.* hoc *Edd.* 22 dixit *Edd.* dixerit *cod.* 29 ut leuentur *add ex cod.* 31 negatum uincor ut credam *pro lem. Fabr. Vt nos cod. Lemma omnino om. Med. Pal.* ipsis inquit malis *cod.* Id est *Fabr. Om. haec quoque Med. Pal.*

1* *Aen. VII 853*

dam sabellis carminibus defigi mentes humanas. *Sabella* autem carmina pro 'Marsis' posuit et *neniam* pro 'incantatione.' Alioqui *nenia* carmen est quod mortuis cantatur *POR.*

29. *caputq. m. d. nen.* Vt tamquam [in] mortuum canam
5 *ACR.*

30. *o mare o terra.* Sub indignatione exclamat, ut Terentius: [1*] o caélum o terra o mária Neptuni. — *ardeo.* Dicit se non uoluntate amare sed ui magici carminis *ACR.*

33. *Aetna.* Mons est Siciliae semper ignitus *ACR.*

10 35. *cales u. off. colch.* Ipsam mulierem officinam uenenorum diserte dixit. *Colchicis* autem manifestum est propter Medeam dici *POR.*

35. *quod m. m. st.* Certis enim stipendiis milites otia merebantur *ACR.*

15 *quae f. a. q. m. m. st.* Quasi tributum uult intellegi quod apparet ex eo quod statim infert: *iussas cum fide poena luam POR.*

39. *siue mend. l.* Tamquam de ea falsa caneret per timorem *ACR.*

20 42. *infamis H.* Stesichorus poeta siculus dum uituperationem Helenae dixisset indignatione Castoris et Pollucis oculos amisit, sed placati postea lumina ei reddiderunt *ACR.*

inf. H. C. o. u. et cetera. Stesichorum aiunt excaecatum esse quod infamia carmina in Helenam fecisset, deinde ora-
25 culo admonitum palinodiam fecisse i. e. contrario carmine eam laudasse et lumina recepisse *POR.*

45. *solue me dem.* Ordo est: solue me dementia nam et tu potes *POR.*

46. *o nec p. obsol s.* Vrbanissime obscura dicitur ironia.
30 In contrarium namque accipienda haec. Quis enim sic lau-

2 naenia *per ae Fabr. ubique* 4 in *om. cod. Med.* 7 o caelum o mare o terrae *cod.* o cael. o mare o terra o maria N. *Med.* o terra o maria N. *Fabr. Vt nos COM. CR.* 15 quod tributum *Pat. Med.* tributum *Fabr.* quasi trib. *cod.* 18 tanquam quae *cod. Med.* 22 placati ei *Fabr.* postea dii *Fabr.* 23 et cetera *add. ex cod.* ferunt caecum factum esse *Fabr. Vt nos cod. Om. haec omnino Pat. Med.* 27 Et tu potes nam *lem. in Fabr.* 29 obscure *cod. Pat. Med.*

1* *Terent. Adelph. V 3, 4 (790) Fleckeis.*

dat qui simpliciter agit: 'O quae non es sordidi generis nec ossa humana ad maleficia colligis' et reliqua? *POR.*

48. *nouendialis diss. p.* Cineres reliquiarum uult intellegi; nam *nouendiale* dicitur sacrificium quod mortuis fit nona die postquam sepulti sunt. Nec illud sine amaritudine est in 5 superiore uersu quod anum illam appellet quae adhuc amari uelit. Et adnotandum eum pluraliter dixisse *pulueres POR.*

49. *tibi h. p. e. p. m.* Ironicos laudat omnia, hospitale pectus puras manus et puerperium cum pollutam eam humanis sacrificiis [superius] rettulisset *ACR.* 10

50. *tuusq. u. Pactumeius.* Pactumeium dicit filium Canidiae quem habere se fecunditatis gratia laetabatur *ACR.*

tuusq. uenter Pactumeius. Cum per ironiam et haec dicantur uult intellegi illam Pactumeium qui filius eius existimabatur supposuisse sibi non peperisse *POR.* 15

51. *et tuo cr. t. o. p. l.* *Κακέμφατον* in sensu *ACR.*

51. 52. *et tuo cr. r. o. p. lauit utcumq. f. e. p.* Secundum ueterem declinationem praesenti tempore dicitur: *lauit. Vtcumque* autem 'quotienscumque' significat. Et est sensus: Quotienscumque paris puerperio sanguinatos pannos obstetrix lauat. Sed illud argute dictum: *exilis fortis puerpera* quia fortem uult intellegi eam, scilicet quae non peperit. — *Exilem* autem sub ea specie, quasi puerperio facta sit deformis per exilitatem corporis ac maciem naturalem, dicit *POR.* 25

53. *quid o. a. f. p.* Vt: [1*] Cur mea dicta negat duras dimittere in aures. Inducit Canidiam precibus

3 nouendialis *cod.* nouendiales *Edd.* 5 qua sepultus est *libri* 7 eum *addidimus* 10 superius *om. cod. Med.* 11 Patumeius *Fabr.* Pact. *rell.* 13 Pactumeius *bis cod.* Partum. *bis Pal. Med.* Patum. *bis Fabr.* Per ironiam h. dicuntur *Edd. Vt nos cod.* 14 illum *Edd.* illam *cod.* quem filium existimabatur *Fabr. Vt nos rell.* 16 cacephaton *libri. Ceterum post hoc schol. in cod. et Med. scholia in nouum carmen incipiunt* 19 quotiescunque *hic Fabr.* 23 Exilem autem *e. q. s. usque ad finem scholii om. Fabr.* 27 *ante* Inducit *Fabr. pro lem. add.* Non saxa n. s. n. *(uers. 54)*

1* *Aen. IIII 428*

suis implacabiter respondentem et negantem eum sibi posse reconciliari quia uulgauerit eius ueneficia *ACR*.

quid obs. a. f. pr. Facit Canidiam respondentem. *Obseratis auribus* suis dicit Canidia significans se preces eius
5 nolle audire *POR*.

57. *Cocytia.* Infernalia *ACR*.

in. ut t. r. Cocytia u. s. l. C. Videtur Canidia commisisse Horatio secreta sacrificiorum suorum quae ille ridens diuulgauerit. *Cocytia* autem sacrum Cupidinis esse dixit quia ma-
10 leficia haec quae per inferna sacra fiunt ad amorem pertinere uult intellegi. Et *liberum* Cupidinem dixit quod quasi nulli sit obnoxius et omnes amores ludat. Sic denique et apud Vergilium: [1*] Nate patris summi qui tela typhoea temnis. *Cocytia* sacra dicuntur quae infernis dis a ueneficis
15 fiunt inde fortasse quod Cocytus fluuius sit inferorum *POR*.

58. *et Esquilini p. u.* Pontificem nunc quasi censorem ac iudicem dicit quia pontifices de sacris iudicant. *Esquilini* autem merito, quia ut saepe ostendi, extra portam esquilinam h. e. in aggeribus religiones et sepulcra erant inter quae
20 noctibus illa malefica sacra conficiebat *POR*.

60. *quid proderit d. p. a.* Fallit sensus hic, quasi Canidia dicat se pelignas anus donis ditasse et ueneficiorum artes se docere; sed subiecta repugnant huic intellectui. Ergo sic potius intellegendum: 'Quid tibi prodest Horati adhibuisse
25 tibi magnis mercedibus pelignas anus quae ueneficiis meis te per carmina liberarent?' *POR*.

61. *ueclociusue m. t.* Pro: quod tibi Horati accerseris, ut tormenta uitae carminibus meis inrogata effugeres *POR*.

1 implacabilis *Fabr.* implacabiliter *cod. Med.* (respondentem *ultima uox est in cod. sed relicuis spatium uacuum relictum est*) eum *addidimus* sibi *etc. om. cod. Med.* 6 *hoc schol. etiam Med. om.* 8 sacrificia sua *Fabr.* sacrificiorum suorum *Pat. Med.* secreta sacr. s. *cod.* 9 dicit *Edd.* 10 sacra *om. Fabr.* 12 ludat *cod.* laudat *Edd.* 13. 14 temnis *pr. m. cod. cum Edd. sed altera mutauit in* tendis 14 infernis dis *cod.* inferis diis *Edd.* 16 aesquilini *cod.* exquil. *Pat. Med.* 18 ostendit *libri praeter Fabr.* 20 conficiebantur *Fabr.* 27 per *libri* 28 irrog. *Edd.* inrog. *cod.*

1* *Aen. I 665*

62. ***si tard. f. t. u. m.*** Si tardius morieris quam optasti *POR*.

64. ***nouis ut u. s. l.*** Hoc est, ut suppedites et quasi minister sis cruciatibus *POR*.

[66. ***dapis.*** Huius dapis *ACR*.] 5

73. ***fastidiosa t. aegr.*** Vitae fastidiosa scilicet et sunt ablatiui casus *fastidiosa aegrimonia POR*.

74. ***uectabor um. t. e. i. e.*** Quid est: 'umoris uectabor', nisi forte subaudiendum extrinsecus *iactantibus* aut quid tale? Sic enim iactare umeros solent qui gloriantes incedunt. Quod 10 si ita est, ***inimicis eques*** iungendum erit, ut si diceret: 'equitans super inimicos meos'. Aut numquid ***'umeris inimicis'?*** Quod si ita est, ***inimicis uectabor*** intellegemus quasi 'super inimicorum meorum umeros ero ac sic uectabor atque equitabo' *POR*. 15

75. ***cedet insolentiae.*** Nunc quasi 'nouae potentiae' intellegendum *POR*.

77. ***curiosus et p.*** Choro stellarum scilicet *POR*.

80. ***desideriiq. t. p.*** Id est: amoris potionem conficere *POR*. 20

81. ***pl. a. i. t. nihil a. exitum.*** Sensus hic est: An quae difficiliora facere possim, i. e. cereas imagines animare et lunam caelo euocare et umbras mortuorum ab inferis elicere ac per hanc potionem mentem amore incendere: nihil in te potero artisque meae circa te impotentiam flebo? *POR*. 25

---

1 si *in lem. cod. Pat. Med. et post lem.* sed *Fabr. in lem., om. post lem.* 3 suppetes *Fabr.* quasi *om. cod.* 4 eris *libri.* sis *corr.* 5 *hoc schol. ultimum est in Fabr. Med.* 6 fastidiosae *p. st lem. libri. Ceterum hoc schol. cum seq. sedem in libris mutauit* 10 humeris *cod. Pat. Med.* 13 quid si ita *Edd.* intellegamus *Edd.* 14 umeros *cod.* (*idem duobus superioribus locis* humeros *sed puncto sub* h *litt. posito; sed in lem.* humeros.) 16 cedit *libri praeter Fabr.* 21 plorem *lem. est in Edd. Vt nos cod.* 22 possim *cod.* possumus *Edd.* 24 per hoc potione *cod. Med. Pat.*

SCHOLIA

IN SERMONVM LIB. I.

SATIRA 1.

Sermonum libri ideo dicti quia uili sermone sunt potius quam tumenti siue quia ad praesentes scribuntur. Epistolis enim absentibus loquimur sermone praesentibus. Quamuis igitur hoc opus Satyram esse Horatius ipse confiteatur cum
5 ait:[1*] S u n t   q u i b u s   i n   s a t y r a   u i d e a r   n i m i s   a c e r   e t   u l t r a   l e g e m   t e n d e r e   o p u s, tamen proprios titulos uoluit ei accommodare, hos priores duos libros 'Sermonum' posteriores 'Epistolarum' inscribens. *Satyra* dicitur lancis genus tractum a choro Liberi patris qui est minister uini et epula-
10 rum. — Satyra istius inter Lucilii satyram est et Iuuenalis; nam et asperitatem habet quam Lucilius et suauitatem quam Iuuenalis mixtam in suo carmine. Denique nisi Iuuenalis scripsisset isto nemo esset melior. Verum tamen sciendum, quia satyrarum carmen a primo omnium auctore Lucilio re-
15 pertum est. — Plerique satyram a lance quae plena diuersis frugibus in templo Cereris infertur nomen accepisse dicunt; nam et ea hoc nomine appellatur. Ergo et hoc carmen prop-

1 ACRONIS COMMENTARIA IN Q. HORATII FLACCI SERMONVM LIBROS *inscr. Med.*   3 ad absentes *Fabr.*   7 uoluit *cod. Med.* noluit *Fabr.*   accommodari *Fabr.*   primos *Fabr.*   8 scribens *libri*   10 satyram *om. Fabr.*   12 in opere suo *Fabr.* in s. carm. *rell.*

1* *Hor. Serm. II 1, 1*

terea satyram appellauerunt, quia ita multis et uariis rebus refertum est ut audientes saturet. Alii dicunt quod ideo satyra uocitata sit, quod ita conuicia et crimina hominum libere inuadat ut saturi homines i. e. ebrii *ACR*.

Qui fit M. u. n. q. s. s. s. r. d. s. f. ob. i. c. u. Quamuis satyram esse opus hoc suum Horatius ipse confiteatur, cum ait: Sunt quibus in satyra uidear nimis acer e. u. l. t. o. tamen proprios titulos ei uoluit accommodare; nam hos priores duos libros 'Sermonum' posteriores 'Epistolarum' inscripsit; in Sermone enim uult intellegi quasi praesentem se loqui, Epistolas uero quasi ad absentes missas *POR*.

1. *Qui fit.* Vnde, quo, ex qua causa? [quae ratio quae res facit ut studia diuersa laudent?] — *sortem.* Propositum professionem institutum uiuendi *ACR*.

Qui fit M. Mirari se ait tantam esse animis hominum inconstantiam ut omnibus aliena sors uitae magis quam propriae siue eam ratio dederit siue fortuna obiecerit placeat. *Qui* autem circumflexe pronuntiandum; significat enim *qua re;* sicut etiam multi locuntur dicentes: 'qui fieri potest' pro 'quo modo fieri potest'. Signate autem locutus est dicens: '*ratio dederit,*' '*fors obiecerit*' *POR*.

2. *seu ratio d.* Signate dixit: '*ratio dederit*', '*fors obiecerit*'. Aut ratione inimus propositum uitae aut fortuna; uerbi gratia: aliquis init ut militet, hoc rationis est; alius de summo gradu felicitatis ad ima detrusus init docendi aut orandi necessitatem: hoc fortunae est. — *seu fors obiec.* Breuiter duas sectas tangit; nam cum dicit *ratio,* Stoicos tangit: cum *sors,* Epicureos. Stoici enim dicunt omnia ratione fieri Epicurei fortuitu *ACR*.

3. *contentus u.* Terentii illam tractat sententiam: [1*] nósmet nostri poénitet — *diuersa.* Officia *ACR*.

3 uocitata est *Fabr.* 4 saturati *cod.* 6 suum Horatius ipse *add. ex cod.* 10 in sermonum uult *cod. Pat. Med.* in sermonum libris u. *Fabr.* 12 *uerba inclusa om. cod. Med.* 15 ut nemo q. s. s. *lem. in Fabr. est* in animis *Fabr.* 16. 17 proprie *Fabr. Med.* 19 loquuntur *Edd.* 21 sors *Edd.* fors *cod.* 22 Signate — obiecerit *om. cod. Med. hic et paulo post uerbis:* seu fors. obiec. *subiungit* 29 fortuna *cod.* 31 nóstri nosmet p. *Fleckeis.*

1* *Terent. Phorm. I 3, 20 (172) Fleckeis.*

4. *o fortun.* Hinc instabilitatem humanae uitae carpit *ACR.*

[*grauis annis.* Figurata elocutio; per annos *ACR.*]

5. *fractus.* Debilitatus; figurate *fractus membra* sicut: [1*]
5 p i c t u s a c u c h l a m y d e m; id est, fracta membra habens *ACR.*

multo i. f. m. l. Frequens apud Vergilium haec figura; sic enim dicitur: [2*] s c i s s a c o m a m et: [3*] o c u l o s d e i e c t a d e c o r o s. Sic et ipse Horatius: [4*] m e m b r a s u b a r b u t o
10 s t r a t u s *POR.*

7. 8. *militia e. p.* Κατὰ νομίμον. — *quid enim.* Quare non? et est comicum. — *concurritur.* Confligitur a milite in pugna. — *momento.* In puncto temporis. Nam cito mori pro beneficio est *ACR.*

15 *quid enim? c. h. m.* Quasi interpellante effectu hoc dicitur et est etiam consuetudinis nostrae. — *cita m. u. a. u. l.* Quasi diu nauem iactantibus austris hoc dicitur *POR.*

9. 10. *agricolam l.* Beatum appellat. — *iuris l.* Quia multa genera iuris sunt. — *sub galli c.* Prope galli cantum,
20 ut: [5*] s u b n o c t e m c u r a r e c u r s a s. *Sub* autem quotiens tempus significat accusatiuo iungitur quotiens locum ablatiuo. — *consultor.* Percontator; nam 'interrogator' non dicitur. *Consultus* est qui docet *consultor* qui discit *ACR.*

10. *sub. g. c. c. u. ostia p.* Ita dictum, ut: s u b n o c-
25 t e m c. r. *POR.*

11. *ille.* Rusticus. — *uadibus.* Sponsoribus uadimonio quo promittit is qui ad iudicium prouocatur certo die se adfuturum. *Vades* ideo dicti quod qui eos dederit uadendi habet potestatem. — *extractus.* Ad soluendum uectigal *ACR.*

30 *ille d. u. q. r. e. i. u. e.* Qui uadimonium promittere sub satisdatione et in urbem uenire coactus est. *Vades* autem

3 *hoc schol. male ex seq. repetitum uidetur* (per annos *om. Edd.*) 22 percunctator *Fabr.* 24 hostia *cod. Med. Pat.* 26 ille. rust. *om. cod. Med.* 27 quod *pro* quo *libri* se *addidi* 31 satisdatione *cod.* satisfatione *Pal.* satisfact. *rell.*

1* *Aen. VIIII 579* 2* *Aen. VIIII 476* 3* *Aen. XI 480* 4* *Hor. Carm. I 1, 21* 5* *Aen. I 662*

sponsores dici notum est quod qui eos dederit uadere ei i. e. discedere interim liceat *POR.*

13. 14. *de genere hoc.* Qui diuersa laudant de inconstantia. — *delassare u. F.* Id est 'ualde lassare.' Ita sunt multa ut si uelit haec enumerare homo garrulus nimium fati- 5 getur. Fuit tamen Fabius eques romanus narbonensis qui aliquos libros pertinentes ad stoicam philosophiam conscripsit. Hic autem Fabius pompeianas partes secutus est et cum Horatio de disciplinis saepe contendit; ideo ait *loquacem.* Magna breuitate occurrit quattuor personis ut intelligas quo- 10 uis trahi posse *ACR.*

14. *loquacem del. ualent Fabium.* Quod Fabius Maximus narbonensis equestri loco natus pompeianas partes secutus aliquot libros ad stoicam philosophiam pertinentes conscripsit *POR.* 15

15—19. *audi q. r. ded.* Quid uelim dicere, quia omnes queruntur de professionibus suis et nemo uult eas deserere. — 16. *qui modo miles.* Deest *eras.* — 19. *licet e. beatos.* Mutatis scilicet conditionibus uestris *ACR.*

16. 17. *eris tu q. m. m. m. t. c. m. r.* Eleganter affec- 20 tata ambiguitas; nam cum praedixerit a milite mercatoris sortem laudari et a mercatore militis, item a iuris perito rustici et ab hoc illud: ita subiunxit dictionem ut cuiuis liberum sit in omnes personas sensum reducere *POR.*

20—22. *quid c. e. m. q. i. I. a. i. b. i.* Qua causa Iup- 25 piter iure non inflet contra eos buccas suas [quod est indignationis signum] i. e. irascatur et expuat in facies eorum et promittat se posthac preces eorum non admissurum? Ordo est: Quid causae est quin Iuppiter merito iratus ambas buccas inflet illis, uel quid causae est quin Iuppiter merito ira- 30 tus dicat, neque tam fore se facilem posthac ut praebeat

1 quod *om. Fabr.* ei nadere *Fabr.* 10 Magna *etc. pertinere potius uidetur ad uerba* atqui licet esse beatis *uers. 19* 12 ualeant *cod.* quod *add. ex cod.* 14 philosoph. *cod.* disciplinam *Edd.* 16 uolo *libri* 18 licet *e. q. s. om. cod. Med.* 23 cuius *cod.* ut cuiusuis *Edd.* 27 *inclusa uncis iure om. cod. Med.* 30 inflet *om. Fabr.* (*contra* ambas — iratus *oculis aberrantibus om. cod.*) 31 iam *libri.* tam *corr.*

aurem uocibus. *Buccas inflet.* Propter iracundiam quod est indignationis signum. — *uotis ut pr. a.* Vt precibus illorum propitium se praestet *ACR*.

quid c. m. q. i. I. a. i. b. inflet. *Quin* nunc significat 5 'quo minus'. Sensus est autem: nulla causa est nec ratio querelis quo minus illis Iuppiter sit iratus *POR*.

23. *praeterea u. s. u. q. i. r.* Ne quemadmodum qui iocularia narrat ridens percurrit et ego ridens percurram quod coepi audi qua ratione coepi. Ordo est: Praeterea ne 10 sic percurram ut qui ridens percurrit iocularia, quamquam quid uetat uerum dicere ridentem? [*Quamquam.* Deest audi quia ratione coepi.] Sensus est: quamquam laetitia ad ueritatem discendam obesse non possit, sicut crustulis infantes a litteris non impediuntur; siue sic: quamuis et ridentem licet 15 uerum dicere, ut risus remedio duritiae sit quae dicentem uera sequitur, ne aspere audiatur quod uerum dicam *ACR*.

praet. ne sic u. q. i. r. p. Ordo et sensus: Praeterea ne sic iocularia percurram ut qui ridens iocularia percurrit; sic et zeugma est et quia ex *percurram* 'percurrit' assumimus 20 in hoc syllepsis est *POR*.

25. *olim.* Non numquam interdum. — *crustula.* Placentas. Crusta quando neutraliter dicimus *edulia* significamus, ut Verg.: [1*] Et uiolare manu malisque audacibus orbem Fatalis crusti; quando feminino 'haec crusta' frag- 25 menta significamus, ut idem Vergilius: [2*] Concrescunt subitae currenti in flumine crustae *ACR*.

pueris o. d. c. b. d. Crustula et Lucilius dixit: [3*] gustaui crustula solus. *Olim* autem nunc pro 'interdum' ac 'non numquam' positum est *POR*.

30 27. *amoto l.* Iocularibus rebus. — *seria.* Necessaria *ACR*.

1 buccas — signum *om. Fabr. Contra* uotis — praestet *om. cod. Med.* 4 implet *cod.* 5 est: Aut nulla *Fabr.* 13 crustulae — impediunt *Fabr.* 17 nec *bis cod. pro* ne. *altero loco idem habent Edd.* 18. 19 et ex eo p. percurris ass. *cod.* et etiam cum percurram et percurrit non ass. *Fabr.* et etiam eo p. p. ass. *Pal. Med.* 20 *huic schol. confer Seruianum ad Verg. Georg. III 360* 22 crustula *libri*

1* *Aen. VII 114* 2* *Georg. III 360* 3* *Lucil. fragm. ed. Gerlach p. 93, 108*

28. *terram q. u. a.* Qui rusticae uitae studet. [Superius de inconstantia dixit modo de auaritia] *ACR.*

29. *per omne a. m. q. c.* Proprie *currunt*, ut: [1*] u a s t u m c a u a t r a b e c u r r i m u s a e q u o r *POR.*

30—32. *hac m.* Hoc consilio hoc proposito. — *aiunt.* Dicunt sese a prima aetate laborare ut habeant in senectute cibaria i. e. uiatica alimenta *ACR.* 5

32. *cum sibi s. c. c.* Cum sibi sint quae ad uitam reliquam tolerandam possint satis esse *POR.*

33. *nam exemplo est.* Parenthesis est. — *magni f. l.* Ἀντίθετον 'paruula' 'magni laboris' *ACR.* 10

paruula n. e. e. m f. l. *Ἀντίθετον; paruulae* enim 'magnum' intulit *POR.*

[35. *haud i. a. m. i. f.* Quia formica quam tu in exemplum trahis in eo cautior est quam tu quod per hiemem quiescit et utitur paratis: tu uero ut nemo sit te ditior nulla pericula pertimescis *ACR.*] 15

36. *inuersum.* Mutatum inclinatum in hiemem; magnum epitheton anni, ut: [2*] V e r t i t u r i n t e r e a c a e l u m e t r u i t O c e a n o n o x, quoniam in se semper annus uertitur et uoluitur. Maximae autem pluuiae et frigora commouentur cum sol in Aquarium uenerit, hoc autem fit XVII. kal. febr. *ACR.* 20

quae s. i. c. a. a. *Inuersum* annum perpetuum epitheton est anni quia in se semper uertitur i. e. reuertitur. Maxime autem sole in aquario constituto tempestates horrendae et frigora ingentia solent esse. Sol autem transit in aquarium XVII. kal. febr. In eo est diebus triginta usque in XVII. kal. martias *POR.* 25

1. 2 Superius — auaritia *om. cod. Med.* 3 uastumq. *apud Verg.* 6. 7 senectute. — Congesta] Collecta. — Multa cibaria] Viatica al. *sic Fabr. Vt nos cod. Med. nisi quod* i. e. *addidimus* 8 sint collecta *Fabr.* 8. 9 reliquam *add. ex cod.* 10. 11 Magnum ἀντιθ. *cod. Med.* 12 Ἀντ. paruulae est magnum *Fabr.* Ἀντ. paruulae u. magnum *sic Pat. Med. Vt nos cod.* 14 *hoc schol. merito om. cod. Med.* 19. 20 et ruit O. nox *om. Fabr.* 23 *lemma om. Edd. et* Iuuersum annum *pro lem. habet Fabr.*
o
27 VII. kal. febr. *cod.* VII. kal. febr. *Med. Pat.* decimo septimo calend. Februarii *Fabr.* usque ad *Fabr.* XVII. Calend. Martii *Fabr.* XVII. kl. martias *cod. Med. Pat.*

1* *Aen. III 191* 2* *Aen. II 249*

38. 39. *patiens.* Contenta. — *cum te.* Inuadit auarum hominem. — *dimou.* Cessare faciat uel prohibeat a negotio *ACR.*

38. *et illis u. a. q. sapiens.* *Sapiens* absolute dicitur; est enim nomen non participium, ut si diceret, quae ante non enim illis sapiens *POR.*

41. 42. *quid i. i. t. a. p. e. a.* Id est: Cum omnia facias propter argentum o auare quid te iuuat cum hoc defoderis in terram? Quasi ἀνθυποφορά est, ut dicat auarus: si coepero argento hoc uti redit ad assem h. e. ad exiguum. — 42. *timidum dep.* Scilicet ut in Arte poetica:[1*] i n u e n t i s m i s e r a b s t i n e t e t t i m e t u t i *ACR.*

quid iuuat imm. t. u. p. e. a. Sensus est: Cum tanto studio pecuniam quaeras quid te delectat eandem pecuniam non uti sed defossam in terram seruare? *POR.*

43. *quod si c. u. r. a. a.* Hoc auari responsum est dicentis, nisi defossam pecuniam seruet futurum ut ea usque ad assem consummetur *POR.*

at ni id fit. Id est: nisi hoc minuatur *ACR.*

at n. i. f. q. h. p. c. a. Iterum interrogantis poetae haec uerba sunt, quorum sensus est: Quid ergo uoluptatis erit in pecunia acquisita, si non impendatur, cum usus eius ad nos pertinet? Recondita perinde est ac si non habeatur *POR.*

45. *triuerit.* *Si* deest *ACR.*

47. *ut si reticulum p.* Quemadmodum inter seruos plurimos qui portat panis reticulum non plus accipiet quam is qui nihil portat ita tuus uenter non plus accipiet quam meus quamuis non multa possideam. *Reticulum* rete est, quo in urbe panis inter uenales portari solet; *uenales,* seruos *ACR.*

5 *posterior schol. pars fort. corrupta est, certe est obscurior* 14 eandem pecuniam *cod. quod seruare non dubitaui.* eadem pecunia *Edd.* 16 Hoc *cod.* Hor. *Pat. Med. unde* Horatius *Fabr.* est *add. ex cod.* 17. 18 eam — consumet *Fabr. Med.* ea — cousumet *Pat. Vt nos cod.* 22 impendis *Fabr. Med.* impenditus *Pat.* impendatur *cod.* 23 pertineat *Fabr. Med.* pertinere *Pat.* recondita *om. Fabr. (!)* 27 accipit *Fabr. (deinde* quam is — accipiet *om. cod. Causa patet)*

1* *Hor. Art. poet. 170*

ut si ret. p. uenalis. Sensus est: Quemadmodum inter uenales pueros is qui panes portabit non plus accipiet eo qui uacuus ambulauit, similiter quamuis plus laboraueris in acquirendo, factus cum sis pecuniosus, non plus uenter accipiet quam eius qui exiguum possidet *POR.* 5

49. 50. *referat.* Expediat proficiat. — *intra n. f. u.* Naturae fines sunt, ut satur sit homo quod etiam exiguo censu contingere potest; quod tantum est, quantum capit uenter hominis per naturam. Id est: cum naturae fines non possis excedere magnitudine diuitiarum, quia omni modo est naturae 10 legibus seruiendum, quid tibi prodest late possidere? Numquid ideo quia habes centum milia modios plus potes comesse quam ego qui habeo centum modios? *ACR.*

intra n. finis uiuenti. Hoc est: legibus naturae seruienti. Sensus est autem: Cum naturae leges nemo possit ex- 15 cedere diuitiarum magnitudine quid tibi prodest late cupere et possidere? *POR.*

51. 52. *at suaue est.* Obiectio est. — *dum ex p.* Iterum interrogat. Quasi contentio inter duos dialogismos. — *haurire.* Accipere consumere. — *relinquas.* Concedas *ACR.* 20

at suaue e. e. m. t. a. Respondentem facit auarum aut ipse poeta per *ἀνθυποφοράν* hoc dicit. — *dum ex p. t. haurire r.* Poeta auaro respondet dicens nihil interesse ex magno an ex paruo aceruo haurias cum satiando uentri nostro non multum ac tantundem semper opus sit *POR.* 25

53. *cur t. p. l. c. g. n.* *Cumeram* dicimus uas ingens uimineum in quo frumenta conduntur, sicut ipse alibi: [1*] Forte per angustam tenuis uulpecula rimam Repserat in cumeram frumenti; siue cumerae dicuntur uasa

1 uenalis (*non* uenales) *cod.* 2 puer is *cod. Med. Pat.* pueros *Fabr.* eo qui *cod.* et qui *Pat. Med.* quam qui *Fabr.* 3 ambulabit *Fabr.* 7 satis sit homini *Edd.* 10 omni modo *cod.* omnino *Edd.* 11 *ante* Numquid *nouum lem. add. Fabr. hoc:* Iugera centum a. m. a. 14 finis (*non* fines) *cod.* 21 ut *pro* aut *Fabr.* 22 *ἀνθυποφοράν cod. recent man. in spatio uacuo.* per *υποφοραν Pat. Med. καθ' ὑποφοράν Fabr.* auri *in lem. cod.* 23 respondit *cod. Med. Pat.* 25 semper *add. ex cod.* 27 reconduntur ut *Fabr.*

1* *Hor. Epist. I 7, 30*

fictilia similia doliis ubi frumentum suum reponebant agricolae. Tertio modo dicuntur cumerae uasa minora quae capiunt quinque siue sex modios quae lingua Sabinorum *trimodiae* dicuntur. Granaria autem horrea in quibus frumenta
5 reponuntur; repositoria *ACR*.

54. *ut tibi s. s. o.* Sensus est: ita stultus est quisquis ex magnis diuitiis uult sumere quod ad uitam possit sufficere, ut ille, qui cum certus modus aquae sit necessarius, malit eum de flumine quam de fonte haurire breuiore. *Liquidi*, liquoris
10 [aquae potus] *ACR*.

ut t. s. s. o. l. n. a. u. Liquidi absolute, hoc est 'aquae' et est sensus suauissimae comparationis: Ait enim ita stultum esse ex magnis potius malle quam ex paruis diuitiis sumere unde uentrem impleas ac si cum desideres urnam aquae
15 uel amplius minusue malis eam ex magno flumine haurire quam ex fonticulo *POR*.

56. 57: *eo fit.* Exinde fit ut multi propter auaritiam periclitentur. — *copia.* Multitudo, ut:[1*] R e s p i c i o e t q u a e s i t m e c i r c u m c o p i a l u s t r o. Ordo est: copia plenior iusto.
20 *Plenior*, maior. *Iusto*, moderato sufficienti. Id est 'ultra usum plus quam oportet' *ACR*.

eo fit p. u. siquos d. c. i. Per allegoriam deligentissime hoc dictum est, [eos] qui magnas diuitias appetant cum paruae illis ad uitam tuendam possint sufficere plerumque ipsam
25 acquirendi cupiditatem illis causam exitii esse. — *Aufidus* autem amnis est in Apulia rapidissimus ideoque *acer* nunc dictus *POR*.

58. *cum ripa.* Cum securitate sua uel domicilio i. e. sede auferat eos periculum. *Auersos.* Raptos. *Ferat.* De-
30 mergat. *Aufidus.* Species pro genere. Aufidus Apuliae fluuius cum impetu fluens, sed nunc pro periculo posuit *ACR*.

2 modo *om. Fabr.* minora *om. cod.* 4. 5 Granaria — repositoria *om. cod. Med.* 6 ut sibi sit o. *in lem. Fabr.* 10 aquae potus *om. cod. Med.* 12 *fort.* suauissimus *scrib.* 13 uelle *Fabr. Med.* male *Pat.* malle *cod.* 14 cum *addidi ex cod.* 15 uel cyathum *Med. Fabr. Vt nos rell.* et malis *Med. Fabr.* 25 *ante* Aufidus *nouum lem. add. Fabr. et* autem *om.*

1* *Aen. II 563*

59. 60. *quanto e. o.* Quantum sufficit. — *limo.* Pro eo quod est perturbata uita. — [*turb. h. a.* Quasi sordidus. —] *nec uitam a. i. u.* Id est, non cadit in periculum nec nimia mole obruitur raptus aquae impetu. Hic allegoricos docet paucis contentum neque sordidos quaestus sectari neque im- 5 plicari periculis *ACR.*

at q. tantulo eget — aquam. Perseuerat in allegoria *POR.*

61. *at b. p.* Maior. — *decepta c. falso.* Falsa opinione aut inepta et inani cupiditate. [*Cupidine falso* pro eo quod est falsa cupiditate.] Et notandum cupidinem genere mascu- 10 lino pro cupiditate noue omuino. Ita multi homines praua cupiditate oppressi dicunt appetendam esse maximam pecuniam [cui defertur praecipue] *ACR.*

ut bona p. h. *Bona* nunc pro 'magna' dictum ut saepe Ennius[1*] et alii ueteres *POR.* 15

62. *nil s. i. q. t. q. h. s.* Dicit quod numquam satis diuitiae congerantur; pro modo enim earum et personis defertur honor. Auarus ideo plus uult habere quia cumulus diuitiarum grandem hominem congeminat *ACR.*

63. *quid fac. illi.* Si talis est ut ab hac persuasione 20 remoueri non possit permitte eum miserum esse. Quid enim facias ei qui talis est? libenter miser est qui pro uoto suo magno labore quaerit maximam pecuniam *ACR.*

quid f. i. i. m. e. l. Relinque eum, inquit, miser sit quoniam deduci ab hac opinione non potest, quo minus putet 25 tanti esse unumquemque quantas diuitias habet *POR.*

64. 67. *quatenus.* Quamdiu donec. — *ut quid m. a.* De Timone ait atheniensi qui cum odium generi humano indixisset ipse tamen sua pecunia laetatus est. — 65. *populi c. u.* Quia solebat populus ingressis in theatrum bene meritis 30 plaudere malos exsibilare. Vel aliter: Quando donabat munus pauca donabat et a populo sibilum patiebatur. *Contemnere,*

2 *schol. inclusum om. cod. Med.* 7 tantuli *Fabr.* tantulo *rell.* 8 Vt *pro* at *cod.* 9 *uerba inclusa om. Edd.* 11 poni *pro* omnino *Fabr.* 13 *inclusa ex seq. schol. male repetita uidentur aut lacunosa sunt* 14 at *Fabr.* ut *rell.* 16 *post lem.* Nescio quid tibi *add. cod.* 18 honor *om. cod.* 26 habeat *Fabr.*

1* *Ennii fragm. inc. libr. XVIII Vahlen.*

non curare de obloquiis populi. — 67. *contemplor.* Considero conspicio *ACR.*

66. *populus me sibilat.* Bene quia *'sibilat'* praedixerat paulo post intulit *'plaudo.'* Inde autem hoc iunctum est, quia
5 malos principes ciuitatis theatrum ingressos populus exsibilabat bonos autem plausu excipiebat *POR.*

78. *Tantalus a. l. s. f. c.* Auaros ait poena urgeri quam Tantalo fabulae ascripserunt; sed commendandum est hoc pronuntiatione. Vult autem hoc dicere, quod similis est Tan-
10 talo qui habet pecuniam et non utitur, quia quemadmodum Tantalus non potest uti praesentibus ita neque auarus; sed ille a furiis iste sua uoluntate prohibetur. — *captat.* Desiderat cupit *ACR.*

Tant. a. l. s. f. c. fl. Poena quam fabulae Tantalo
15 ascripserunt auaros urgeri ait, quia ut ille inter aquas sitiat ita abstinentes a pecunia quam possident egentibus similes sint. Sed uenusta pronuntiatione exprimenda est *POR.*

71—73. *inhians.* Timens sollicitus; quidam 'stupens gaudio' accipiunt. — *et tamq. p. s.* Bene sacra in comparati-
20 onem et picturam introduxit, unde nihil ad quaestum adimi potest; nam ex una parte religio prohibet, ex altera tantum ars sine fructu intuentium animos quoque illudit. — *aut pictis t. g. t.* Eleganter tales ait auaris esse diuitias ac si pictae sint tantum quae per auaritiam tangi non possunt. Quid
25 interest inter abstinentiam et picturam, nisi ut usu tantum fruaris? *ACR.*

71. 72. *et tamq. p. s. c.* Ordo est: et cogeris tamquam sacris parcere. — *aut pictis t. g. t.* Eleganter tabellis similes esse diuitias suas auaris ait cum eis non utantur ac si
30 eas pictas habeant *POR.*

73—75. *nescis quo ualeat n.* Increpat auarum, usum pecuniae ignorantem. Emphasis est: ad quos factus est usus nummus nescis. — 74. *panis e.* Definitio, quibus rebus ne-

4 plaudo *Pat. Med.* belle *sic cod. Omnino om. Fabr.* iunctum *cod.* dictum *Edd.* 5. 6 exsibilat *cod.* 15 ascripserunt *pr. m. cod. cum Edd.* adscrips. *alt. man.* 16 fiant *Fabr. Med.* sipat *sic Pat.* sint *cod.* 31 quid *Fabr.* quo *cod.*

cessarii sunt nummi. — 75. *adde quis h. s. d. n. n.* Id est adde etiam illa quibus negatis dolet natura hominum. Dicit autem balneum usumque mulieris et alia huiusmodi quibus aut frigus aut fames repellitur. *Doleat.* Aegre ferat *ACR.*

65. *adde quis h. s. d. n. n.* Adice, inquit, illa quibus negatis sibi hominum uita crucietur. Non autem ea uult intellegi quae ad delicias uitae pertineant sed quae ad utilitatem ut quae frigori aut fami repellendae et commodiori mansioni sunt neeessaria aliaque similia *POR.*

76. *an uigilare.* Quae patiuntur auari *ACR.* 10

an uig. m. e. n. d. Hoc scilicet patiuntur diuites auari *POR.*

78. 79. *compilent.* Exspolient fugituri. *Compilare* dicuntur qui occisis quibusdam insignia in bello tollunt. — *iuuat.* Semper timere semper sollicitum esse quae tu bona iudicas. 15 — *horum semp. e. o. p. e. b.* Sic 'bonorum pauperrimus', ut:[1*] D i u e s o p u m. Ego semper opto egentissimus esse neque habere haec bona quae mihi afferant cruciatum *ACR.*

79. *horum s. e. o. p. e. b.* Pulcher et grauis sensus recusantis diuitias quae cruciatum uitae domino afferant *POR.* 20

80—83. *a. s. c. temptatum f. c.* Temptatum, aere aut frigore uexatum; i. e. si temptatum corpus tuum frigore aut alio casu condoluerit nemo te optabit conualescere — 82. *habes qui ass.* Qui prope te sedeat praestans tibi curam. — 83. *fomenta p.* *Fomenta* dicta quod aegritudinem foueant; 25 inde fomiles dicti quod flammas foueant. — 84. *suscitet.* Leuet, sanum faciat *ACR.*

84. *non uxor s. t. u. n. f.* Quibus scilicet per auaritiam tuam durus atque iniquus es *POR.*

86. *miraris c. t. p. o. p.* Miraris te odio esse cum tu 30 omnia argento postponas i. e. miraris, si nemo te amat, cum omnibus rebus praeponas argentum h. e. cum post argentum ponas omnia *ACR.*

5 addice *cod.* adiice *Edd.* 8 frigore aut fame *Fabr.* 20 afferunt *Fabr.* afferant *rell.* 21 temptatum *ter cod. Med.* tentatum *Fabr.* 24 pro *cod. pro* prope 25 foueut *cod. Med.* 26 suscitet] i. e. sanum f. *Fabr.* suscitet l. *(sic!)* s. f. *Med. Vt nos cod.*

1* *Aen. I 14 (II 22)*

miraris c. t. a. p. o. p. Ordo est: cum tu omnia argento postponas *POR.*

88. *at s. c.* Sensus est: At si quos tibi gratuito natura concessit amicos humanitate tibi deuinxeris, ita uideris operam perdere ut qui asino uelut equo uult uti. De asino autem prouerbiale est. Aliter: at si uelis aliquo obsequio aliqua sedulitate conciliare tibi tuos affines, perdes operam sicut is qui uult docere asinum currere. Nam qui in cursu exercet asinum perdit operam quia exercendus equus est. Sicut perdit operam qui uult asinum frenis regere ut uice equi fungatur, ita etiam perdit studium [diuitiarum] qui sine aliquo beneficio amicos sibi uult retinere *ACR.*

at si cogn. n. n. l. q. t. r. u. et reliqua. Sensus est: at te putas ita operam perdere, si cognatos quos tibi sine labore tuo natura tribuit retinere uolueris siue amicos seruare, ut si quis uelit asinum frenis regere ut equi fungatur officio. Et hoc uidelicet de asino prouerbium aut prouerbiale est, quia infacetum atque inurbanum erit si putemus illud ad praesens a poeta fictum esse *POR.*

nullo n. l. q. t. d. Qui nullo nostro labore nulla industria nobis nascuntur propinqui *ACR.*

91. *parentem.* Famulantem [obedientem ut doceat currere parentem ut faciat] *ACR.*

92. *denique s. f. q.* Sensus: Postremo cum aucta sit pecunia tua minus iam debes paupertatem metuere et labor tuus finem debet accipere cum habeas adquisitum quantum optaueras *ACR.*

93. 94. *et finire lab i. p. quod auebas.* Hoc est quod antequam haberes diuitias facere cupiebas si eas parasses *POR.*

94. *parto q. auebas.* Id est: quantum auidus fueras quaerere aut auide cupiebas; unde *auidi* auari sunt dicti *ACR.*

95. *diues.* Deest hic *ita* ut sit: ita diues *ACR.*

1 *post lem. add. Fabr.* Τμῆσις 1. 2 argento omnia *Edd.* 6 *hic* an *pro* at *cod. Med.* 13 at *in lem. libri. contra paulo post* an *Edd.* at *sed* n *ead. man. supra addito cod.* 17 prouerbium aut *om. Fabr.* 18 putamus *cod. pr. m. sed ead. mutauit* a *in* e 22 *inclusa om. cod. Med. recte* 26 adquisitum (*non* acq.) *cod.* 28 habebat (*scr.* hauebas) *cod.* est *addidi ex cod.*

diues u. m. n. Hoc est *adeo* et ideo pronuntiatione adiuuandum *POR.*

97. *non umq.* Potest et *non numquam* legi ut perraro melius seruo uestitus fuerit *ACR.*

100. *Tyndaridarum.* Graecarum. Significat autem Clytaemnestram aut Helenam. Nam Clytaemnestra Agamemnonem Helena Deiphobum interfecit et ambae Tyndarei filiae *ACR.*

at hunc l. s. d. m. f. Tynd. Eleganter quia Clytaemnestra Tyndarei filia fuit quae Agamemnonem maritum securi percussit *POR.*

101. 102. *quid m. i. s.* Fingit sibi respondentem eum quem alloquitur. — *ut uiuam Naeuius.* Naeuius enim tam parcus fuit ut merito sordidus appellaretur. Contra Cassius *Nomentanus* tam prodigus fuit ut sestertium septuagies libidini et gulae impenderet. Huius cocum nomine Damam Salustius Crispus centenis milibus aeris conductum habuit. Aliter: Nomentanus aut proprium nomen est aut gentile de Nomentana ciuitate; significat quendam Cassium luxuriosum qui inde fuit *ACR.*

quid m. s. u. u. Naeuius aut s. u. N. Haec per *ἀνθυποφοράν* fingit sibi dicentem eum quem alloquitur. *Naeuius* autem fuit in tantum parcus ut sordidus merito haberetur; Lucius contra Cassius Nomentanus adeo sine respectu calculorum suorum prodigus ut sestertium septuagies gulae ac libidini impenderit. Huius libertam Damam nomine Caius Salustius Crispus historiarum scriptor fertur centenis milibus conductam habuisse *POR.*

102—104. *Pergis p. s.* Id est: Quare pugnantia contra

1 ideo *pro* adeo *cod. Med. Pat. Deinde* adeo *pro* ideo *Fabr.* 7 Tyndari *libri* 13 Maeuius *Fabr.* neuius *cod.* naeuius *Med.* 16 coquum *cod. Med.* 21 Naeuius *cod. Med. Pat. bis.* Maeuius *Fabr.* 21. 22 *ἀνθυποφοράν cod. rec. man. in spatio uacuo. μαγαλειβηα Pat. μεγαλοβηα Med. μεγαλοφωνίαν Fabr.* 24 Lucilius autem contra *cod. Med. Pat.* L. contra *sic Fabr.* 24. 25 calculorum *cod.* calcubrum *Med. Pat.* bonorum *Fabr.* 26 P. Sall. Cr. *Fabr.* C. Sal. Cr. *Med. Pat.* Caius Sal. Cr. *cod.* 27. 28 conductam *et paulo ante* libertam *cod. Med. Pat.* conductum (*et* libertum) *Fabr.* 29 Pergis] Peruersas (*leg.* perseueras). — Pugnantia fr. adu.] Id est *etc. sic Fabr.*

se loqueris, (quia auarus et luxoriosus 'pugnantia' sunt) et non magis te conuertis ad id quod est commodum i. e. medium? Ordo: frontibus aduersis pugnantia. — *componere.* Comparare quoniam quae repugnant frontes aduersas habent. —
5 *non ego.* Poeta ad auarum. — *uappam i. a. n.* *Vappae* dicuntur perditi et luxuriosi; *nebulones* uero uani et leues ut nebula. Aliter: *Vappa* dicitur stultus et insulsus qui nihil sapit; dicitur enim *uinum uappa* quod perdidit saporem *ACR.*

105. *est i. T. q. s. Vis.* Tanais libertus Maecenatis no-
10 bilissimus spado, socer autem Viselli herniosus ac si diceret multum interest inter eunuchum et herniosum i. e. inter ramicosum et spadosum *ACR.*

est int. T. q. s. Viselli. Tanais spado fuit ut quidam aiunt Maecenatis libertus ut nonnulli Lucii Munati [ut nonnulli]
15 Planci, Viselli autem socer herniosus. Sumpsisse hoc ex prouerbio graeco sub nominibus relatum est; illi enim dicunt .... quod tamen et in latino sermone usurpari scimus *POR.*

106. *est modus i. r.* Vt Terentius:[1*] nequid nimis.
20 Ideo ait: est modus in rebus: *μέτρον ἄριστον.* — *ultra citraq.* Vltra hos modos i. e. fines et infra rectum consistere non potest sed in eisdem *ACR.*

est m. i. r. s. c. d. f. q. u. c. n. c. r. Modus, inquit, in omni negotio adhibendus est. Nam siquid ei aut adicere
25 aut minuere uelis sine uitio non erit. — *Rectum* autem absolutum nomen est *POR.*

108. 109. *illuc. u. a. r.* Quia digressionem fecit inducta

10 V. herniosi *Fabr.* 13 Biselli *cod. Med. Pat.* Viselli *Fabr.* 14 *alterum* ut nonnulli *eiciendum esse iam uidit Ruhnkenius ad Vellei l. II c. 63. Cfr. Auctar. Com. Cruq. p. 650* 16 sub nominibus *referendum esse uidetur ad librum de* *personis Horatianis; dubium idem esse ait Suring. l. l. III p 92* 17 *post* dicunt *lacuna est in Edd., quam explet cod. rec. man. sic:* *ηοπαδωνική λήθη (?)* 20 *graecu om. cod. Med.* 24 aut *add. ex cod.* adesse *cod.* adiicere *Edd.* 25 *ante* rectum *nouum lem. add. Fabr. et* autem *om.* 27 Quia digr. — praecepta *post uerbum* placet *ponunt cod. Med. Ceterum prius horum trium schol. uix genuinum crediderim; alterum satis corruptum est*

1* *Terent. Andr. I 1, 34 (59) Fleckeis.*

fabula Vmmidii transit modo ad propositum suum i. e. ad danda praecepta. Et est duplex sensus: aut quod omnes alienas conditiones laudant suas uituperant sed praecipue auarus qui se miserum dicit et egentem, aut quod ceteri quidem homines aliena studia approbant, auarus uero in eo quod 5 auarus est sibi placet. — *nemon ut au. s. p.* Quod nemo auarus se probet, nemo auarus sibi sufficiat nec de se iudicet. Probat esse [se] auarum qui aliena cum gemitu miratur. — *se probet.* Sibi placeat se laudet. — *ac potius l. d. s.* Id est: moderationem temperantiam. Ad sermonis sui sensum 10 quem inchoauerat recurrit cum coeperit ante dicere nullum hominem statu rerum suarum gaudere et laudare diuersa a quibus dissentire tamen auarum ait qui solus proposito suo gaudet. Haec autem admiratio pronuntiantis non ad illud pertinet quod auarus se non probet sed nemo alius *ACR.* 15

109. *illuc u. a. r. nemon ut a. s. p. a. p.* Ad sermonis sui sensum quem inchoauerat recurrit, cum coeperit [autem] dicere nullum hominum statu rerum suarum gaudere et laudare diuersa; a quibus dissentire tamen auarum ait qui proposito suo gaudeat solus. Haec autem admiratio pronun- 20 tiantis non ad illud pertinet quod auarus se probet sed quod nemo alius *POR.*

110. *quodq. a. c. g. d. u. t.* Quomodo tabescat auarus cum uiderit pleniora esse ubera capellae uicini sui. Ouidius: [1*] Fertilior seges est alienis semper in agris Vici- 25 numque pecus grandius uber habet *ACR.*

quodq. a. c. g. d. u. t. His quoque colligit aliena nobis placere magis quam nostra. Prouerbiali est autem usus quo et Ouidius usus est cum ait: Vicinumq. pecus grandius uber habet *POR.* 30

111. *neque se m.* Quoniam maior est turba pauperum moneo ut nemo se existimet pauperem. — *paup. t. c.* Ad illud redit ut dicat quomodo auarus non patiatur se esse pauperem, sed studeat singulos superare diuitiis *ACR.*

13 solum *libri* 16 ut nemo auarus *cod.* ut nemon au. *Pal.* n. ut *Med. Om. Fabr.* 20 gaudet *Edd.* 21 probat *sed e ead. man. supra scr. cod.* 28 magis *om. cod.* prouerbia *Fabr.* Vt nos *Edd.*

1* *Ouid. Art. am. I 349. 50*

113. *sic fest.* Superiores diuitiis uincere cupienti *ACR.*
sic f. s. l. obstet et reliqua. Tantam cupiditatem acquirendae pecuniae ait esse ut nemo uelit alium locupletiorem se esse, sicut quadrigis certantes praecedentes urgere con-
5 tendunt sequentes neglegunt. *Vngula* autem pro equis. *Τρόπος συνεκδοχή* dicitur *POR.*

114. 115. *ut c. c. m. r. u. c.* Totus iste uersus diaphoros est. Nam hoc interposito sequentem superiori sensui adiungit; qui sensus talis est: Quemadmodum auriga instat
10 cum equis his qui uincunt equos suos. Quando autem instat? Tum cum rapit ungula currum. Contemnit autem sequentem i. e. posteriorem; ita auarus semper festinat uincere ditiorem. — *equis.* Septimus casus est. — *uincentibus.* Datiuus. Hoc est: his instat qui praecedunt, uel equis instat suos uincen-
15 tibus i. e. nititur transire potiores contemnens eum quem transierat *ACR.*

115. *instat e. a. suos u.* Id est: instat eis equis qui suos uincunt *POR.*

117. *inde fit u. r. q. s. u. b.* *Ὑπέρβατον.* Inde fit ut
20 raro reperire queamus qui se uixisse beatum dicat, adeo auiditate pecuniae etiam circa diem mortis cupiditas urget, quia dum studet pecuniis aliquam requiem habere non potest quia desiderio possidendi agitur cum mors ei aduenerit *ACR.*
inde f. u. r. q. s. u. b. d. Sensus est: Cum nemo suo
25 contentus sit sed amplius semper habere quaerat, merito euenit ut nemo se feliciter uixisse credat nec cum ad senectutem perductus sit ita gratus e uita abeat ut conuiua qui bene acceptus satur ex conuiuio discedit. Ordo autem est: Inde fit, ut raro reperire queamus *POR.*
30 120. *iam satis est.* Modum sibi statuit de auaris dicendi. — *Crispini.* Philosophi cuiusdam loquacissimi qui *ἀρετάλογος* dictus est. Hic Crispinus poeta fuit qui de secta stoica uersibus scripsit. Sufficit ergo, inquit, me de auaris dixisse h. e. stoice locutum fuisse. Nam Stoici maxime de diuitiis dixe-

2 s. l. obstet et reliq. *om. Fabr.* 5 *ante* ungula *nouum lem. add. Fabr.* (rapit ung. cur.) *et* autem *om.* 6 τροπῷ συνεκδοχῇ *Fabr* 7 *turbatum hoc in libris scholion intactum reliqui* 32 sectam stoicam *libri*

runt i. e. ne me quidam putet de libris Crispini quae dico surripuisse. — *scrinia.* Capsae in quibus libri continentur *ACR.*

ne me C. sc. l. c. p. Plotius Crispinus philosophiae studiosus fuit. Idem et carmina scripsit sed tam garrula ut 5 aretalogus diceretur *POR.*

SATIRA 2.

1. 2. *Ambubaiarum c.* Ambubaiae dicuntur mulieres tibicines lingua Syrorum. Etenim lingua eorum tibia siue symphonia *ambubaia* dicitur. — [*pharmacopolae.* Id est unguentarii] *balatrones* autem luxuriosos ac perditos uocat a 10 Seruilio Balatrone cuius in secundo meminit, ut ex huius nomine similis uitae homines balatrones sint appellati, a balatu intorta uoce. Qui idem et *blaterones* dicti sunt quod est proprie 'uaniloqui'. Legitur et *barathrones* qui bona sua lacerant i. e. in barathrum mittunt. [Vel *balatrones* a balatu 15 ouium quasi ciborum sectatores et quasi comestores qui rem suam in gulam mittunt] *ACR.*

1. 2. *Amb. coll. ph.* Marcus Tigellius Hermogenes musicae artis scientiae peritus C. Caesari dictatori fuit familiaris, postea Cleopatrae quia dulciter cantabat et iocabatur 20 urbane. Augusto quoque ita placuit ut inter familiares ac domesticos haberetur. Erat autem largitor adeo ut omnibus musicis et circulatoribus multa donaret; et ideo morte eius tristes illos ait factos esse. [Porro autem causam insectandi

10 *de balatronibus scholion in libris miserrime dilaceratum est et turbatum. Nos ut potuimus restituere conati sumus; sed ne sic quidem placet; post appellati libri sic:* Legitur et Barathrones qui bona — mittunt, a balatu intortae uocis, qui idem et balatrones d. s. quod (autem *cod. Med.*) proprie uaniloqui. Vel — in gulam (uoram *cod.*) mittunt. Ideo autem dixit cantoris etc. *(uid. seq. schol.) Cfr. COM. CR. in quo melior est ordo* 18 Marcus *om. Fabr.* Tigellus *Fabr.* 21 ac *om. cod.* 24 *postremam partem interpolatori deberi crediderim cum Teuffelio Mus. Rhen. nou. III p. 473*

hominis non mediocris ingenii habuit Horatius quod carmina eius parum scite modulata esse dicebat.] *Ambubaiae* autem sunt mulieres uagae et uiles quibus nomen hoc causa uanorum et ebrietate balbutientium uerborum uidetur esse editum.
5 Non nulli tamen ambubaias 'tibicines' syra lingua putant dici. — *balatrones.* Balatrones a balatu et uaniloquentia dicuntur. Colligit autem hac satira fere homines dum uitia uitent in contraria uitia recidere *POR.*

3. *cantoris m. T.* M. Tigellius Hermogenes musicus pe-
10 ritissimus et uocis eximiae C. Caesari dictatori et post Cleopatrae acceptissimus Augusto quoque Caesari amicissimus. Erat autem largitor adeo ut scenicis et circulatoribus multa donaret. Ideo autem dixit *cantoris,* quia dicebatur in poematis suis placere uoce non carminum probitate; mutato nomine
15 per inuidiam cantorem pro musico obtrectatorie dicit; fuit autem modulator optimus in Sicilia natus. [Is carmina Horati negabat satis perite modulata, et idcirco carpitur ab illo] *ACR.*

4. *benignus.* Ἀκυρολογία; non enim [uere] benignus erat
20 sed prodigus; ex illorum autem persuasione dixit quibus donabat et largus [nimium] uidebatur. — [*contra hic.* Quicumque alius diuerse uiuit] *ACR.*

7. *hunc s. perconteris a. c. a. p. et reliqua.* Si interrogaueris alium, inquit, cur maiorum suorum mores uitans pe-
25 cuniam deuoret, respondebit nolle se uideri sordidi pusillique animi. Et erunt qui eum laudent alii qui uituperent *POR.*

8. *praecl. rem.* Amplum matrimonium. — *ingrata.* Sine gratia, qui omnia sine norma uoret, quia non est grata gula si propter ipsam consumptum fuerit patrimonium, aut quia

3 casu *pro* causa *libri* 4 editum *cod. Med. Pat.* inditum *Fabr.* 6 balathrones *cod., sine* h *litt. Edd.* 12 largior *Fabr.* largitor *cod. Med.* 13 Ideo *et quae secuntur me ex primo schol. in hunc locum transtulisse supra monuimus* 19 *πλεονασμός Fabr.* pleonasmus *Edd. ἀκυρολ. scr. cum COM. CR.* 21 nimium *suppositicium est, item paulo ante* uere *quod om. cod. Med.* contra hic *etc. om. cod. Med.* 23 a. c. a. p. et rel. *om. Fabr.* (percontaberis *cod.* percunct. *Edd.*) 24 illum *pro* alium *Fabr.* mutatus *cod.* uitatus *Pat.* uitans *rell.* 28 quia *pro* qui *cod. Med.* uorent *Fabr.* nocent *rell.*

quidquid ei praestiteris gratiam tibi habere non potest. Ingluuies autem dicitur uoracitas gulae. — *stringat.* Consumat attenuet comminuat radat *ACR.*

9. *conductis.* Fenore sumptis; conducuntur enim quasi nummi pro quibus merces soluitur; quamuis alii conductis 5 'congregatis' intellegant *ACR.*

cond. c. o. nummis. Conductis nummis, fenore sumptis; eleganter dixit, sicut conducti opere dicuntur ei quibus merces ob opus praestatur *POR.*

11. *ab his.* A frugi hominibus. — *ab illis.* A sordidis 10 ab auaris *ACR.*

12. *Fufidius.* Auarus quidam fenerator contrario uitio laborans. — *uappa.* Proprie dicitur quod nec uinum nec acetum est. — *famam t.* Nisi acriter exigat usuras. — *ac nebul.* Quem egestas fecerit fraudulentum. *Nebulones* dicuntur qui 15 humili genere nascuntur; unde etiam Comici seruos nebulones dicunt. [*Vappa ac nebulo* i. e. uilis ac nugator qui usuras exigit dicitur] *ACR.*

Fufid. u. Id est timet ne nisi acriter usuras exegerit uappa dicatur ac nebulo i. e. uilis ac nugatorius *POR.* 20

14. *quinas h. c. m. exsecat.* Quinis centesimis fenerat, aut *exsecat,* de sorte deducit grauiter laedendo debitores aut accipit aut in charta notat *ACR.*

quinas h. c. m. execat. Mercedes pro usuris dixit secundum illud superius quod dixerat 'conductis nummis.' *Execat* 25 autem *capiti* ad illud pertinet quod auari feneratores cum dant usurariam pecuniam primi mensis usuras capiti ipsius sortis statim amouebant; hoc est ergo *execat POR.*

1. 2 iugluuie] Ingl. *omisso* autem *Fabr.* 7 numis *bis cod.* 12 *lemma om. Fabr. et hoc schol. cum superiori coniungit* 19 timet nisi uon a. u. exegerit. Vappa nebulo dicitur, i. e. uilis ac nug. *cod. Pal. Med.* timet nisi acr. us. ex. uappa uocetur. — Ac nebulonis] Nebulo dicitur uilis ac uug. *Fabr. Haec omnia corrupta* 23 ut in charta notet *libri. Vt nos COM. CR.* 24 exigat *cod.* exigit *Edd. sic et secundo loco; nos uero utroque* execat *scripsimus quia sic in fine habet cod.* et exicat *(sic) Pat.* 25 quod dixerat (u) *om. Fabr.* 27 capitis i. s. statim mouebant *cod.* capiti i. s. s. admouebant *Pal.* capiti i. s. s. admouebaut *Med.*

15. *quanto p. q. e.* Tanto inquit grauioribus usuris onerat unumquemque hominem quanto eum uiderit neglegentius res suas agere. — *urget.* Exigit pecuniam a debitore *ACR.*

quanto p. q. e. t. a. urget. Ac tanto, inquit, grauioribus
5 usuris onerat uuumquemque quanto intellexerit eum neglegentius res suas agere *POR.*

16. 17. *modo sumpta u. u.* [Id est deposita praetexta et] Sumpta uirili toga; *tirones* autem uocauit adulescentes deposita praetexta. Sensus autem: Dicit eum tam praecipi-
10 tem auaritia ut non dubitet etiam filiis patrum familias cum periculo exigendi pecunias credere, dummodo usuras grauiores imponat i. e. id agit ut debitores adulescentes habeat. His dat pecunias mutuas qui sunt adulescentes et uiuunt sub duris patribus; hi enim etiam eum maximis usuris pe-
15 cunias libenter accipiunt qui etiam plures iusto illi possunt dare centesimas. *Sub duris* autem quoniam non licebat tironibus i. e. adulescentibus fenerari ne prodigi essent promittentes multas usuras propter accipiendam pecuniam *ACR.*

nomina s. m. s. u. u. s. p. d. Dicit eum tam praecipi-
20 tem esse auaritia ut non dubitet etiam filiis familias eum periculo exigendi pecunias credere dum modo credito suo graues usuras imponat *POR.*

17. 18. *maxime quis n. I. excl.* Interrogatiue pronuntiandum. Quis non miretur eum audierit, quod quinque cen-
25 tesimas exigit, et exclamet: 'o maxime Iuppiter.' Sed fortasse dicit aliquis quod pro quaestu suo erogat in uictum et qui multum acquirit fortasse habet opulentiam uiuendi. Ad hoc ita respondeam: Non potes credere tu qui audis quomodo is fraudet genium suum i. e. quomodo se necet. — *pro q. s. f. h.*
30 Largiter potitur suo censu et bene procurat corpus suum *ACR.*

1 quantum *in lem. Fabr.* 3 urget etc. *om. cod. Med.* 7 id est d. p. et *om. cod. Med.* 10 etiam *addidimus cfr. Porphyr.* 15 plus *libri* 16 Sub patribus diris] Quia nou liceat *etc. Fabr.* sub duris aut qa uon liceat *Med. Vt nos cod.* 21 exigendo *Fabr.* credito *cod.* creditori *Edd.* 23 ad maxime *in lem. cod.* 24 quandoque *pro* quinque *Fabr.* 25 clamet *libri*; *nos* excl. *scripsimus et* o max. Iupp. *ex COM. CR. addidimus* 26 errogat *cod.* eregit *Med.* erigat *Fabr.* 29 fraudat *et* uecet *libri. Ceterum concinniora sunt quae habet COM. CR.*

18. *pro q. s. f. h. uix cr. p.* Hoc per *ἀνθυποφοράν* dicitur; cuius sensus est: Sed putet forsitan aliquis pro modo quaestus sibi eum indulgere, cui haec respondet: *uix credere possis quam sibi non sit amicus POR.*

20. *quam s. n. s. a.* Quanto cruciatu se affligat *ACR.* 5

ita ut p. i. T. Ita sibi est inimicus auarus ut non peius se afflixisse uideatur Menedemus *ACR.*

ita u. p. i. T. f. q. mis. et reliqua. Notus est apud Terentium[1*] Menedemus ille senex qui de se poenas exigit quod filium a se per duritiam sui fugauerit *POR.* 10

22. *atque.* Pro *quam,* ut sit pronomen *hic* i. e. auarus. Alii sic exponunt: *Hic* aduerbium, ut sit in hoc loco *ACR.*

23. *quo res h. p.* Quo mea sententia tendat *ACR.*

24. *dum u. s. u. i. c. c.* Id est, dum nolunt dici prodigi efficiuntur auari *ACR.* 15

25. *Malthinus t. d. a.* [Tuuicis demissis ut sibi honestus uideatur;] composuit [autem] nomen quasi a *μαλακός* Malthinus. Maecenatem tangit, uaricosus enim fuit delicatior et solutus *ACR.*

Malthinus t. d. Sub Malthini nomine quidam Maecenatem suspicantur significari, ab re tamen nomen finxit; maltha enim *μαλακός* dicitur. Porro autem tunicis demissis ambulare eorum est qui se molles ac delicatos uelint haberi *POR.* 20

26. *est qui inguen a. o. s. u. f.* Est qui sibi facetus esse uideatur si altiore ueste utatur *ACR.* 25

27. *pastillos. Διαπάσματα* unguenta. *Ruf. o.* Hoc uult dicere quod neque pastillos homo debet olere neque hircum *ACR.*

fac. pastillos R. o. Garg. h. Haec quoque exempla ad

1 per *ανθ. . . . . . sic cod.* per *υποφοραν Pat. Med. καθ' ὑποφοράν Fabr.* 2 putat *Fabr.* forsan *Edd.* 3 uix credere *etc. om. Fabr.* 8 f. q. m. et reliq. *om. in lem. Fabr. (Lemma superiori scholio continuat cod. cum Med. Pat.)* 10 suam *Fabr.* sui *rell.* 13 *hoc schol. om. cod. Med.* 16 Maltiuus *cod. Med.* 17 *uerba inclusa om. cod. Med.* 21 significare *Fabr.* nomen *addidi ex cod.* 21. 22 maltha enim malacos d. *cod. Med. Pat. μαλθακός* enim quasi *μαλακός* dic. *Fabr. De* maltha *cfr. Nonius 37, 7 qui:* 'Maltas' inquit, 'ueteres molles appellari uoluerunt a Graeco quasi malacus.' 26 *διαπλάσματα Fabr.* 28 gargouius *cod.* Gorgonius *Pat. Om. Fabr.* exempla *cod.* extra *Pat. Om. rell.*

1* *Terent. Heauton timor.*

immoderatam intemperatamque uoluptatem pertinent; alii quippe munditias plus iusto affectant alii nullam corporis sui habent curam *POR.*

28. *nil m. e.* Nihil mediocriter fit. — *sunt q. n. t. Tetigisse* pro 'tangere.' Proprie dixit *tetigisse*, unde et 'intactae uirgines' dicuntur, ut: [1*] Cui pater intactam dederat. Id est: sunt qui nolint tangere nisi matronas *ACR.*

sunt q. nolunt t. n. i. q. s. t. r. i. u. Matronas significat; haec enim stola utuntur ad imos pedes demissa, cuius imam partem ambit instita assuta *POR.*

29. *subs. t. t. i. u.* Quia matronae stola utuntur demissa usque ad imos pedes, cuius imam partem ambit instita subsuta. *Instita* autem dicitur *τὸ περιπέδιλον* quod togae subsuebatur qua matronae utebantur. Subsutam uestem 'praetextam' dixit. Instita autem est tenuissima fasciola quae praetextae adicitur. Allegoricos autem dixit: alias non uult nisi matronas petitum ire *ACR.*

31. *quidam n. h.* Honestus et nobilis. Catone transeunte quidam exiit de fornice; quem cum fugit laudauit et reuocauit. Postea cum frequentius eum exeuntem de eodem lupanari uidisset dixisse fertur: [2*] 'Adulescens, ego te laudaui tamquam huc interdum uenires non tamquam hic habitares.' — *macte u.* *Macte*, 'magis auete,' ut: [3*] Macte noua uirtute puer *ACR.*

quidam n. h. c. e. f. m. M. Cato ille Censorius cum uidisset hominem honestum ex fornice exeuntem laudauit existimans libidinem compescendam esse siue crimine. *Macte* autem 'magis auete' i. e. cumulate significat *POR.*

32. *esto.* Aduerbium consentientis uel approbantis. — *dia.* Diuina. Catonem illum Censorium dicit *ACR.*

33. *tetra.* Odiosa pessima. — 34. *huc.* Ad fornicem *ACR.*

35. *permolere.* Violare polluero affectare appetere *subagitare* ut habemus in Terentio[4*] de ipso actu turpi [dicit] *ACR.*

8 nolunt *cod.* uolunt *Pat.* nolint *Fabr.* 13 *περιπέδιλον om. cod.* perinochion *Med.* 15. 16 praetexta dicitur *Med. Fabr.* praetextea dicitur *cod.* 32. 33 subagitare *cod. Med.* subigitare *Fabr.* 33 dicit *om. cod. Med.*

1* *Aen. I 345* 2* *Cato Censorius (?)* 3* *Aen. VIIII 638* 4* *Terent. Heauton tim. III 3, 6 (567) Fleckeis.*

36. *sic me m. c. C. a.* Cupiennius quidam amator matronarum ait: hoc me laudari nolo. Hic familiaritate Augusti clarus fuit corporis sui diligens et sectator matronarum. Alibi autem matronalis dicitur *ACR*.

nolim laudarier i. Caius Cupiennius Libo Cumanus 5 Augusti familiaritate clarus corporis sui deligentissimus sectator matronarum concubitus. *Albi* autem non pro candido uidetur mihi dixisse cum utique possint et uulgares mulieres etiam meretrices candidae esse, sed ad uestem albam qua matronae maxime utuntur puto relatum esse *POR*. 10

37. *audire e. o. p.* Audite, inquit, quae patiuntur moechi qui eos odistis. Fructus est his qui oderunt moechos audire quantis incommoditatibus affligantur. Vel etiam operae pretium est audire quod uoluptas quam capiunt moechi non est plena; imminuitur multis incommoditatibus. Ordo: Operae pre- 15 tium audire uos qui non uultis, uel operae pretium est audire uos moechos qui non uultis procedere recte ad meretricem quemadmodum laborent omni parte ei quemadmodum saepe cadat haec uoluptas atque haec ipsa rara inter dura pericula corrupta multo labore tam in expendendo pecunias quam pro- 20 pria membra perdendo. Vrbane abutitur Ennianis uersibus; ille enim ait: [1*] Audire est operae pretium procedere recte Qui rem romanam Latiumque augescere uultis. Sed illud urbanius, quia cum Ennius *uultis* dixerit hic *non uultis* intulerit *ACR*. 25

audire est o. p. p. r. q. moechis n. u. u. o. p. l. Vrbane abutitur Ennianis uersibus: Audire e. o. p. p. r. Q. r. r. L. a. u. Sed illud urbanius quod cum Ennius *uultis* dixerit hic *non uultis* intulerit *POR*.

39. 40. *utq. illis c. d. u. a. h. r. c. d. i. s. pericla.* Merito 30 hoc dicitur cum adulteris raro contingat concubitus earum quas sectantur et ipso metu periculi non sinceram inde uoluptatem percipiant *POR*.

5 Caius *om. Fabr. Add. rell.* 10 puto *om. Fabr. Add. rell.* 11 audire *Fabr.* audite *rell.* 13 astringantur *Fabr. Vt nos rell.* 17 uos *om. Fabr.* 26 audire o. p. est *sic in lem. cod.* q. moechis *etc. in lem. om. Fabr.*

1* *Ennii Annal. fragm. 454 Vahlen.*

40. *cadat.* Pertingat eueniat, quia raro contingunt concubitum matronarum quas amant. — *saepe inter dura p.* Quae imminent illis; quia inter maxima pericula raro euenit uoluptas *ACR.*

5 [41. *hic se pr. t. d.* De incommodis adulterorum *ACR.*]

ille flag. a. m. c. Hoc de Salustio uidetur dicere; Salustius enim Crispus in Faustae filiae Sullae adulterio deprehensus ab Annio Milone flagellis caesus esse dicitur; quem Asconius Pedianus[1*] in uita eius significat. *Ad mortem* autem 10 prope mortem *ACR.*

ille flag. a. m. c. Hoc de C. Salustio uidetur dici qui deprehensus ab Annio Milone in adulterio Faustae Sullae filiae uxoris eius caesus est *POR.*

42. *dedit h. p. c. n.* Non ne stupraretur sed melius ne 15 castraretur. *Pro corpore* autem, pro obscena parte corporis *ACR.*

dedit h. p. c. n. Ne testes ei absciderentur poenam pecunia redimit *POR.*

44. *hunc perminxerunt. Perminxerunt,* stuprauerunt. *Ca-* 20 *lones* sunt ministri militum liberi homines; *lixae* uero sunt serui eorundem *ACR.*

hunc p. c. Perminxerunt pro 'stuprauerunt' positum est. *Calones* autem serui dicuntur a 'calando' hoc est quod uocentur ad ministerium; non nulli a kalendis putant quod eo 25 die cibaria accipiant *POR.*

45. *accidit.* Accidere solet. — *testes.* Testiculos. — *caudamq. s.* Virgam uirilis membri. *Salaces* dicuntur libidinosi, salacem ergo libidinosam. Dicitur enim membrum illud in quo libido est esse salsum. Alii a saliendo dicunt salacem 30 *ACR.*

quin etiam i. a. et reliqua. In adulterio deprehensis interdum euenisse ut uirilibus amputatis dimitterentur *POR.*

4 prouenit *Fabr.* 5 *hoc schol. om. cod. Med.* 8 quae *pro* quem *legi iubet Ritterus. Noli obsequi* 11 dicit *Fabr. Med.* dicitur dici *Pat. Vt nos cod.* 12 felicis filiae *cod.* felicis felice *Pat.* 13 uxor *Fabr.* uxoris *rell.* 22 perminxerunt *puncto sub* n *posito in lem. cod. deinde* permixerunt. perminxerunt *in lem. Pat. deinde* permiserunt. permixerunt *bis Med.*

1* *Asconius Pedianus (?)*

46. *demeteret.* Abscinderet. Multis, inquit, etiam uirilia amputata sunt. — *iure omnes.* Supple: factum esse dicebant. — *Galba n.* Galba iuris peritus et ipse sectator matronarum qui dicebat non iure factum ut testes amputarentur quia primo adulterii poena pecuniaria erat *ACR.* 5

iure o. G. n. Subaudiendum hic extrinsecus: 'factum dicebant.' Est enim totum tale: 'Iure omnes factum dicebant, Galba autem negabat.' Amare autem Seruium Galbam iuris consultum perstrinxit quasi contra manifestum ius pro adulteris responderet quia et ipse adulter esset *POR.* 10

47. *tutior a. q. m. e.* Quanto melius est et tutius uti libertinis [comparatione adulterii.] Sed dicit: tanto ardore fertur Salustius in libertinas quanto moechus ardore fertur in matronas. Ipsi enim Salustio in senatu a censoribus hoc obiectum est. Tum ille non se matronarum sed libertinarum 15 sectatorem esse testatus est, et ideo ex senatu expulsus est, quod excusat idem in Catilinae libello. Sensus autem hic est: Dico tutius esse ut libertinae appetantur sed et in ipsis siquis propensior fuerit infamatur ut Salustius Crispus *ACR.*

tutior at q. merx est i. c. s. Libertinarum dico; ait 20 multo quidem tutius esse libertinae conditionis sectari mulieres quas tamen si cupidius quis appetat ut Salustius Crispus in eandem infamiam corruptorum morum incidere *POR.*

50. *qua res q. r. s.* In antiquioribus '*qua res*' inuenio ut sit sensus: 'in quantum res.' Deest *tenus* ac si diceret *qua-* 25 *tenus;* ex sequentibus enim hoc intellegimus [qua res qua ratio quatenus res quatenus ratio]; et hic *si* ad *uellet* iungamus ut sit: Si hic uellet bonus uideri i. e. Salustius si uellet ea ratione qua modeste uti licet largus atque benignus esse daret quantum satis esset et quantum ipsa res flagitaret *ACR.* 30

6 extrinsecus Iure omnes f. d. *sic Fabr. quae contra* Est enim t. t. Iure o. f. dic. *om. cum Med. Pat.* 10 et *om. cod.* 17 libello *COM. CR.* bello *libri* 20 merces *pro* merx est *cod. Med. Pat.* Libertinarum dico *om. Fabr. et pergit* ait quidem multo etc. 21. 22 mulieres *om. cod.* 23 infamiam *Edd.* in eadem infamia *cod.* 27 ut *pro* et *libri (Vncis inclusa uix genuina crediderim)* ad *om. Fabr. (Ceterum ne sic quidem omnia placent)*

quaque m. munifico e. l. Hoc est, quantum permittitur aluo modestiae temperamento largiri *POR*.

53. *uerum h. s. a. u.* Hoc sibi solo blanditur i. e. amore libertinarum *ACR*.

5 55. *ut quond. M. a. O.* Ordo: Vt quondam, inquit, Marsaeus amauit mimam quandam Originem nomine in quam patrimonium suum expendit *ACR*.

ut q. M. a. O. i. Mima quaedam nomine Origo fuit eisdem temporibus in quam Marsaeus patrimonium suum im-
10 pendit *POR*.

58. 59. *unde.* Ex quo amore maiorem pateris infamiam quam profusionem; nam meretricibus uti conceditur non amare. — *fama m. gr. q. r. t.* Fama [i. e. opinio tua. Vnde fama] malum trahit quod grauius est quam rei familiaris. — *an*
15 *tibi abunde.* Zeugma ab inferiori *euitare* i. e. non sufficit tibi euitare personam nisi illud uitaueris quod ubique obest; non enim tantummodo obest tibi si amas matronam sed etiam si meretricem *ACR*.

unde f. m. g. q. r. t. Hoc ex persona sua Horatius di-
20 xit intellegi uolens ex nimio mimarum aut meretricum amore uexari quidem censum sed multo grauiora damna famae accidere. — *an tibi abunde p. s. e. n. i. q. u. o. euitare. Euitare* accipe, quia sic plenum sit: 'An tibi abunde personam satis est euitare, non illud quidquid officit euitare.' Ait non
25 satis esse personam matronae euitare nisi etiam illud quidquid nocet atque officit euites *POR*.

61. *bonam d. f.* [Et in matrona et in libertina et in meretrice]. Hoc ex sua persona dicit Horatius intellegi uolens ex nimio mimarum aut meretricum amore uexari quidem censum sed multo grauiora damna famae accedere *ACR*.

62. 63. *oblimare.* Detercre consumere tractum a 'lima'

1 daret quantum satis est *lem. in Fabr. Vt nos rell. nisi quod in cod. praemittuntur haec:* Salustius in quas non minus insanit quam qui moechatur *quae nescio an sint superiori scholio adiungenda* 2 aluo *cod. Med. Pat.* Salustio *Fabr.* 5. 6 Marsaeus. Hic Marsaeus *sic cod. Med.* 8 *in fine lemmatis* mimae *add. cod.* 13 *uerba inclusa om. cod. Med.* 22 *quae statim post lemma secuntur:* Euitare accipe *usque ad* Ait *om. Fabr. Addunt rell.* 27 *inclusa om. cod. Med.*

qua fabri utuntur aut certe a 'limo' ut sit obducere ut dicimus quaedam limo obducta periisse. — *quid interest i. m. a. p. t.* Negat interesse quicquam utrum quis in matrona an in ancilla an etiam in adultera delinquat, secutus opinionem Stoicorum qui omnia peccata paria esse dicunt; neque enim 5 rei admissae quantitatem sed admittentis uoluntatem spectant. — *peccesue togata.* Matronae quae a maritis ob adulterium repudiabantur togam accipiebant sublata stola propter ignominiam; toga autem meretrici apta; ita enim prostare solebant cum togis pullis ut discernerentur a matronis; et ideo 10 qui adulterii damnatae fuerant hac ueste utebantur. Aliter: togatae dicebantur in publicum procedere feminae adulterii admissi causa. Alii togatam dicunt libertinam quia antea libertinae toga utebantur *ACR.*

rem p. oblimare. Oblimare conterere significat ut quae 15 a fabris limantur. — *quid inter est i. m. a. peccasue togata.* Negat interesse quicquam utrum quis in matrona an in ancilla an etiam in adultera delinquat, secutus opinionem Stoicorum qui omnia peccata paria esse dicunt. Nec enim rei admissae quantitatem sed admittentis uoluntatem spectant. 20 Togatae autem in publicum procedere cogebantur feminae adulterii admissi conuictae *POR.*

64—66. *Villius in F.* Pro eo quod est in matrimonio Faustae. Nomina semper incerta pro certis. Nam Fausta Sullae filia Tito Annio Miloni nupta fuit ut supra exposui. 25 Alibi:[1*] m e d u l c i s d o m i̅n a e m u s a L i c y m n i a e pro 'Terentiae' et:[2*] M a l t h i n u s t u n i c i s d e m i s s i s a m b u l a t pro 'Maecenas'. Et hic: Villius in Fausta i. e. Annius in Fausta. Eodem numero syllabarum commutationem nominum fecit. — *Sullae gener.* Non uere gener sed quia Sullae filiam 30 stuprauit ita frequenter ut ipse gener esse uideretur. [Nam Longarenum (?) habuit maritum]. — *hoc miser uno n. d.*

16 peccasne *cod. Med. Pat. Om. Fabr.* peccesue (*s.* peccesne) *codd. Horatt.* 19 enim *addidi ex cod.* 24 nomina *om. Fabr.* 25 Syllae *sic per y litt. libri ubique* 31 *Verba inclusa male interpolata sunt*

1* *Hor. Carm. II 12, 13* 2* *Hor. Serm. I 2, 25*

[Quoniam nobilis filiam affectauit uxorem, uel hac re quod dicebatur matronas appetere. *Deceptus* quia amator decipitur nobilitate dilectae, qui putat hoc se minus peccare quod nobilem stupret; *uel deceptus,*] quod filia Sullae esset hominis 5 potentis et clari sperans talis uiri filiam castam fore uicturam nec umquam posse peccare. [Fausta dicebatur filia Sullae;] hanc cum Villius impetrasset uxorem forte Longarenus adulter domi eiusdem puellae erat; ita Villius collisus est plagis et nihilominus eam postea tenuit apud se propter 10 nobilitatem. Annius Milo maritus fuit Faustae Cornelii Sullae filiae qui rediens a cena a familia Longareni adulteri uxoris suae ante aedes suas ne adulterium deprehenderet pugnis caesus est et ferro petitus *ACR.*

Villius in F. Sullae g. h. m. u. n. d. p. d. Villius pro 15 Annio dixit. Annius autem Milo maritus fuit Faustae Cornelii Sullae filiae qui a familia Longarenia rediens a cena ante aedes suas ne adulterum deprehenderet pugnis caesus est et ferro petitus; quem ait nulla alia re in hanc iniuriam ac contumeliam recidisse quam quod magnae nobilitatis uxorem 20 habere affectauerit *POR.*

67. *exclusus fore.* A familia Longareni moechi. Et nonotandum *fore* numero singulari. Terentius in Adelphis: [1*] Quidnam concrepuit foris? Item Cicero pro Cornelio: [2*] Aperuit forem scalarum sed ex uerbis accusatoris ri- 25 dentur, ut in Flacciana: [3*] strangulauit posuit *ACR.*

68. *huic.* Id est, Villio si animus loqueretur ex uerbis mutonis; *muto* autem dicitur membrum uirile, ut Lucilius

1 quoniam nobilis *usque ad* quod filia Sullae esset *om. Med., eadem usque ad* sperans *cod. nec ego dubitaui priora uncis includere. Etiam in sequentibus* Fausta d. f. Sullae *ex superioribus male repetita sunt; sed ne sic quidem persanata omnia* 14 infaustae silae *in lem. cod.* in faustae Syllae *Med. Pat.* 16 a *om. cod.* Longareni *Fabr.* 18 ferro perterritus *cod. Med. Pat.* 19 incidisse *Fabr.* recid. *rell.* 23 fores *libri (scriptura* concrepuit *ut mihi uidetur altero mane in uersu Terenti omisso recipienda)*

1* *Terent. Adelph. II 3, 11 (264) Fleckeis.* 2* *Cic. pro C. Cornelio I fragm. 44 Orelli* 3* *Schol. Bobiensia p. 230 Orelli (pro Flacco cap. II Baiter) ?*

libro VIII:[1*] Laeso iam lacrimas mutoni exterget amica *ACR*.

huic si muttonis u. m. t. u. d. h. a. *Muttonem* pro uirili membro dicit Lucilium imitatus; ille etenim in IIII sic ait: O laeua lacrimas muttoni absterget amica *POR*. 5

70. 71. *magno p. d. c.* De stirpe magni consulis oriundam. — *uelatumq. st.* Proprie toga mulieris *stola* dicitur et notandum in hoc uersu quod *toga* et *stola* communem syllabam fecerint *ACR*.

72. 73. *at q. m. m.* Id est quanto meliora monet natura 10 tuis sensibus quae abundat necessariis, his scilicet quae usus exigit. Abundat autem si sis bonus dispensator i. e. si tu his recte usus fueris. — *diues o. n. s.* Id est: quae natura propriis opibus abundat quoniam quantum est in ipsa non denegat uoluptatem simpliciter acquisitam. — *modo.* Tantum modo *ACR*. 15

at q. m. m. p. i. d. o. n. suae. Quanto meliora monet quam quae tua natura aestimas. Bene autem dicta *diues opis suae natura* quoniam quantum est in ipsa non denegat uoluptatem simpliciter quaesitam *POR*.

75. *recte disp. u.* Id est si cum ratione uelis erogare 20 et uiuere. — *ac non fug. p. imm.* Id est: si non uelis immiscere ea quae debes fugere uel petere *ACR*.

76. *tuo u. r. l. n. r. p.* Tu putas nihil interesse utrum tuo uitio labores an naturae; nostro uitio laboramus si dolemus cum desit phasianus; rerum natura laboramus si do- 25 lemus cum desit panis. Alii dicunt: uitio nostro laboramus matronam concupiscentes, rerum uitio si usus feminae non adest *ACR*.

1 in 8. libro *Fabr.* *(hoc Acronis testimonium om. Gerlach.)* absterget *Fabr.* exterget *rell.* 3 muttonis *per* tt *ter cod.* *Eodem ducit Nonius 408 s. u. tangere ubi est* Musconis *et Glossa Labb.* 'muttonium προβασκάνιον. *Λουκίλιος.' Cfr. Festum p. 358 Muell.* 4 etenim ille *Fabr.* 5 a laeua *cod. Med. Pat.* laeso iam (*non* lacfo *ut Gerlachius*) *Fabr.* astergeret *cod.*
16 sua *in lem. cod.* 17 quam tu quae natura aestimat *Med. Fabr. Vt nos rell.* autem *om. Fabr. et ante* bene *nouum lem. addit* diues op. n. s. *Deinde* diues opis natura suae *Edd. Vt nos cod.* 20 *pro priore schol. habet cod. haec tantum:* cum ratione erogare uiuere. *Med.:* cum rat. uelis uiuere 21 uis *pro* uelis *cod. Med.*

1* *Lucilius fragm. VIII 11 Gerlach.*

tuo u. r. labores n. r. p. Tuo uitio laboras si matronam concupiscas rerum autem si feminam *POR.*

78. 79. *unde.* A quibus, ut: [1*] genus unde latinum. Non est autem loci sed personae. — *haurire.* Acquirere per-
5 cipere. — *quam ex r. d. f.* Plus mali accipit qui amat nobilem si fuerit deprehensus quam fructus si impetrauerit *ACR.*

80—82. *nec m. h.* Id est, nobili. Ostendit non diuitiis fieri pulchritudinem sed natura. Et sermonem suum con-
10 uertit ad puerum Cherintum pulcherrimum hoc tempore. Id est: nec magis erit tuum femur o Cherinte tenerum aut crus rectum si inter niues uiridesque lapillos iacueris. Hic autem docet natura non ornatu pulchras esse mulieres. Hic autem Cherintus dicitur illis temporibus fuisse prostibulum pul-
15 cherrimum. Prostibulum autem dicitur scortum. Fuit autem hic puer insignis facie atque candore. Ordo est: Nec femur aut crus est magis tenerum huic i. e. nobili inter niueos uiridesque lapillos quam o Cherinte hoc sit tuum cum rectius femur atque etiam melius crus persaepe togatae. — *uiridisq.*
20 *lapillos.* Margaritas gemmas. — *melius.* Decentius. — *togatae.* Plebeiae ancillae. Nec magis inuenis pulchras nobiles quam ignobiles *ACR.*

sit l. hoc Cerinthe t. Cerinthus nomine prostitutus dicitur fuisse insigni specie atque candore *POR.*

25 83. *add. huc.* Ad commoda eorum qui simplici contenti sunt femina quae nullo lenocinio formatur. — *sine f. g. a.* Sine uelamine simulationis sine lenocinio et extraneis ornamentis. *Fucus* genus est herbae marinae unde lana inficitur; et in Carminibus Horatius: [2*] neque amissos colo-
30 res Lana refert medicata fuco, et Vergilius: [3*] Alba nec assyrio fucatur lana ueneno; inde etiam corruptae

5 *ante* plus *add. cod. Med.* Ex impetratione 8 Ostendit — natura *om. cod. Med.* 11 erat *Fabr.* 17 nobilis *Fabr.* 19 uiridisque *cod. Med.* 23 o Cherinte *lemma est in Fabr.* hoc Ch. *Med.* s. l. hoc Cerinthe t. *cod. Pat.* Cerinthi nomine *corrigi post lem. iubet Ritterus* 26 nec nullo l. formantur *pro* quae etc. *cod. Med.* 27 sine lenoc. et extr. orn. *om. cod. Med.*

1* *Aen. I 6* 2* *Hor. Carm. III 5, 28* 3* *Georg. II 465*

merces *fucatae* dicuntur; et pro dolis et fraudibus Terentius in Eunucho:[1*] fúcum fáctum múlieri *ACR.*

adde huc q. m. s. f. gestat apertis et reliqua. Adice nunc, inquit, ad commoda eorum qui simpliciter meretricum concubitu contenti sunt quod nullo lenocinio tecta aut fucata 5 corpora in usu habent nudaque conspiciunt. Matronae autem si quid formosi habent id solum ostendunt, quod reprehensibile est magno opere occultant *POR.*

84. 85. *neque siquid honesti.* Id est: pulchri, ut poeta:[2*] Et quocumque deus circum caput egit honestum. 10 Matronae, inquit, si quid honesti habent id solum ostentant, quod turpe est magno opere occultant; non ita fit in meretricibus quae aliquando et pulchriores sunt. — *iactat h. p.* Vt diuites matronae faciunt *ACR.*

86. *regibus h. m. e.* Reges quando emunt equos operiunt eos ne pulchritudine inducti aut clunium aut faciei emant equum pedibus mollioribus. Hoc ergo dicit: unumquemque debere idem facere circa contemplationem mulieris ut magis utilitatem quam speciem formae sectetur aut natalium *ACR.* 20

regibus hic m. e. u. e. m. opertos insp. Reges cum equos emunt opertos considerant ne si specie eorum mollicies ungularum destituatur capti pulchritudine inutiles equos mercentur uidelicet utilitatem pulchritudini praeponentes. Hoc igitur dicit: unumquemque debere facere circa contemplatio- 25 nem mulieris ut magis utilitatem quam speciem formae eius aut natalium sectetur *POR.*

87—90. *ne si f.* Ordo est: ne si facies decora fulta est molli pede inducat hiantem emptorem, quia hiantes in bona

3 gestat *cod* portat *Edd.* apertis *cod. Med. Pat. (cum Bernensi A apud Ritterum).* aperte *Fabr.* addice *cod.* adice *Pat.* adiice *rell.* 12 magno opere *cod.* magnopere *Edd.* (*inde etiam apud Porph.* magno op. *correxi*) 21 *a* Regibus *in cod. et Pat. scholia in nouam satiram incipiunt* opertos *cod. Pat. Med.* apertos *Fabr.* (*sic etiam paulo post*) 22 nisi specie eorum molli et ung. destitueret *cod.* ne si species eor. mollicie ung. destitueret *Pat.* ne si species eor. mollicies u. destitueret *Med. Fabr.* 23. 24 mercarentur *Fabr.* 24 uidelicet ut p. praep. *addidi ex cod.*

1* *Terent. Eunuch. III 5, 41 (589) Fleckeis.* 2* *Georg. II 392*

non cernimus uitiosa. — *inducat.* Decipiat. — *hiantem.* Cupientem. — *quod pulchrae clunes.* Clunes dixit feminino genere sed Iuuenalis [1*] *hic clunis* dixit, quod tenemus: A d terram tremulo descendunt clune puellae. — [*cor-*
5 *poris opt.* Pulcherrima in mulieribus. —] *ne corp. o. lynceis c. o.* Lynceus quidam tantam uim [in acumine] oculorum dicitur habuisse ut trans parietem uideret et dum staret in Sicilia uideret classes de Africa exeuntes. Sensus est: Noli inquit nimium acute legendo quae bona sunt in ea quae contraria
10 sunt caecus esse; hoc est: debes in utramque partem iudicium habere *ACR.*

91. *Hypsaea c.* Matrona fuit quaedam eo tempore uitiosis oculis *ACR.*

Hypsaea c. Plotia Hypsaea uitiosos oculos habuisse
15 dicitur quam hic amare in transitu percussit *POR.*

92. 93. *o crus.* Nescio cur laudas crus et brachia sed habet uitia inter nates et potes eam contemnere. [*o brachia.*] Quasi haec habere dicat spectator plebeiam nescio quam. — *depygis.* Id est sine natibus; pyga enim est pars corporis
20 posterior; aut certe cum magnis natibus ut *de* hic 'ualde' intelligatur. Πυγάς autem graeci dicunt 'nates'. — *breui lat.* Deforme est in feminis furcam latere habere maiorem *ACR.*

94. *matronae p. f.* Praeter faciem, inquit, nihil cernere matronae possis; reliquae enim corporis partes ueste celan-
25 tur, nisi forte Catiae similis est quae neglecto pudore propter pulchritudinem crurum elata ueste utebatur. Haec autem adeo uilis fuit ut in aede Veneris theatri pompeiani adulterium committeret *ACR.*

matr. p. f. n. c. p. c. n. C. e. d. u. t. Praeter faciem

3 *Iuuenalis uers. om. Edd. Add. ex cod.* (*Cfr. apud OIahnium ubi Acronis testimonium addendum*) 5 *inclusa om. cod. Med.* 6 in acumine *om. cod.* 7 trans *libri.* per *COM. CR.* 9 legendo *cod.* eligendo *Edd.* 14 Isaea *bis cod. Pat.* Ipsaea *Med. in lem.* Isaea *post lem.* Hypsea *Fabr.* Placia *Edd.* Plotia *cod.* Plautia *Estré prosopogr. Hor. p. 580* 17 contemnere *cod.* 20 *cfr. COM. CR. quae meliora habet* 21 Pyas autem graece dixit *libri* 27 Veneris theatinae ad th. pompeianum *COM. CR. fort. rectius. Cfr. Estré l. l.*

1* *Iuuenal. XI 164*

nihil cernere matronae possis; reliquae enim corporis partes ueste celantur nisi forte Catiae similis est quae ob pulchritudinem crurum pudore neglecto alta ueste utebatur. Haec adeo uilis fuit ut in aede Veneris theatri pompeiani adulterium cum Valerio siculo colono ac tribuno plebis obducto uelo admiserit *POR.* 5

96. *si int. p.* Si honestae feminae quam compellare non licet concubitus appetes. *Interdicta* autem prohibita. — *uallo c.* Custodiis munita circumdata satellitibus ἀλληγορικῶς. Vel uallo i. e. ornatu uestium *ACR.* 10

si i. p. u. c. nam t. et reliqua. Si honestae feminae quam compellare non licet propter quod maxime incenderis concubitus appetes multa sunt quae te impediunt quo minus perspicere possis qualis sit quam concupiscis. *Vallo* autem circumdata allegoricos dicitur i. e. custodiis septa ac praemunita *POR.* 15

97. *insanum.* Pronum ad libidinem; semper enim ibi plus incendimur quo difficilius peruenimus *ACR.*

98. [*lectica.* Quoddam uehiculum quod trahitur a mulis et equis. —] *cinifiones.* Ciniflones et cinerarii eadem significatione apud ueteres habebantur ab officio calamistrorum i. e. ueruum in cinere calcfaciendorum quibus matronae capillos crispabant; cuius rei et Vergilius meminit dicens:[1*] crines Vibratos calido ferro. Dicti autem *ciniflones* ab eo quod in cinerem flant ad calcfaciendum ferrum, quos et *cinerarios* appellant *ACR.* 20 25

ciniflones parasitae. Et ciniflones et cinerarii in eadem significatione apud ueteres dicebantur ab officio calamistrorum in cinere calfaciendornm quibus matronae capillos cri-

2 nicatiae *cod.* (*idem* nicatia *in lem. pro* ni Catia) 3 *fort. etiam apud Acr. scr. fuit* Alta *pro* elata 5 cum Valerio ac siculo colono tr. pl. *libri Vt nos Ritterus.* c. Val. siculo [colono] tr. pl. *Estré l. l. putans* colono *ex* culo *antecedentis uocis ortum esse* 9 *αλλ. e. q. s. om. cod. Med.* 11 nam te et rel. *om. Fabr.* 12 compellere *Fabr. hic et apud Acr.* compellare *rell.* 14 conspicis *Fabr. Vt nos rell.* 19 lectica — equis *om. cod. Med.* 26 et *addidimus* 27 cinifl. parasiti et cinelones et cinerarii *sic cod. Pat* (*Prius* et *om. Fabr. Med.*) 29 calfac. *cod. Pat.* calefac. *rell.*

1* *Aen. XII 100*

spabant; cuius rei et Vergilius meminit dicens: [1*] Vibratos calido ferro murraque madentes *POR.*

99. 100. *palla.* Pro peripodio posuit quod dicunt tunicopallium. — *inuideant.* Obstent *ACR.*

5 *plurima q. i. p. a. t. r.* Hoc est: et alia plurima quae non patiantur tibi corpus eius apparere *POR.*

101. *altera n. o. c. t.* Altera, inquit, quae prostat praelucida utitur ueste ita ut nuda conspici possit; haec autem uestis in Co insula conficitur per cuius nimiam subtilitatem 10 quae sunt interiora translucent. — *paene uid. e. u. n.* Prope ita eam potes uidere ut nudam. Sensus est: Paupercula induta est coa ueste subtilissima et ideo potes eam totam uidere brachia tibias et pedes ueluti nuda sit *ACR.*

altera nil o. cois t. Altera, inquit, quae prostat praelu- 15 cida ueste utitur ita ut uelut nuda conspici possit. Haec autem uestis in *Κῷ* insula conficitur per quam ob nimiam subtilitatem quae intra sunt translucent *POR.*

105—107. *leporem u. u. a. in n. sectetur.* Inducit quasi canticum amatoris matronae; est autem canticum hoc: Ve- 20 nator persequitur leporem ut capiat et captum contemnat. Amor meus est huic similis, absentia et difficiliora desiderat et parata contemnit. — *positum.* [Id est appositum in conuiuio] ad comedendum paratum. — *apponit.* Addit ad cantûm [uel sociis apponit ad comedendum] *ACR.*

25 *lepor. u. u. a. i. n. s. p. s. t. n.* Quemadmodum uenator fugientem leporem capere appositum autem in cena non uult tangere, hac specie matronam appeti ait quia non sit licitus ac facilis eius complexus, meretrices autem fastidiri quia copia earum sit in promptu. — *cantat et app. m. e. a. h. s.* Amator, inquit, matronae hoc cantat *POR.*

1 uibrato *Pat. Med.* 2 murraq. *cod. Pat.* myrrhaq. *Fabr.* mirraq. *Med.* 3 *prius schol. om. cod. Med.* 4 inuidebant. Obstabant *Fabr.* 9 choo *cod.* cho *Med.* Co *Fabr.* 10. 11 Prope — nudam *om. cod.* 14 nihil *cod. Pat. ut solent* 14. 15 lncida *Fabr. Med.* quae lncida *cod. Pat.* praeluc. *corr.* 15 ita ut *om. Fabr.* 16 *Κω cod.* Co *Edd.* 22 Id est app. in con. *om. cod. Med.* 24 *inclusa om. cod. recte* 27 hac spe *Fabr. Med.* hac specie *Pat.* Ac specie *cod.* appetere *Fabr. Med.* appeti *rell.* 29 proutu *cod.*

[1*] *Aen. XII 100*

108. *transu. i. medio.* Licitam uenerem transcendit et fastidit *POR.*

109. 110. *hiscine uers.* Quod cantare amatorem dixit quibus uenatori amorem suum comparat. — *curasq. gr.* Quas patiuntur qui matronas amant *ACR.* 5

hiscine uers. sp. t. et reliqua. His uersiculis quod cantare eum dixit, quibus uenatori amorem suum comparat *POR.*

111. *nonne cup.* Nonne satius est quaerere quem cupiditatibus finem natura statuerit quid tolerare possit si denegetur quid denegatum sustinere non possit? [Multum tibi 10 prodest quaerere quid doleat natura uel ferat.] Ordo est: Nonne quaerere plus proderit quid negatum sibi natura sit latura et quid dolitura? *ACR.*

nonne c. s. n. m. et reliqua. Nonne satius est inquit quaerere quem finem cupiditatibus natura statuerit quid tole- 15 rari possit si denegetur, quid denegatum sustineri non possit? Quaerere magis prodest. Negari autem sibi homo prudens ea tantum non aegre fert sine quibus famem ac sitim frigusque submoueat *POR.*

112. *inane.* Inutile. — *abscindere.* Discernere. — *soldo.* 20 Vtili, et est figura 'detractio' *soldo* pro 'solido'; i. e. utilia ab inutili separare. Solidum est manducare panem, inane autem phasianum *ACR.*

et inane absc. s. Allegoricos; est: inutilia aut uana ab utilibus ac necessariis recidere ac separare *POR.* 25

114—118. *num t. c. f.* Simile argumentum. — *tument.* Libidine inflammantur. — *tentigine.* Libidine, quod uenas tendat distensione nerui *ACR.*

num t. c. f. u. Satis eleganter ac probabiliter haec inferuntur. Ait enim sicut qui famem ac sitim sedare cupiat 30

1 medium *cod.* (*in quo praeterea seq. schol. sic admixtum est:* hiscine uers. transu. in medium lic. uen. tr. e. fast. Speras tibi etc.) 3 quo cant. am. dixit (*rell. omissis*) *Med.* *Totum schol. om. cod.* quos *Fabr.* 6 quia *Edd.* quo *cod.* (*aut* quod *aut* quia *scrib. est*) 10 *inclusa puto esse interpolata* 15. 16 tollerare *Fabr.* 17. 18 prudens et tantum sine *sic cod.* ea tantum aegre fert *Pat. Med.* ea non aegre f. *Fabr.* 24 et *pro* est *libri* 29 satis *et paulo post* haec *add. ex cod.*

uasorum quibus haec inferantur delectum non habeat ita rei ueneriae rationem esse siquis eam ex necessitate non ex deliciis aut praua persuasione uelit nosse *POR.*

119. *non ego.* Id est: nolo rumpi tentigine i. e. exten-
5 sione uirilis membri sed in praesentem uenerem ruere. — *parab. a. u. f. Facilem* propter utilitatem sine dilatione, *parabilem* pretio uiliorem. Et hi uersus ex Graeco translati sunt *ACR.*

non ego n. p. a. u. f. Quod ad me pertineat, inquit,
10 ego certe non faciam ut malim tentigine rumpi quam in quamlibet occurrentem necessitatem libidinis effundere; nam et illam malo qua facile potiri possim *POR.*

120. 121. *illam p. paulo.* Id est, illam quae dixit: 'ueni si exierit uir.' — *sed pluris.* Pretii maioris, quia difficilia ca-
15 riora sunt. — *Gallis h. Ph. a.* Gallis qui aut proniores sunt in uenerem aut multum donant. Ordo est: Illam 'post paulo' quae dicit 'ueni si exierit uir,' Philodemus dixit, 'Gallis relinquo.' *Philodemus* autem quidam philosophus fuit physicus qui Gallos multum donare mulieribus dixit aut quasi diuites
20 aut quasi in libidinem proniores. Alii dicunt Epicureum fuisse qui cum multa de eadem secta scripsisset dicens de muliere difficili ait: 'Gallis haec danda est matris deum sacerdotibus qui concumbere non possunt' *ACR.*

illam post paulo s. p. s. e. u. G. Haec distinguenda sunt
25 ut singula legantur. Ita demum enim significabuntur uerba eius, quare magno uendat et differendo amatorem sui cupidiorem faciat. Gallis autem has ait aptiores esse quia Philodemus epicureus cuius sensum transtulit relegat tales ad Gallos qui

1 inferuntur *Edd.* inferuntur *pr. m. cod. sed eadem mutauit* u *in* a habeat *cod.* habet *Fabr. Med.* habent *Pat.* 2 nenereae *Edd.* si quis rerum necessitatem non ex d. a. p. p. uelit (uelis *Med. Pat*) *Edd. Vt nos cod. nisi quod* m *litt. in* eam *erasa et ante* uelit *additum est* ne 5 uirilis membri *add. ex Med.* 6 parab. — translati sunt *om. cod. Med.* 9 pertinet *Fabr. Med.* pertinent *Pat.* 10. 11 quam nbilibet necess. lib. eff. *Fabr.* qnam quaml. necess. l. eff. *Pat. Med.* quam in quam liberoc currentem n. l. eff. *sic cod.* 12 facile *cod.* publice *Edd.* 15 promptiores *hic et infra cod. Med.* 23 sacerdotibus *om. Fabr.* 25 significabantur *Edd.* 26 uendit *libri* 27. 28 Philodamus epicurus *cod.*

magno adulteria mercantur uel propter diuitias uel quod incensioris libidinis sint *POR.*

123. 124. *candida.* Sine uitio corporis. Haec sententia Horatii est: Ne deprehensus aut pecunia se redimat aut ab adultero ad reddendam contumeliam constupretur aut certe 5 manifestus adulterii reus cum ad iudicium productus sit condemnatus fiat infamis. — *hactenus.* In tantum. — *nec m. a. u. q. d. n. u.* Vt nolit se illecebrosis fucis ornare *ACR.*

ut neque l. n. m. a. u. q. d. n. u. Hoc est: quae simpliciter agat nec proceritatem sibi staturae aut fucis calorem 10 mentiatur *POR.*

125. *haec u. s. dextro c. m. laeuum.* Hoc est quod Lucilius ait in quinto:[1*] E t c r u r i b u s c r u r a d i l a x a t *POR.*

126. *Ilia et Egeria est.* Istiusmodi mulier cum mecum inierit do nomen Iliae et Egeriae, quae speciosissimae fuerunt 15 *ACR.*

do nomen q. illi. Eleganter fingo mihi in tenebris meretricem illam aliquam esse de nobilibus; per quod significat non interesse quae sit cum eam non uideas uel cum omnium eadem corporis natura sit *POR.* 20

129. 130. *uaepallida.* Quidam putant *uepallida* unam partem orationis esse quo modo *uesana;* sed magis diuidendum est ut *uae* interiectio sit feminae timentis et perturbatae. — *desiliat m.* Mire ostendit ab ipso lecto fugam esse faciendam. — *conscia.* Ancilla conciliatrix *ACR.* 25

uae p. l. d. m. Quidam putauerunt *ue pallida* nunc unam partem orationis esse, ut:[2*] v e g r a n d i s u b e r e c o c t u m quod ait Persius Flaccus ut significet 'ualde pallida'; sed mihi uidetur *uae* imitatiuo charactere dictum, ut illa perturbata mariti aduentu hanc lamentationis uocem proferat. — 30

13 dialaxon *cod. Pat. Med.* dilaxat *Fabr.* 14 Aegeria *Fabr.* Eg. *rell.* (*praeterea in cod. et Med. sic est:* Haec. Scilicet huiusmodi mulier. — Ilia et E. e. Istiusm. etc.) 18 *fort.* illam *eiciendum* 24 ab ipsa *Fabr.* ab ipso lecto *rell.* 25 conscia *etc. et sequens schol. om. cod. Med.* 26 uae pallidam *cod.* (*ceterum* ue *ubique Edd* uae *cod. praeterquam quod habet* uegrandis 27 uegrandis sub ubere coctum *cod.* 29 uidetur uae imit. *cod.* uideretur imit. *Edd.*

1* *Lucilii fragm. satur. V 25 Gerlach.* 2* *Persius I 97*

miseram s. c. cl. Ancilla scilicet quae conscia sit dominae in hoc adulterii facinore *POR.*

131. *cruribus h. m.* Propter tormenta. — *m. doti.* Quia antea adulterae dotem tantummodo perdebant *ACR.*

5 132. *discincta t.* Quia omnes apud antiquos toga se cingebant aut quia omnes antea militabant aut quia cingebant sese subarmale suum et ita procedebant omnes *ACR.*

disc. t. f. a. p. n. Ἐνεργῶς hoc est otiose expressa perturbatio adulteri de ipso lecto subito fugientis *POR.*

10 133. *ne nummi p.* Quibus adulteri redimebant adulterium *ACR.*

ne n. p. aut puga aut d. f. Ne deprehensus aut pecunia se redimat aut ab adultero referenda contumelia stupretur aut certe manifestus adulterii reus cum ad iudicium profectus 15 sit condemnatus infamis fiat *POR.*

134. *Fabio u. i. u.* Satis urbane significat Fabium pro adulterio iudicaturum si iudex in hanc rem constituatur qui harum rerum et ipse sectator sit, tamen miserum esse deprehendi, et probe ait: nam si istum qui est adulter interrogem 20 de qualitate adulterii respondebit malum esse et probari poterit quod non expedit adulterari *ACR.*

deprehendi m. e. F. u. i. u. Satis urbane: Si, inquit, Fabius pro adultero iudicaturus iudex in hanc rem constituatur qui harum rerum sit ipse sectator malum esse depre-25 hendi censebit *POR.*

5 quia — cingebant *om. cod. Med.* 7 sub arma situm *Fabr.* subarmale situm *Med. Vt nos cod.* 8 Ἐναργῶς *Fabr.* energos *rell.* 12 pugae *cod. Pat.* (aut pyg. *etc. om. rell.*) 13 se *om. Fabr.* inferenda *Fabr.* in referenda *Pat. Med. Vt nos cod.* 18 ipse *om. Fabr.* 22 satis urbane significat fabio etc. *cod.* 24 malum *etc. om. cod. Ceterum conferas quae de hoc et Acronis scholio rectissime disputat Hauptius in Mus. Rhen. nou. III p. 147 sq.*

SATIRA 3.

[*Omnibus hoc u. c.* In hac ode docet quod alter alterius uitia debet patienter ferre *ACR.*]

Omnibus h. u. c. In eundem Tigellium Hermogenem hic inuehitur eumque Sardum dixit quod in Sardinia esset natus. Adnotandum ergo et Sardum et Sardiniensem dici posse. 5
Nam Lucilius Sardiniensem dixit in sexto saturarum: [1*] Sardiniensem terram. At Licinius C. de eodem Hermogene loquens: [2*] Sardi Tigelli putidum caput uenit. Non nulli tamen ueterum grammaticorum sic appellationes has diuiserunt ut Sardum putarent dici qui in Sardinia natus sit 10
Sardinensem autem incolam Sardiniae *POR.*

2. *ut numq. i. a. c. r.* Subdistinguendum *cantare,* et sic inferendum *rogati POR.*

3. *sardus.* Sardus, quia in Sardinia natus est; Sardiniensis enim incola est *ACR.* 15

4. *ille Tigellius.* Quasi de noto dixit *ille ACR.*

Caesar. Augustus sub quo Horatius. — *patris.* C. Caesaris *ACR.*

6. 7. *si coll. a. o. usq. a. m. c.* Ab initio cenae usque ad finem. Ouum enim initium cenae erat quippe quod in 20
gustu statim a balneis offerebatur; mala uero in secundis mensis erant. *Citaret* autem i. e clamitaret. Citari dicuntur qui uoce clara citantur *ACR.*

ab ouo u. a. m. c. io. Id est ab initio cenae ad finem usque. Ouum enim hodieque initium cenae est, quippe cum 25
in gustu statim a balneis offeratur; mala autem apud ue-

1 *Hoc primum et secundum Acronis schol. om. cod. Med. recte ut uidetur; sed fortasse genuina exciderunt* 3 *haec satira non reticendum est in cod. non hoc loco sed post quartam sedem habere* 6 Lucius Sarcitius *Fabr.* Lucilius *cod. Med. Pat.* 7 Licinius *Fabr.* Licinius C. *rell.* 7 *haec duo schol. om. cod. Med.* 22 citaret autem *e. q. s. om. cod. Med.* 25 hodie *Fabr.* hodieq. *rell.* 26 gusto *cod.* a balneis *cod.* balneis *Edd.*

1* *Lucilii fragm. sat. VI 22 Gerlach.* 2* *Licinius Caluus (?)*

teres inter cetera secundae mensae offerebantur. *Citaret* autem 'recitaret' unde et praecones citare dicuntur qui clarius uoce dicunt *POR.*

io Bacchae. Hoc scilicet citaret i. e. clare diceret: *Io* 5 *Bacchae POR.*

7. 8. *summa.* Acutissima quae in summa parte organi est et ὑπάτη dicitur. — *modo hac* [*resonat*] *q. c. q. i.* Id est, tenera uoce, sicut chordarum nouissima teneriorem sonum emittit quae in tetrachordo ima est. Haec eadem νήτη a mu-10 sicis dicitur. — *quattuor ima.* Id est: post quattuor ac per hoc 'quinta' *ACR.*

modo summa u. m. hac resonat quae chordis quatt. i. Id est modo clara uoce modo crassa ut a tetrachordo hoc sumptum uideatur, in quo est grauissimi soni chorda quae ὑπάτη 15 dicitur *POR.*

9—11. *nil aeq. h. f. i.* Vt Salustius de Catilina: [1*] m o d o c i t u s m o d o t a r d u s i n c e s s u s e r a t. In omnibus ostendit inaequalem. — *saepe uelut q.* Ordo est: Saepe currebat uelut fugiens hostem. — *persaepe u. q. I. s. f.* Κανη-20 φόροι apud Athenas hodieque dicuntur, quae sacra in capite portant et lento gradu procedunt *ACR.*

saepe uelut qui c. f. h. Ordo et sensus est: Saepe currebat uelut qui fugiens hostem currit. Ita per syllepsim figuram e *currebat* 'currit' adsumptum. — *per saepe uelut q.* 25 *I. s. f.* Κανηφόροι hodieque Athenis appellantur quae sacra

1 afferebantur *Edd.* off. *cod.* 2 dicuntur *cod.* solent *Edd.* 4 *hoc schol. in cod. Med. Pat. post schol. ad uers. 10 sequitur.* Bacchae *Pat.* Bacche *rell.* 7 *pro altero schol. cod. et Med. haec tantum:* Modo h. q. c. q. i. Quarta chorda nete dicitur 12 haec *cod. Pat.* (modo summa uoce *lem. est in Fabr. Med.* modo s. u. m. haec r. quatt. i. *in Pat.*) cordis *cod. sed alibi plerumque* h *supra scripto saepe etiam* chordis 13 et — uidetur *Med. Fabr. Vt nos rell.* 17 incessu *cod. Med. om.* erat 19. 20 *Κανηφ.* — dicuntur *om. cod. Med.* 20 qui *libri.* quae *dedi ex Porph.* 22 fugiens hostem] Currit. Ita *κατὰ σύλληψιν* (per syll. fig. *Med. Pat.*) curr. et currit absumptum (ass. *Med. Pat.*) *Edd. Vt nos cod. nisi quod habet* currebat et currit absumptum. *Et hoc schol. in cod. Med. Pat. post illud sequitur quod incipit:* Io Bacchae 24 saepe *cod. Med. Pat. in quibus hoc schol. ei praecedit quod incipit:* Io Bacchae 25 caneforoe *cod.* canephoroae *Pat.* canephorae *Med.*

1* *Salust. Cat. c. 15*

capite portantes lento gradu incedunt. Dicit ergo Hermogenem adeo inaequali fuisse mente ut interdum tardissimo gradu ambularet interdum citato *POR.*

12. *modo r. a. t.* Tetrarchae dicuntur qui quartam partem regni imperatoris habent *ACR.* 5

13. *sit m. m. tripes.* Mensa a tribus pedibus dicta *ACR.*

14. *concha salis p.* Marina in qua sal plerumque ponitur. *Puri* autem sine, condimentis, simplicis non conditi *ACR.*

et concha s. p. Puri salis i. e. simplicis non conditi. Et *concha* merito, quia pauperiores in marina concha salem tritum habere solent quo cum pane uescantur *POR.* 10

16. *huic p.* Pro: isti parco paruis contento si dedisses ducenta milia post quinque dies nihil inuenires *ACR.*

17. *nil era i. loculis.* Ab eo quod est *locus* deminutiue *loculus.* — *noctes uig.* Accusatiuum posuit ut iugem ostenderet 15 uigiliam quomodo:[1*] una cum gente tot annos Bella gero *ACR.*

noctes uig. a. i. mane. Aduerbialiter dictum est *noctes,* ut:[2*] flet noctes; et: una cum gente tot annos Bella gero. *Ad ipsum mane* autem 'usque ad ipsum mane' *POR.* 20

19. 20. [*sic.* Quomodo iste. —] *immo alia.* Sensus est Confiteor me habere uitia sed leuiora nec sum similis Maenio qui dicebat se ignoscere peccatis suis et ea tamquam leuiora pro nihilo ducere *ACR.*

21. *Maenius a. N. c. c.* Maenius cum de Nònio male 25 loqueretur ait illi alter: Dic mihi, tu nescis te? Hic est [Maenius qui uenditis rebus omnibus unam sibi columnam reser-

3 interdum citato *om. cod. Med. Pat.* 6 *hoc schol. om. cod. Med. Sed Fabr. post sequens ponit* 9 puri salis *post lem. add. ex cod.* 12 huic pro isti parco *cod.* huic parco pro: isti p. *Med.* huic p.] Ordo est: Parco isti etc. *Fabr.* 14 *prius schol. om. cod. Med.* 16 quomodo: Vt cum *Fabr.* 19 noctem *apud Verg. sed* noctes *et ibi corrigendum* tot annos una c. g. B. g. *cod. Med. Pat.* 21 *prius schol. om. cod. Med. item in altero uerba:* Sensus est *et* et ea tamq. l. p. n. d. 22 neuio *cod. Med.* 25 Menius *in lem. Med. sed dein cum cod.* Neuius 26 Hic est *e. q. s. om. cod. Med. Ex Porph. scholio huc translata sunt*

1* *Aen. I 47* 2* *Georg. IIII 513*

uauit in foro unde gladiatores spectaret quae columna Maenia dicebatur] *ACR.*

Maenius a. Nouium c. c. Qui de porsonis horatianis scripserunt aiunt Maenium et scurrilitate et nepotatu notis-
5 simum Romae fuisse. Hic post patrimonium adrosum kalendis ianuariis in capitolio clara uoce optauit, ut quadraginta milia nummorum aeris alieni haberet. Quaerente quodam quid sibi uellet quod tam sollemni die aes alienum habere optaret: 'Noli mirari' inquit 'octingenta debeo'. Hic fertur
10 domo sua quam ad forum spectantem habuerat diuendita unam columnam ibi sibi excepisse unde gladiatores spectaret quae ex eo 'Maeni columna' nominabatur, cuius et Lucilius sic meminit: [1*] M a e n i u s c o l u m n a m c u m p e t e r e t *POR.*

22. *an ut ign.* Nescis et to uitiosum esse an putas te
15 nesciri? *ACR.*

25. *cum tua peru. o. m. l. inunctis.* Ordo est: Cum tua mala oculis inunctis lippus peruideas i. e. cum tua uitia uideas quasi caecus cur aliena perspicis oculis aquilae? *Inunctis* autem 'uelut inunctis', ut Persius: [2*] H o s p u e r i s m o n i-
20 t u s p a t r e s · i n f u n d e r e l i p p o s [pro 'uelut lippos'] *ACR.*

cum tua peruideas o. mala s. i. Sensus est: Cum tua mala uideas uelut si lippiens inunctus sis, quare ad amicorum perspicienda uitia magis acute perspicis quam aut aquila aut draco? Aquilam autem tam acute cernere aiunt ut rectis
25 oculis radios solis intueatur. Pro dracone autem serpentem epidaurium ideo dixit quia cum Romani oraculo admoniti in

3 Maenius *libri* Nonium *libri sed pro* o *in marg. cod. scriptum est* e 4 et nepotatu *simul cum priore* et *om. Fabr. Med.* ot ineptatu *Pat.* 5 fuisse *om. Edd.* adrosum *cod.* abrosnm *Edd.* 6 optaret *cod.* 7 milia *om. Fabr.* 8 sollemni *cod.* solenni *Edd.* 9 habere debeo *Edd.* 10 diuenditam una *cod.* diuenditam unam *Pat. Med.* 11 sibi ibi *Edd.* 12 Maeni col. *cod.* col. Maenii *Edd.* 13 columna *cod.* 14 *hoc schol. om. cod. Med.* 17 mala *om. cod. Med.* 17. 18 uideas *cod.* cernas *Med.* non cernas *Fabr.* 20 pro uelut lippos *om. cod. Med.* 21 peruideas *cod.* puid. *Pat.* praeuideas *Fabr.* 22 lippieusi unctus *cod.* lippieus unct. *Pat.* lippens unct. *rell.* quare *cod. Pat.* cum *Med.* cur *Fabr.* 26 dixit *cod.* dicit *Med. Fabr.* dr̄ *Pat.* in *om. Fabr.*

1* *Lucilius fragm. ex inc. libr. 104 Gerlach.* 2* *Persius I 79*

Epidaurum insulam misissent inde ut Aesculapium afferrent, draco e templo eius subito progressus nauem legatorum conscendit, quem illi numen dei creditum esse Romam aduexerunt *POR.*

27. 28. ***aut aquila.*** Haec multum uidere traditur; nam sola fert solis radios hoc est, rectis oculis solem spectat; deinde et ex alto latentem leporem conspicit. — ***aut serpens Ep.*** [Quem Romani in templo Aesculapii posuerunt. Apud Epidaurum Graeciae ciuitatem Aesculapii templum est, in quo maxime colitur Aesculapius.] Generaliter omnes serpentes multum uidere dicuntur *Epidaurium* autem propter historiam posuit; a libris enim sibyllinis Romani sunt moniti pro remedio ciuitatis ut simulacrum Aesculapii de Epidauro insula peteretur. Quo Romani cum uenissent et errore multorum simulacrorum certum inuenire non possent, in conspectu omnium serpens nauim petiit. Qui ad urbem delatus in ripa uel insula Tiberis uisus subito non apparuit. In ipso autem loco templum Aesculapio condiderunt. — ***at tibi c.*** Vt sint aliqui e contrario qui uelint inquirere tua uitia. — ***et illi.*** Amici tui quorum uitia reprehendis *ACR.*

29—35. [***iracundior est p.*** Interrogatiue, hic quem non fers quicumque alterius uitia reprehendis. —] ***paulo minus ap.*** Qui non se aptant ad mores hominum minus apti dicuntur, qui nesciunt rerum tempora, qui importuniores sunt. — ***acutis naribus.*** Ab acutis hominibus rideri possunt hi qui iracundiores et inepti. *Acutis naribus* ergo metaphoricos dicit a canibus qui odore inueniunt cubilia bestiarum. Alii sic exponunt: Habet aliqua uitia ita ut paulo iracundior sit ne possit deridentium urbanitatem quae nunc maxime exercetur sustinere; praestat etiam de se ridendi materiam quod rusticius tonsus sit et toga ipsius defluat laxosque calceos habeat. — 31. *rusticius t. t. d. Rusticius* imperitius. Compa-

3 illitium dei creditum esse *Pal.* illi deum creditum esse *Med.* illi deum credentes esse *Fabr. Vt nos cod.* 5 *prius schol. om. cod. Med. item in altero uerba:* Quem Rom. — Aesculapius 16 serpens *hic om. cod. Med. item paulo post* uel insula *denique duo postrema scholia* 21 *inclusa om. cod. Med. recte* 22 paulo *in lem. add. cod. Med.* 23 se *om. Fabr.* 28 aliquis *cod. Med.* 29 uanitatem *cod. Med. Sed cfr. Porph.*

ratiuo usus est aduerbialiter. Quidam dicunt de Caesare hoc dictum esse quod fluebat eius semper toga i. e. non erat semper bene composita et imperito tonsore utebatur. — *male laxus.* Indecenter uel ualde laxus; uel non 'male laxus' sed
5 'male haeret', pro 'non haeret', ut:[1*] Vnanimam alloquitur male sana sororem. Hic dicitur pulsare Vergilium qui indecori et corporis et habitus fuit. — *non alius q.* Docet poeta non esse omnia uituperanda. — *at tibi amicus.* Ita pronuntiandum grauiter ut sit amicus uerus. His exemplis
10 colligit amicorum uitia si leuia sint esse ferenda. — *at ingenium ingens.* Quasi Maenius hoc dicat: sed haec in inculto corpore celantur; quia non facile probat aliquis sapientem esse eum qui male uestitur *ACR.*

iracundior est paulo et reliqua. Sensus est: Habet ali-
15 qua uitia ita ut paulo iracundior sit ne possit deridentium urbanitatem quae nunc maxime exercetur sustinere; praestat etiam de se materiam [ridendi] quod rusticius tonsus sit et toga eius defluat laxosque calceos habeat; at bonus uir est et tibi amicus. His ergo colligit amicorum uitia si leuia sint
20 ferenda esse secundum illud:[2*] Amíci mores nóueris non óderis. — *at tibi amicus.* Id est: uerus amicus. Pronuntiandum autem est ut significatio eius exprimatur *POR.*

35. 36. *te ipsum concute.* Excute considera diligenter exquire. Hoc Maenius respondet. — *numqua t. u. i. o. n.* Num-
25 quid aliqua natura uitiorum insita fuerit, ut:[3*] iam nox humida caelo praecipitat. — *aut etiam c. m.* Mire duo

1 Rusticus. Imperitus. Comparatiuum est aduerbialiter *Fabr. Omnino om. cod. Med.* 3. 4 male laxus] Indecenter laxus. His exemplis coll. am. u. s. l. s. s. ferenda. — At ingenium i. l. b. s. c.] Hic dicitur pulsare Verg. q. i. c. et hab. fuit. Quasi Maenius etc. uestitur *haec tantum cod. Med. Scripturam Fabr. intactam reliqui quamuis male sanam. Quanto meliora infra Porph. exhibet et concinniora!* 14 et reliqua *om. Fabr. Med.* 14. 15 *fort.* aliquis *et* nec *hic et apud Acr. scr.* 17 ridendi *om. cod. Pal. Med* intonsus *cod. Pal. fort. rectius* 18. 19 At est bonus at tibi amicus] His ergo *sic Fabr. Vt nos rell. nisi quod* at *post* habeat *addidimus* 21 id est uerus amicus *add. ex cod. (qui sic habet:* at t. amicos. Id est ueros amicos) 23 *prius schol. om. cod. Med.*

1* *Aen. IIII 8* 2* *Publ. Syri sentent. 20 apud Ribbeckium* 3* *Aen. II 8*

dixit; uitia enim aut nascuntur aut mala consuetudine trahuntur. Ex consuetudine ostendit nasci multa mala; nam si neglexeris quemadmodum neglecto agro spinae nascuntur ita indisciplinato uitia generantur *ACR.*

numqua t. u. i. o. n. *Numqua* pro 'num aliqua' ut si 5 diceret: num quae inseuerit. Inseuerit autem pro 'insueuerit se' aut insita fuerit. Hac figura et illud dicitur: praecipitat nox et:[1*] prora auertit. Sensus autem est: Te ipsum denique perspice ne habeas aliqua uitia aut ingenita tibi aut mala consuetudine quaesita *POR.* 10

37. *namque negl. u. f. i. a.* Manifesta allegoria *POR.*

38. *illuc praeu.* Aut redeamus aut ueniamus pro transeamus, sicut:[2*] uolucremque fuga praeuertitur Hebrum. Hoc est quod dicit: non debemus offendi uitiis amicorum sed nos uitia eorum saltem tolerare debemus. Debemus 15 nos, inquit, imitari amatores qui non solum non offenduntur amicarum uitiis sed etiam laudant, quia aliquando turpes meretrices diliguntur *ACR.*

illuc praeuertamur. Pro: illuc transeamus, sicut dicitur: uolucremque fuga praeuertitur Hebrum *POR.* 20

[39. *turpia d. c. u.* Quia uitia dilectae non apparent oculis amatoris: aut uidet et dicipitur aut uidet et delectatur *ACR.*]

40. *polypus Agnae.* *Agna* nomen meretricis putidis naribus. *Polypus* autem uitium narium quod adulescentem 25 nobilem delectabat *ACR.*

ueluti b. p. Agnae. Luciliana urbanitate usus in transitu amaritudinem aspersit *POR.*

41. 42. *sic erraremus.* Vt aut non uideremus amicorum uitia aut uisa laudaremus. — *et isti errori.* Quod laudamus 30

6 diceret numqua inseuerit aut pro insita fuerit *sic Fabr.* d. n. quae inseu. aut pro insueuerit aut (i. e. *Med.*) insita f. *Pal. Med. Vt nos cod.* 8 est *add. ex cod.* 9 ingeuio *Fabr.* ingenita *rell.* 11 namq. *tantum in lem. Fabr.* namque relictis *Med.* 19 praeuertamus *cod. Pal.* praeuer *Med.* 20 fuga *cod. in marg. add.* 21 *hoc schol. om. cod. Med.* 29 uideamus *et* laudemus *Fabr. (Om. prius schol. cod. Med.)* 30 *schol. medium non adsequor. Tertium uncis inclusi ut interpolatum*

1* *Aen. I 104* 2* *Aen. I 317*

uitia amicorum i. e. ipsa uirtus si ita errorem appellaret me uirum bonum. — [*honestum.* Amicitiarum nomen ut hic error uirtus appellaretur *ACR.*]

uellem in a. s. e. Vtinam, inquit, hunc errorem circa 5 amicos nostros pateremur uitia illorum non intellegentes; qui error adeo laudaretur ut uirtus potius quam uitium diceretur *POR.*

43. *ut gnati.* Vitium non fastidit *ACR.*

44. 45. *str. app. p. p.* *Strabo* qui est detortis oculis di- 10 citur *paetus* autem leniter declinatis. Hoc autem et his quae subsequentur ostendit a parentibus filiorum uitia aut non intellegi aut intellecta dissimulari. Idem praecepit circa amicos quoque esse faciendum. *Paeti* autem dicuntur proprie quorum oculi huc atque illuc cum omni uelocitate uoluuntur. — *male* 15 *paruus.* Valde paruus indecorose paruus nimis exiguus *ACR.*

strabonem app. paetum p. *Strabo* qui detortis est oculis dicitur, *paetus* leniter inclinatis. Et hoc autem et iis quae sequantur ostendit a parentibus filiorum uitia aut non intellegi aut intellecta dissimulari; quod praecipit circa amicos quo- 20 que faciendum esse. — *male p. sicui f. e.* Mire dicit *male paruum* uolens intellegere 'macilentum' *POR.*

46. 47. *ut abort. f. o. S.* Antonius triumuir frater Antonii uiri Cleopatrae habuit filium prodigiosae breuitatis; istum Sisyphum appellat quia erat ardentissimi ingenii *ACR.*

25 *ut abortiuus f. o. S.* Marci Antonii triumuiri pumilio fuisse dicitur intra bipedalem staturam, ingenio tamen uiuax *POR.*

47. 48. *hunc uarum.* *Varus* appellatur introrsum pedibus retortis. — *balbutit scaurum.* *Scauri* sunt qui extantes talos

1 app. memini uirum bonum *sic cod. Med.* 8 *hoc schol. om. cod. Med.* 9 *pro his duobus schol. cod. Med. haec:* appellat p. p.] Paeti proprie dicuntur quorum huc atq. illuc oculi uelociter uertuntur. — Male paruus] Leniter inclinatis oculis niger et macilentus *(sic!)* 17 Haec autem ex his quae sequuntur ostenditur *Fabr.* et hoc et his q. sequuntur ostenditur *Pat. Med.* *Vt nos cod.* 22 *quae post lem. Fabr. habet:* filii Antonii nepos Mariti Cleopatrae fuit pedalis. Alii dicunt fuisse intra bipedalem staturam ingenii ignei *huc relegare malui quam suo loco relinquere* 25 Sisyphus *non in lem. ponit Fabr. sed post lem.*

habent; pater autem *balbutit* scaurum; sic enim blandientes infantibus infringere linguam suam solent, ut eos imitentur. Alii dicunt scauros esse qui habent talos innersos. Si filius habet tortuosos talos pater balbutiendo uocat scaurum. — *fultum m. t.* Quia tali reliquum corpus sustentant *ACR.* 5

hunc u. d. cr. *Vari* appellantur introrsum retortis pedibus. — *illum b. sc.* *Scauri* sunt qui extantes talos habent. Suauiter autem dixit '*balbutit scaurum*'; sic enim blandientes infantibus infringere linguam solent ut quasi eos imitentur *POR.* 10

49. *parcius h. u.* Hic ostendit quomodo amicorum uitia appellare et aestimare debeamus, ut honestioribus uerbis nominentur *ACR.*

parc. h. u. f. d. Hic iam ostendit qualia amicorum uitia existimare et appellare debeamus *POR.* 15

50—52. *iact. h.* Qui natura iactans est habet stultitiam. — *concinnus.* Compositus bonus; i. e. si iactans est aliqnis dicatur quod uult uideri apud amicos concinnus et bonus. — *truculentior.* Iracundior. — *plus aeq. l.* Vltra quam oportet. Plus aequo liber est qui quod sentit tacere non possit. — 20 *simplex.* Non ambiguus aut bilinguis sed qui quod sentiat dicat. Vulgo autem simplex modestus dicitur *ACR.*

at est truc. a. p. ae. l. s. f. h. *Simplices* uulgo pro mansuetis ac modestis dicunt. Hic *simplicem* dicit qui quod sentiat de amico libera lingua pronuntiet *POR.* 25

53. *caldior.* Pro 'calidior', feruentior ad irascendum *ACR.*

caldior. Calidior ad irascendum honesto nomine *acer* dicatur *POR.*

54. *haec res et i. i. e. s. a.* Quia uitia infringimus et 30 lenioribus nominibus appellamus *ACR.*

2 infingere *(sic) libri* 5 *hoc postrem. schol. cum duobus seqq. om. cod. Med.* 9 infingere *Fabr.* infring. *rell. (idem Ritterus correxit)* 19 trucul. Iracundior *om. cod. Med.* 23 simplex *lem. in Fabr. est* 24 cur hic *cod.* quod *cod.* quid *Fabr.* (*Fort. sic scr.* Cur hic simpl. dixit? Quia qnod sentiat *etc.*) 25 *post* pronuntiet *cod. sic turbat:* 'Et ingenii sumus ut non tantum uitia amicorum non tegamus sed etiam *(haec infra repetuntur)* et honesto nomine acer dicatur'

55. *at nos u. i. i.* Id est 'male interpretamur'. Sensus est: Nos uero adeo maligni sumus ut non solum amicorum uitia non tegamus, ucrum etiam laudes mala interpretatione culpemus dicentes quae bona mala. Contra debemus uitiis 5 alia dare nomina i. e. leniora; nos etiam uirtutes deprauamus i. e. laudes amicorum in uituperationem conuertimus *ACR.*

at nos uirt. i. i. Id cst: maligni adeo ingenii sumus ut non tantum uitia amicorum non tegamus sed etiam laudes ipsas male interpretantes culpemus *POR.*

10 56. *sincerum c. u. incrustare.* Allegoricos de bono uiro 'uirtutem uitio polluere'; *incrustari* uas dicitur cum aliquo uitioso suco inlinitur et inquinatur, secundum quod et Lucilius in XVIII satyrarum:[1*] n a m u c l r e g i o n i b u s i l l i s I n c r u s t a t u r. Vel etiam uasa cum sint pura uelut si sint fracta 15 incrustantur hoc est cooperiuntur auro *ACR.*

atque sinc. c. u. incrustare. Allegoricos hoc dicitur. Incrustari autem uas dicitur cum aliquo uitioso suco inlinitur atque inquinatur, secundum quod et Lucilius in III. Satyrarum ait: n a m m e l r e g i o n i b u s i l l i s i n c r u s t a t u s c a- 20 l i x r u t a c a u l i s h a b e t u r *POR.*

58. *tardo c. p. d.* Illum qui pinguis ct tardum appellamus naturam uertentes in uitium i. e. pro pingui tardum. Pinguedo enim praegrauat et tardos facit *ACR.*

illi t. c. p. d. Ordo est: illi pingui tardo cognomen da-

1. 2 Sensus est *usque ad* culpemus *(ergo quae etiam Porphyrionica sunt) om. cod. Med.* 4 debebamus *Fabr.* 10 Virtutem poll. uit. ἀλληγ. de bono uiro quasi de bono uino. Lectum est etiam incrustrari] Incrustrari uas etc. *Fabr.* Alleg. de bono uino quasi d. b. uiro uirt. poll. uit. Iucrustari uas etc. *Med. Vt nos cod.* 12 suco inliu. *cod.* succo illiu. *Edd.* secundum quod — incrustatur (*iterum simul Porphyrionica*) *om. cod. Med.* 16 incurtare *per totum schol. cod.* (*cum Bernensi A apud Ritterum*) 17 succo *libri* (inl. *non* ill. *cod.*) 18 in III (o above) sat. *cod.* in is. sat. *Pat.* in XVIII sat. *Med.* in decimo octauo sat. *Fabr.* 19 mel *cod. Pat. (quam 'lectionem non satis certam' dicit Gerlachius).* uel *rell.* 20 rura *Med.* rucia *COM. CR.* (*qui* caulis hab. *om.*) 22 *post* uitium *cod. sic pergit:* Ordo, illi p. cogn. tarde de uat. u. i. uit. pro p. tardo. *Edd.:* pro p. tardo

1* *Lucilius Sat. fragm. XVIII 3 Gerlach.*

mus, et est sensus: naturam in uitium uertentes pro pingui tardum dicimus *POR.*

58. 59. *hic f. o. i.* Si non uult se admiscere insidiosis et nullum laedere stultum appellamus. — *obdit.* Obicit offert opponit *ACR.* 5

nulliq. m. l. o. a. Obdit nunc 'obicit' atque 'offert' significat *POR.*

60—66. *cum g. h. i. u. uersetur.* Cum in genere huius uitae uersetur insidiosorum. — 63. *simpl. q. e. e. q. m. s. l. o. t.* Ordo est: Si quis simplicior est qualem me tibi obtu- 10 lerim o Maecenas hunc appellant molestum et stultum. Sensus uero hic est: Si quis libere et sine obseruatione temporis appellauerit amicum suum hunc dicunt stultum et molestum. — 66. *communi s. p. c.* Si quis est simplex ut legentem aut cogitantem molestus interpellet statim eum carere 15 communi sensu dicimus. — *inquimus.* Συστολή quia media syllaba longa deberet esse *ACR.*

67. *quam t. i. n. l. s. i.* Quia eadem ab aliis patimur et eidem conditioni subiacemus quia etiam illi eandem de nobis legem statuerunt. *Sancimus* autem 'firmamus' 'consti- 20 tuimus' *ACR.*

q. t. i. n. l. s. Id est: temere nimis agimus sic iudicantes de amicis nostris quia incipiunt et illi de nobis iudicantes eandem legem constituere *POR.*

68. *nam u. n. s. n.* Ideo uitiis amicorum debemus 25 ignoscere ut illi nostris ignoscant *ACR.*

nam u. n. s. n. o. i. e. q. m. urgetur. Nemo est, inquit, qui non uitia in se habeat. Denique bene est si pauca habeat quoniam ut nulla habeat fieri non potest *POR.*

69. 70. *urgetur.* Grauatur. — *amicus d. u. ae. c. m. c.* 30 *u. b.* Amicus bonus debet compensare mea uitia cum bonis

1 Id est sensus *cod.* idem sensus *Pat. Med.* Id est, sensus *Fabr.* 5 opponit *om. cod. Med.* 8 uersetur *om. cod. Med.* 9 simpl. si quis *lem. est in Fabr.* 14 *lemma hoc et postremum schol. om. cod. Med.* 20 autem *om. cod. Med.* 20. 21 indicamus *pro* constituimus *cod. Med.* 27 o. i. e. q. m. urg. *in lemmate om. Fabr. Med.* 28 Denique *e. q. s. om. Fabr. Med.* deniq. *usque ad* habeat *om. Pat. Vt nos cod.*

et si plura sint bona ad ea propensior fieri i. e. ea magis laudare *ACR.*

amicus d. u. ae. e. c. m. c. u. b. Ordo et sensus est: Cum uitiis meis mea bona compenset. Sic ergo ex eo quod
5 est *bona* per figuram syllepsin *bonis* adsumimus *POR.*

72. [*amari s. u.* Accedet ad plurima mea bona et recedet a malis si amari uult.—] *hac leg. i. t. p. e.* [Id est: et de ipso eodem modo aestimabitur;] allegoricos: qui ignoscit uitiis aliorum mox eandem ueniam consequetur *ACR.*

10 *amari s. u. h. l. i. t. p. e.* Allegoricos hoc significat: Qui ignoscet uitiis meis indulgentia et ego uitia illius aestimabo *POR.*

73. *qui ne tub. p.* Hoc dicit: Quod siquis magnis suis uitiis ueniam poscit ab amico minoribus uitiis amici debet
15 ignoscere. *Tuber* est 'gibbus', hinc tuberosus i. e. gibberosus *ACR.*

qui ne tub. p. o. a. p. i. u. i. Haec allegoria ad praecedentem sensum et ad subiectum pertinet *POR.*

76. *deniq. quatenus e. p. u. i.* Quoniam uitia irae et
20 alia uitia non possunt penitus aboleri ab hominibus debemus moderate ea uituperare. Si non possunt, inquit, dissimulari uitia amicorum saltem talia aestimentur qualia sunt nec debemus ea malignitate nostra augere. Iam paulatim eo descendit ut aduersus Stoicos disputet qui dicunt peccata omnia
25 paria esse; animum ergo peccantis non quantitatem peccati spectant *ACR.*

den. quatenus e. p. u. i. et reliqua. Denique, inquit, si non potes dissimulare uitia amicorum saltem talia illa aestimato qualia sunt; noli ea malignitate tua augere. Deinde
30 hinc paulatim descendit eo ut aduersus Stoicos disputet qui dicunt peccata omnia paria esse et similia et animum spec-

1 fieri *om. Fabr.* 5 σύλληψιν *Fabr.* syllepsi *rell.* assum. *Edd.* 6 *schol. inclusum recte om. cod. Med. item in seq. schol. uerba:* Id est — aestim. 17 quin et uberibus *in lem. cod.* qui uiceribus *Pal.* quid uberibus *Med.* 21 dissimulare *Fabr.* 22 talia *cod. Med.* tamen *Fabr.* (existim. *libri*) 23 nostra *add. ex cod.* 26 spectent *Fabr.* 27 p. u. i. et reliq. *om. Fabr.* 29 sint *Fabr.*

tandum peccantis non quantitatem rei in qua peccatum est *POR.*

78—81. *pond. m. s.* Propriis aestimationibus iudiciis mensuris debet uti et hoc modo debet punire peccatum. — *ac res ut q. e. i. s. d. c.* Prout quaeque res et quemadmo- 5 dum uitium est in quauis re ita et poena ratione procedit i. e. pro qualitate uitii poenam debemus adhibere. Hic autem tangit Stoicos qui dicunt omnia uitia paria esse. — *siquis e. s.* A simili argumentum facit et docet non omnia peccata esse similia ac per hoc nec similes poenas esse. — *ligurri-* 10 *erit.* Degustauerit *ACR.*

82. *Labeone ins. i. s. d.* Marcus Antistius Labeo iuris peritus memoratae libertatis, nam in Augustum libere inuectus est; ideo eum nunc poeta male tractat ut gratificetur Augusto *ACR.* 15

Labeone i. i. s. d. Marcus Antistius Labeo praetorius iuris etiam peritus memor libertatis in qua natus erat multa contumaciter aduersus Caesarem dixisse et fecisse dicitur; propter quod nunc Horatius adulans Augusto insanum eum dixit *POR.* 20

83. 84. *sanos.* Sapientes. — *quanto h. f. a. m. p. e.* Quod fecit dominus quam quod seruus admisit. — *paulum d. a.* Si paulum peccauerit amicus odisti eum; quod peccatum [paruum] nisi concesseris saeuus et acerbus uideare *ACR.*

86. *ut Rusonem d. a.* Significat hunc Rusonem fenera- 25 torem fuisse et eundem historiae malum scriptorem qui solitus esset a debitoribus suis audientiam exigere *ACR.*

odisti e. f. u. Rusonem d. a. Octauius Ruso acerbus fenerator fuisse traditur, idem scriptor historiarum ad quas audiendas significat solitum fuisse cogere debitores suos qui- 30 bus scilicet talia poena grauissima erat; hoc enim significat *porrecto iugulo POR.*

10 11 ligurierit *cod. Med.* 12 Marcius *cod. Med.* 21 *prius schol. om. Fabr.* 23 Si peccauit amicus *Fabr. Vt nos cod. Om. Med.* 24 paruum *om. cod. Med.* 25 Rufonem *Fabr. bis* 28 Russonem *in lem. cod. Pat.* Drusonem *Fabr.* Oct. druso (us) *cod.* Oct. Drusus *Edd.* 31 alia *cod. Fabr.* talia *Pat. Med.*

87—89. *qui nisi c. t.* Ordo est: qui nisi undeunde extricat nummos. Qui debitor nisi parauerit usuras aut sortem audiet historias Rusonis feneratoris i. e. lites et conuicia. Alii dicunt: ***historias,*** quod is malus historiographus fue-
5 rit adeo ut debitores eius cum non haberent unde redderent pro poena eum recitantem suas historias paterentur audire. — ***misero.*** Debitori. — ***uenere kal.*** Quia in kalendis et sicut in Epodo dixit in idibus quibuscumque credita erat pecunia reddere cogebantur. Et iste debitor nisi undecumque extri-
10 casset i. e. collegisset mercedem aut nummos audiebat ut captiuus amaras historias *porrecto iugulo* quasi morti addicendus esset. —*iugulo.* Iugulus incerti generis est nam 'hic iugulus' et 'hoc iugulum' dicitur. — ***historias.*** Iniurias contumelias. Ordo est: ut captiuus audit; ast hic allusit, quoniam malus historio-
15 graphus dicitur fuisse. — *comminxit l. p.* Inuitasti quendam amicum ad cenam, is potus comminxit lectum tuum, aut fregit catinum, eo debes illum odisse? *ACR.*

91. *Euandri m. t.* Euandrum ferunt caelatorem ac plasten Atheniensem a M. Antonio Alexandriam perductum et
20 inde inter captiuos Romam uenisse ibique multa admiratione digna fecisse. Hic allusit ad speciem materiei dicens, uas fictile caelatum fuisse *ACR.*

mensaue c. Eu. m. t. d. o. h. r. Qui de personis Horatianis scripserunt aiunt Euandrum hunc caelatorem ac pla-
25 sten statuarum M. Antonium ab Athenis Alexandriam transtulisse; inde inter captiuos Romam perductum multa opera mirabilia fecisse *POR.*

ob hanc rem. Quia uas aut calicem deiecit nobiliter factum ideo debet minus iucundus uideri? Ordo est: Ob hanc
30 rem minus iucundus amicus sit mihi quia antepositum pullum in mea parte catini sustulit? ideo hunc debeo persequi? *ACR.*

7 et sicut *corr.* sicut *Fabr.* sicut et *Med. cod.* 11 iugulo incerti *cod.* (*sed* incerti *ex seq. schol. male repetitum*) 13 hoc *om. Fabr.* 17 aut si fregerit *libri* 19 Alexandream *Fabr.* 25 quem M. Antonium *Med. Fabr.* quare M. Antonio *sic cod. Pat.* (*et* quare *aut ex* statuarum *male ortum est aut ante* quare *lacuna est, in qua f.rt. caelatoris ars laudata fuit ita ut pergendum sit* quare eum M. Antonium

92. *aut positum a. m. q. p. i. p. c. sustulit* . . . . . *POR.*

95. *sponsumus a.* Promissum, si in placito pro me noluerunt spondere *ACR.*

96. *quis paria.* Dogma reprehendit Stoicorum qui peccata paria esse dicunt et ait ne ipsos quidem in hac senten- 5
tia permanere *ACR.*

quis p. e. f. p. p. l. e. u. a. u. e. s. m. r. Stoicorum dogma reprehendit qui omnia peccata paria esse dicunt et ait ne ipsos quidem in hac sententia permanere nisi uerbotenus. Iam hinc tractatus habeatur, sed ut uere de amisso 10
quaeratur *POR.*

97. *cum u. a. u. e.* Ad aestimationem in hoc quod facilius diiudicatur furtum quam homicidium quod Stoici nolunt. — *sensus m. r.* Consuetudo probat non paria esse peccata quia aliter punimus furem aliter homicidam. Sensus 15
autem: Aliter indignatur animus cum audierit homicidium [factum] aliter cum furtum. — [*moresque.* Iudicium et aestimatio hominum. Id est: cum uenerimus ad ueritatem h. e. ad iudicandum de peccatis mores abnuent paria esse peccata quia aliter sentiunt homines ceteri quam Stoici] *ACR.* 20

98. *atque i. ut. i. p. m. e. a.* Ingeniose ait iustum et aequum ex utilitate procedere. Inter iustum autem et aequum haec differentia est: Iustum est quod ex lege descendit aequum uero quod ex natura, ut Maro: [1*] haud uinclo nec legibus aequam. Est autem utilitas uera iusti et uirtutis mater; 25
altera est quae uidetur pecuniaria. Illa ergo utilitas iusti mater repugnat praeceptis Stoicorum. Ostendere uult iustitiam non esse naturalem sed natam esse ex utilitate *ACR.*

1 *hoc lemma ex cod. addidi lacuna signata; Edd. om.* (*Nescio an nihil aliud exciderit quam graeca uox* Ἀναστροφή) 2 *hoc schol. om. cod. Med.* 5 hac *om. Fabr.* 9. 10 nisi uerbotenus iam hic tr. h. Sed uere *cod. et* ut *addito Pal. Vt nos Med. Fabr. Sed mihi haec pars scholii non liquet* 12 existimationem *Fabr.* extim. *cod.* 17 factum *et postremum schol. uncis inclusum recte om. cod. Med.* 22 procedere *cod. Med.* descendere *Fabr.* 24 ut *om. Fabr.* haud — nec *Edd.* aut — aut *cod.*

1* *Aen. VII 203*

atque i. ut. i. p. m. e. aequi. Nondum uideo quomodo
utilitatem iusti et aequi matrem recte dixerit *POR.*

99—106. *cum proreps.* Id est, processerunt; docet quo-
modo nata sit ex utilitate iustitia. — *primis a. t.* Hypallage
5 pro 'prima animalia'; intellegendum autem 'homines'. — 100.
turpe. Incultum. — 102. *usus.* Diligentia. — 103. *uerba q. u.*
Quia uerba et uoces notant et sensus nostros. — 104. *dehinc
abs. b.* [Secedere separari] Zeugma; coeperunt postea quam
inuentae sunt leges. — 105. *oppida c. m.* Hoc eo pertinet ut
10 probet quod supra dixerat homines inter se ab initio cum orti
sunt pugnam habuisse sed primo ferino ritu deinde ad arma
paulatim processisse. — *et p. l. n. q. fur esset.* Ecce uti
probat iusti matrem esse utilitatem *ACR.*

107. *nam f. a. H. c. teterrima b.* Hoo eo pertinet ut
15 probet id quod dixerat homines inter se ab initio cum orti
sunt pugnas habuisse primo ferino ritu dein paulatim ad arma
processisse *POR.*

108—112. *sed ign. p. m. i.* Quia nemo de illis scrip-
sit ignorantur. — 109. *incertam.* Omnibus expositam quia non
20 habebant certas uxores. — 111. *iura i. m. i. f. u.* Necesse
est inuentas esse leges propter metum incommoditatis. Ad-
huc ostendere uult iustitiam non esse naturalem sed inuen-
tam esse propter utilitatem. Natura enim praestat scire quae
sunt appetenda quae etiam fugienda sed ratio quae plus ualet
25 discernit iustum ab iniusto. — 112. *tempora s. fastosq. u. e.
m.* Si antiquitatem uolueris retexere in qua leges nullae
erant inuenies iustitiam inuentam propter naturam *ACR.*

113. *nec n. p. i. s. i.* [1*] N a t u r a n o u i t q u i d s i t
a m a r u m q u i d d u l c e q u i d a l b u m q u i d n i g r u m ; q u i d
30 i u s t u m q u i d i n i u s t u m n e s c i t. Non potest enim tollere
cupiditatem habendi et timorem amittendi quae utraque non

1 Nondum uideo q. u. iusti et aequi *addidimus ex cod. Edd. omittunt et dein scribunt:* Matrem r. dixit *Med. Fabr.* M. r. dixerit *Pat.* 5 homines intell. *cod.* pr. anim. h. int. *sic Med.* 7 notent *Fabr.* 8 secedere sep. *om. cod. Med.* 16 sint *Edd.* sunt *cod. Cfr. Acron.* deinde *Fabr.* dein *rell.* 20. 21 Necesse est — incomm. *om. cod. Med. fort. rectius*

1* *Cic. Tuscul. V 49*

natura sed uita nos docet et neque iustum diligit neque uituperat iniustum *ACR.*

nec n. p. i. s. i. diuidit u. b. d. f. p. Non inquit, ita per naturam quid iustum quid iniustum sit intellegere quis potest ut intellegit quid utile quid inutile sit aut quo malum 5 a bono distet *POR.*

114. ***diuidit ut b. d.*** Id est: quomodo potest natura separare bona a malis ita non potest separare iusta ab iniustis sicut Stoici uoluerunt. Natura enim bona ac fugienda operi suo attribuit sed iustum ab iniusto ratio secernit 10 quae non obtinet hoc ut tantum peccet qui caules eripuit quantum qui sacrilegium fecerit. Non ita per naturam quid iustum sit aut iniustum intelligere possumus quomodo intellegitur quid utile aut inutile sit aut quantum malum a bono distet *ACR.* 15

115. ***nec uincet r. h.*** Nec potest probare ratio hoc quod tantum is peccet qui alienum hortum uexarit quantum qui patrem occiderit *ACR.*

nec u. r. h. t. u. p. i. et reliqua. Nec hoc umquam ratio optinebit ut eadem peccata credenda sint esse sacrilegi 20 et eius qui cauliculos de horto furatus sit *POR.*

117. ***nocturnus.*** Pro 'noctu', ut alibi:[1*] u o s e x e m p l a r i a g r a e c a N o c t u r n a u e r s a t e m a n u. — ***legerit.*** Furatus sit, ut poeta:[2*] V e l q u a e s u b l e g i t a c i t u s; unde et ***sacrilegi*** dicti *ACR.* 25

nocturnus diuum sacra l. 'Collegerit' ac per hoc 'subduxerit' ac 'furatus sit'; unde ***sacrilegi*** ipsi qui hoc admittunt appellantur *POR.*

118. ***regula.*** Iustitia moderatio. — ***quae p. irr. ae.*** Vtpote paruis paruas magnis magnas *ACR.* 30

119. ***scutica.*** Loro habena, graece dixit; deest: non uereor, ne malignum supplicio afficias leuiore cum miueris pari supplicio omnia persequi si tibi fuerit imperium *ACR.*

3 diuidit *etc. in lem. om. Fabr.* non ita inquit *Edd.* 5 quod *Fabr.* quo *rell.* 11 quae ratio *Fabr.* 12 quam *pro* quantum *libri* Non ita *e. q. s. om. cod. Med. fort. recte* 20 optinebit (*non* obt.) *cod.* 26 diuum sacra *cod. Med. Pat.* sacra diu. *Fabr.* 27 ipsi *cod. Med. Pat.* impii *Fabr.*

1* *Hor. Ars poet. 268* 2* *Bucol. VIIII 21*

nec scut. d. h. s. fl. Sensus: Ne leuiter caedendum flagellis uerberes; nam illud te non moneo ne grauius puniendum ferula caedas quoniam scio te nullum peccatum leue putare esse *POR.*

5 120—122. *nam ut f. c.* [Paruo supplicio afficias eum qui grauiora commisit. —] *non uereor.* Nam qui dicit paria esse peccata seuerus admodum est; seuerus autem leuia supplicia nescit ferre. — *cum dic. e. p. r.* Id est: cum tu o Stoice dicas omnia crimina aequaliter esse punienda non 10 uereor ne eum torqueas leui poena qui dignus est maxima; scilicet cum aequatis criminibus nullum tam leue putes quod ferula uindicandum sit *ACR.*

123. *falce r.* Allegoricos, supplicio amputaturum *ACR.*

m. falce recisurum. Allegoricos, quod significat: mineris 15 eadem poena uindicare parua et magna peccata *POR.*

124. *si diues q. s. e.* Dicunt Stoici sapientem diuitem esse si mendicat et nobilem esse si seruus sit et pulcherrimum esse etiam si sordidus sit. Ordo iste est: Si quis sapiens est et diues est et sutor bonus et formosus et rex se- 20 cundum stoicam sectam. Ait ergo Horatius: Si secundum te o Stoice sapiens haec omnia habet cur ad correctionem morum regnum petis quod te habere dixisti? *ACR.*

si diues q. s. e. et reliqua. Hoc ad illud refertur quod de affectione stoici sapientis dixerat: *Si tibi regnum permit-* 25 *tant homines.* Porro autem stoici existimant perfectae sapientiae uirum omnia habere; in quo sensu et Lucilius uersatus sic ait:[1*] n o n d u m e t i a m h a e c o m n i a h a b e b i t F o r m o s u s d i u e s l i b e r r e x s o l u s h a b e t u r; tamen poeta non simpliciter hoc sed per derisum Stoicorum dicit *POR.*

1 nec *libri omnes* (scythica *cod.*) sensus est *Fabr.* 2 et illud *Edd.* illud *cod.* 3 scio nullum peccatum l. putandum esse *sic Fabr. Vt nos rell.* 5 *inclusa recte om. cod. Med.* 8 *hoc schol. om. cod. Med. praeter lem. et cod. pro eo infert quae infra ad Chrysippum spectant:* Restitutor e. q. s. 14 *in lem.* et similia *add. cod. Pat.* 15 eadem te *Fabr.* uendicare *Edd.* uind. *cod.* et magna et p. pecc. *Edd.* 23 et reliq. *in lem. om. Fabr.* 26 sensu *om. Edd., add. ex cod.* 28 nocetur *Fabr.* testetur *Pat. Med.* testeturque *cod.* (*unde* quae tamen *in seqq. Edd. sed ita ut Fabr.* hoc

1* *Lucilius fragm. libr. inc. 23 Gerlach.*

126. *cur optas q. h.* Inconsiderate ait illum optare regnum cum sapientem etiam si sutor sit regem esse dicat. — *non nosti q. p.* Chrysippus restitutor stoicae sectae et eruditus praeceptor de quo etiam Cicero meminit. Nunc autem personam contradicentis sibi inducit ut et Stoicos et reliquos 5 irrideat *ACR.*

non nosti q. p. i. Chr. et reliqua. Personam contradicentis poeta per urbanitatem fingit ut et Stoicos et alios quorum nomina subiecit irrideat *POR.*

128. 129. *soleas.* Caligulas bene incisas. — *quo.* Quo 10 modo, interrogatiue ponitur. — *ut quamuis t. H.* Quasi stoicus. Redit ad principium; nam de cantoribus coeperat *ACR.*

130. *ut Alfenus u. o. a. i. artis.* Vrbane satis Alfenum Varum Cremonensem deridet qui abiecta tonstrina quam in 15 municipio suo exercuerat Romam uenit magistroque usus Sulpicio iuris consulto ad tantam peruenit scientiam ut et consulatum gereret et publico funere efferretur. Aliter: Alfenus sutoris filius qui ita iuris studio intendit ut beneficio artis huius latum clauum sumeret et ad consularem consur- 20 geret dignitatem. Sunt qui dicant hunc Cremonensem fuisse. *Vafer* autem astutus cordatus. Antiqui etiam pro *bono* hoc dicebant *ACR.*

ut Alphenus uafer o. a. i. a. c. t. sutor erat. Sic, inquit, Stoicus rex et quidquid sibi assignat ut alii potest dici ut 25 Alphenus sutor quamuis tabernam clauserit et omne instrumentum sutrinae uendiderit. Vrbane autem Alphenum Varum Cremonensem deridet, qui abiecta sutrina quam in municipio exercuerat Romam petit magistroque usus Sulpicio iuris con-

omittat contra rell. cum cod. addant) Cfr. Lucilii fragm. ed. Gerlach eiusque emendationem 7 et reliqua *om. Fabr. Med.* 10. 11 quo *pro* qno modo *Fabr.* 11 ut quamnis *e. q. s. om. cod. Med.* 14 Alphenus *Fabr.* 15 ustrina *cod.* sutrina *Edd.* tonstrina *cod. Regiae Societatis apud Bentleium* 18 pnbl• officio fungeretur *cod. Med.* 22 pro uiro proho *COM. CR.* 24 Alphenus *libri* (afer *pro* uafer *cod.* apher *Pat.*) sntor erat *om. Fabr. Med.* 25 nt alii *cod.* alins *Pat. Om. rell.* 26 ut A. s. *om. cod.*, sutor *tantum Pat. habet* 27 Vrbaue — deridet *om. Edd. Add. ex cod.* 28 Is enim abiecta etc. *Med. Fabr.* qui *cod. Pat.*

sulto ad tantum dignitatis peruenit ut consulatum gereret et publico funere efferretur *POR.*

[132. *sic opt. omnis.* Ordo: sic omnis sapiens optimus est artifex *ACR.*]

5 133. *uellunt t. b.* Vsque adeo non es rex ut si ad uellendam barbam uenerint pueri non nisi baculo uindiceris *ACR.*

uellunt t. b. l. p. et reliqua. Quomodo rex es, inquit, Stoice cum petulantiam puerorum barbam tibi uellentium non aliter possis repellere quam ui i. e. baculo tuo? Per quod 10 ostendit uanissima persuasione sibi id eos uendicare quod nequaquam habeant *POR.*

134. *lasciui p.* Aut quia Epicurei dicunt summum bonum in uoluptate positum aut simpliciter lasciuos pueros dixit *ACR.*

15 137. *dum tu q. l. r. i.* Per irrisionem dixit: dum tu rex quadrante lauatum ibis quod rex non facit; et est sensus iste: Quemadmodum non potes probare te regem esse ita non potes probare paria esse peccata; nam qua ratione rex es qui nummo dato lauas te et uno comite pergis ad balneum? 20 Mihi autem ignoscent amici mei siquid peccauero et ego illis; i. e. dum tu contemnis omnia et dicis non esse ueniam dandam peccatis et dicis omnia peccata paria esse, ego siquid peccauero impetro ab illis ueniam et inuicem praesto. Per utramque ergo partem nititur Horatius probare neque 25 regem esse Stoicum neque paria esse peccata; dicendo namque: dum tu pergis lauatum nummo dato probat non esse regem, dicendo etiam ignoscent mihi amici et ego illis ostendit peccata non esse paria; nam sicut peccatum dignum est uenia peccata paria esse non possunt *ACR.*

30 *dum tu q. l. r. i.* Perquam urbane. Sensus autem est: Quamdiu tu solus lauabis quadrante balneatori dato neque

3 *hoc schol. om. cod. Med.* (*Certe scrib. esset* sic *et* opifex). *Seq. schol. in eisdem libris loco penultimo positum est* 7 et reliqua *om. Med. Fabr.* 9 ui i. e. *om. Med. Fabr.* 10 eos *cod. Om. rell.* (uendicare *hic etiam cod.*) 10. 11 non *Fabr.* neq. *Put. Med.* id *Vt nos cod.* 19 balneum *cod. Med.* bellum *Fabr.* 30 est *addidi ex cod.*

quisquam tibi comitabitur praeter quam unus Crispinus disciplinae stoicae sectator facile erit sic non credere paria esse peccata omnium ut non probent te regem esse *POR.*

139. 140. *Crispinum.* Crispiuus Stoicus fuit qui de stoica secta scripsit uersibus. — *stultus.* Vt tu putas aut imprudens 5 *ACR.*

142. *priuatus.* Non ea sentiens quae tu sentis. — *beatus.* Pro 'beatior' *ACR.*

priuatusq. m. uiuam t. r. b. Ordo et sensus est: Magis beatus uiuam quam tu rex *POR.* 10

SATIRA 4.

Eupolis a. C. Eupolis Cratinus Aristophanes hi primi archaeas comoedias scripserunt in quibus hominum uitia amaritudine stili secuerunt. Mire autem origo satyrae hoc ostenditur. Dicit igitur modo unde nata sit satyra, simul qualis esse debeat satyra *ACR.* 15

Eupolis a. Cratinus A. p. a. alii. Hi archaeas comoedias scripserunt in quibus ciuium uitia amaritudine scilicet prodiderunt. Mire autem per hoc origo satyrae ostenditur *POR.*

2. *atq. alii q.* Ordo est: atque alii uirorum quorum *ACR.* 20

4. 6. *aut alioq.* Alio modo, hic 'in alia re'. — 5. *multa c. lib.* Adeo ut et nomina ostenderet. — 6. *hinc o. p. L.* Lucilius graecos poetas secutus ipse poeta romanus. — *hosce secutus.* Praedictos poetas graecos *ACR.*

7. *mutatis t. p.* Illi enim iambicis [quasi] in comoediis 25

1 tibi *addidi ex cod.* praeterquam *cod.* nisi *Fabr. Om. Pat. Med.* 2 si non paria *Fabr.* sic non paria *Med. Pat. Vt nos cod.* 4 *utrumque hoc schol. om. cod. Med. simul cum sequenti:* priuatus etc. 9 uiuat *in lem. et paulo post* uiuet *cod. Med. Pat.* 14 Dicit *e. q. s. simul cum quattuor schol. quae secuntur om. cod.* Ergo *usque ad* Hosce *uers. 6* 16 gratinus *cod.* 17. 18 scil. prodid. *cod. Pat. Med.* prosciderunt *Fabr.* 18 haec *cod.* hoc *Edd.* 22 ideo *Fabr.* 23. 24 *postremum schol. cum seq. sedem mutauit in Fabr.* *hoc schol. om. cod. Med.* (sunt *om. libri*)

usi sunt Lucilius horoicis. — *facetus.* Vrbanus, habens peritiam risum mouendi et secandi homines uitiosos *ACR.*

mut. t. p. n. f. Quia scilicet alio metro usi sunt antiqui poetae qui comoedias scripserunt alio Lucilius satyras 5 composuit *POR.*

8. *emunctae n.* Tersae elegantiae uel mundo; significat autem sapientem quia e contrario 'muccosum' stultum appellamus. — *durus c.* Asper ad componendos uersus *ACR.*

emunctae n. Tersus atque elegans decens et ridens *POR.*

10 9. 10. *nam f. h. u.* Vt asperos uersus faceret. — *in hora s. d. u. m. u. d.* Putabat maximum si multos uersus in momento fecisset; *ut magnum* 'sicut magnum'; sed non est magnum multos uersus scribere sed bonos quamuis paucos *ACR.*

15 *in hora s. d. u. m. u. d. st. p. i. u.* Hoc est: magnam rem se facere putans si multos uersus minimo tempusculo dictaret *POR.*

11. *lutulentus.* Sordidus cui contrarium est *luculentus,* h. e. non liquida et pura copia. — *erat q. t. u.* Etiam quando 20 asperos faciebat uersus erat quod uelles imitari h. e. erat in asperis uersibus illius aliquid dignum imitatione *ACR.*

cum fl. l. e. q. t. uelles. Posses. Allegoricos a flumine, quo significat multa eum sed inordinate dixisse; ex quibus tamen sunt non nulla quae uelis inde excerpere et pro tuis 25 habere *POR.*

12. 13. *garrulus.* Superfluus. — *atq. piger.* Non enim emendabat opus suum. — *scrib. f. l. sc. r.* Scribendi recte non ferebat laborem; nam scribebat quo cumque ferebatur. — *ut multum.* Nam in multum scribendo non diffiteor faci-

3. 4 antiqui poetae *Edd.* ἀρχιας *cod.* (*fort. inde ut supra scr. est:* sunt, qui archaeas c. scr.) 7 mungosum *sic cod. Med.* 9 emunct. n.] Versus elegantes et decentes. *sic Fabr. Med.* uersus atque elegans decens *Pat. Vt nos cod.* 11 putabat *usque ad* sed uon *om. cod.* ut magnum *om. Med.* 15 ut magnum *lem. est in Fabr.* 19 conscientia *pro* copia *cod. Med.* 22 Possessa *post lem. cod.* i. posse *Pat.* i. posses *Med. Om. Fabr.* 24 tamen *cod.* tantum *Edd.* 26 *priora duo schol. om. cod. Med.* 28 scribendi *pro* scribebat *libri* quocumque ferebat *cod.* quomodocumq. ferebat *Edd.* 29 scribendi *Fabr.* nil differo *cod. Med.*

lem fuisse. — *nil moror.* Non recuso i. e. concedo multum scribere non recte; Vergilius:[1*] nec dona moror *ACR.*

scribendi recte n. u. m. n. m. Non, inquit, laborabat ut recte scriberet sed ut multum. Sed ego hoc nolo *POR.*

14. *ecce Crisp. minimo m. p.* Huius Crispini etiam in superioribus meminit:[2*] ne me Crispini scrinia lippi Compilasse putes. Hic similiter ut Lucilius multos sed malos uersus faciebat. *Minimo* autem *digito* solent prouocare qui uolunt ostendere plus esse uirium in suo minimo digito quam in alterius toto corpore. Vel *minimo* prouocare dicuntur hi qui in [re]sponsione plus ipsi promittant quam exigant ab aduersario; minimo igitur me prouocat quasi nihilum quasi quem facile possit superare *ACR.*

ecce Cr. minimo m. p. Sensus ex prouerbiali consuetudine ductus; solemus namque dicere: *minimo me digito prouocat,* cum uolumus quem intellegi tantum ualere minimo digito quantum alius totis uiribus. Crispinus autem non tam bonos quam multos uersus faciebat; cuius et supra meminit dicens: ne me Crispini scrin. lipp. Comp. putes *POR.*

accipe si uis. Accipiamus ait. Mimetico autem charactere prouocantem ad scribendum Crispinum ostendit *POR.*

15—18. [*hora cust.* Vt infra, quo certius uideamus qui plus uersuum facit et custodes, ut proprios faciamus. —] 17. *pusilli.* Per quem non multum possum scribere. — *et perpauca loq.* Ad illud refertur quod ait: *inopis me quodq. pusilli ACR.*

19. *at tu c. h. f. Follibus* pro 'pectoribus'; translatio a fabris. — *auras u. l. d. m. i. ut m. i.* Tu uero Crispine multa cogitando imitare hircinos folles. Hircinis follibus comparauit pectus Crispini et auris festinantibus ineptas cogitationes. Per hoc ostendit Crispinum inflate scribere et turgide; unde Per-

3 laborabat *non Fabr.* 4 ut multum *cod.* multum *Edd.* 10 Vel minimo *e. q. s. om. cod. Med.* 11 responsione *et* permittant *quae habet Fabr. corr.* 18 quam malos *pro* quam multos *Fabr.* 20 accipe si uis Accipiam] Accipiam ait *Fabr. Vt nos rell.* 21 prouocantem se *Fabr.* 22 *schol. inclusum recte om. cod. Med.* 26 *prius schol. item om. cod. Med.* 30 inflatum *cod. Med.*

1* *Aen. V 400* 2* *Hor. Serm. I 1, 120*

sius:[1*] T u n e q u e a n h e l a n t i c o q u i t u r d u m m a s s a c a m i n o i. e. animo et cura diligentia scribendi *ACR.*

at tu conclusas h. f. a. et reliqua. Per haec significat Crispinum inflata et turgida scribere. Hinc autem Persius 5 illud transtulit: T u n e q u e a n h e l a n t i c o q u i t u r d u m m a s s a c a m i n o F o l l e p r e m i s u e n t o s *POR.*

21. *beatus Fannius.* Est poeta cui ultro delatae sunt capsae ut suos libros mitteret et in auctoritatem reciperetur. Fannium quendam non satis bonum poetam recepit in aucto- 10 ritatem senatus. Aliter: Fannius iste malus poeta fuit qui cum antea contempsisset datam sibi imaginem a senatu postea dum moreretur petiit ut delatis in publicum capsis suis cum propriis libris suis incenderetur. Aliter: Fannius loquacissimus poeta fuit, cui senatus audiendi fastidio ultro imaginem 15 capsas dedit. Item aliter: Fannius Quadratus eo tempore satyram scribebat et erat sine liberis. Huius imagines et libros heredipetae in publicas bibliothecas referebant nullo merito auctoris. — [*ultro d. c.* Ad bibliothecam. — *et imagine.* Quia is qui fuisset in auctoritatem receptus eius imago po- 20 nebatur inter poetas] *ACR.*

beatus F. u. d. c. e. i. Vrbanissima amaritudine hoc dicitur. Sensus autem est: O beatum Fannium cuius imago et capsae cum libris in bibliothecas ultro receptae sint cum mea e contrario scripta nemo norit nec uelit nosse, primum 25 quod publice non recitentur deinde quod conscii sibi peccatorum non delectentur hoc poematis genere quo uitia eorum carpuntur *POR.*

23—27. *uulgo r. t. o. h. r.* Qui enim secat mores aliorum

1 anelanti *cod. Med.* 3 inclusas h. f. a. *lem. in Fabr.* 3 torrida *cod.* 5 nehelanti *cod.* anellanti *Pat.* anelanti *Med.* 6 uento *cod. Med. Pat.* (Folle pr. u. *om. Fabr.*) 8 et auct. reciperet *Fabr. Med.* e. a. reciperent *cod.* 13 Aliter: Fannius — dedit *om. cod. Med.* 15 quadratam *cod. Med.* 18 doctoris *libri.* scriptoris *COM. CR.* *duo postrema schol. om. cod. Med.* 21 hoc *om. Fabr.* 23 sunt *Fabr.* 25 non *om. cod. Pat. Med.* 26 hoc poemate quorum uitia c. *Fabr.* h. p. u. quorum c. *Med.* hoc poematis genere quo u. quorum c. *Pat.* *Vt nos cod.* 28 qui cum secet *Fabr.* qui quum secat *Med.* *Vt nos cod.*

1* *Persius V 10 sq.*

in publico non recitat. — *quod sunt q. g. h. m. i. Hoc genus,* satyrae scilicet. Quia sunt quidam digni culpari quos hoc genus carminis minime delectat. Ordo est: Ideo mea scripta nemo legit quod sunt quos hoc genus carminis non iuuat quasi dignos culpari. — *quemuis m. elige t.* De medio po- 5 pulo qui est ante conspectum producito. — *ambitione.* Cupiditate honoris *ACR.*

28. [*hunc c. a. sp.* Alter pecuniam diligit desiderat alter argentum. —] *aere.* Id est, corinthio ac per hoc statuis non pecunia, nam supra argenti cupidos dixit *ACR.* 10

stupet Albius aere. Albium quem infra quoque male uiuentem ostendit cupiditate uasorum et signorum corinthiorum teneri ait *POR.*

29—34. *hic mutat m. s. a. s.* Ita Maronis illud:[1*] C e d e t e t i p s e m a r i u e c t o r n e c n a u t i c a p i n u s M u t a b i t 15 m e r c e s. — 30. *uespert. t. r.* Tepere dixit occidentalem plagam ad comparationem orientalis quia ibi sol acrius feruet. [Id est: alter lucri et mercimonii causa nauigat ad occidentem.] — *nequid s. d. m.* Propterea se periculis committit ut aut nihil decedat de summa patrimonii sui aut certe ut augeatur. — 20 33. *omnes h. m. u.* Qui huiusmodi uitiis dediti sunt. — *odere p.* Qui satyras scribunt *ACR.*

34. *foe. h. i. c.* [Sermo uulgi de satyricis; nam] sic locuntur inter se qui sunt uitiosi: 'Fuge istum poetam satyricum qui foenum habet in cornu.' Metaphoricôs autem dixit quia 25 quando feriunt boues eorum in cornibus ligatur foenum *ACR.*

foenum h. i. c. l. f. Imitatiuo charactere hoc fingit dicere eum qui ob conscientiam peccatorum timeat maledicum poetam. Romae autem uidemus hodieque foenum uelut ansulam factum in cornulo boui poni quo signum datur trans- 30 euntibus ut cum uitent. Hic ergo translatio ad poetam *POR.*

1 quod sint *in lem. Fabr.* 8 *prius schol. om. cod. Med.* 14. 15 Cedet et i. m. uector *om. Fabr.* 17 orientis *Fabr.* 18 id est — occidentem *om. cod. Med.* 21 Quod *pro* qui *Fabr.* 23 *inclusa om. cod. Med.* 24 locuntur *cod.* 29 cum *pro* eum *Fabr.* ob consc. *cod.* conscientia *Edd.* 29. 30 ansudam *Edd.* ansulam *cod.* 30 bouis *Fabr.* boui poni *cod.*

1* *Bucol. IIII 38*

36—38. *chartis illeu.* Scripserit. — *a furno red.* Seruos a pistrino siue a nympha. — *age d. p. a. c.* Audi tu qui reprehendis satyricos poetas *ACR.*

omnes g. a. f. red. sc. Id est: Etiam uulgares uult scire
5 cum maledice de unoquoque dixerit *POR.*

39. *prim. e. m. ill.* [Non quod Horatius multum recitet sed quod uidetur conscius peccatorum]. *dederim q. e. poetas.* Id est, quibus concesserim ut poetae sint. Primum ego me eximo de numero eorum quibus do nomen poetae i. e. non
10 me dico esse poetam; neque enim qui scit uersus facere est poeta *ACR.*

primum e. m. ill. et reliqua. Ordo est: Primum ego me illorum excipiam numero quibus dederis poetas esse; sensus est autem: Primum omnium ego me non pono in numero
15 eorum quos consentio poetas esse, quippe sermoni quotidiano propiora scribens *POR.*

42. *sermoni prop.* Vicina fabulis et orationi *ACR.*

43. 44. *atque os magna sonaturum.* Id est: magnas spes loquens os et sublimia canens *POR.*

20 45. *idcirco q. comoed. n. p. e. q.* Quia uerba eorum apta sunt prosae orationi dubitatio erat utrum comoedia poema dici deberet. — *quaesiuere.* Dubitauere *ACR.*

46—48. *quod acer s. a. u. n. u. n. r. i. n. q. p. c. d. s. s. m.* Eo quod elata uerba in comoedia esse non debent, sed
25 quae hoc non habet dubitatur in comoedia an poema. In comoedia neque uerba elata sunt neque sensus sed solo metro differt comoedia a prosa oratione *ACR.*

nisi quod pede certo differt s. Qui in comoedia uel in

1 *duo priora schol. om. cod. Med.* 5 cum maledicat d. unoq. *Fabr.* cum maledicet d. u. *Med.* c. maledicet d. u. dixerit *Pal. Vt nos cod.* 6 *inclusa non genuina puto; eadem cod. Med. superiori scholio subiungunt* 7 dederim *usque ad* sint *om. cod. Med.* 12 me ill. et rel. *om. Fabr. Med.* 15 *post* poetas esse *cod. iterum male addit* sensus autem est 18 atque hos m. sonat *sic cod. in lem.* Id est: eloquens os et similia canens *Fabr.* I. e. magna eloq. os et similia canens *Pal. Med. Vt nos cod.* 21 est *libri pro* erat 22 potest *Fabr.* deberet *cod. Med.* 23 *lemma om. cod. Med. item postrema:* In comoedia etc. 28 qui *et* differo *in lem. cod.* qui in com. uer in uers. nostris cont. h. s. diff. in metro si sermo quod

uersibus metris continetur hoc solo differt quod sermo ille metro concludatur *POR.*

48. 49. *at pater a. s.* Dixit superius: dubitatur utrum poema dicatur comoedia quia in ea non sunt uerba elata neque sensus elati; qui autem uult uideri poema esse comoediam dicit acrem inesse spiritum, siquidem patrem ostendit in luxuriosum filium saeuire uehementer. — *nepos filius.* Affectauit obscuritatem *ACR.*

49. *quod mer. n. insanus a. f.* Bellam obscuritatem affectauit '*nepos* [non] *filius*' dicendo, sed nepos luxuriosus atque prodigus intellegendum est *POR.*

51. *ebrius e. m. q. d. a.* Ordo est: Quod ambulet cum facibus quod magnum est dedecus *ACR.*

ebrius e. m. q. d. a. a. noctem c. f. Ordo est: quod ebrius ambulet ante noctem cum facibus quod magni dedecoris res est *POR.*

ante noctem c. f. Pro: 'per noctem' aut ante tempus noctis quia caeci sunt amatores qui utuntur facibus eo tempore quo non est utendum *ACR.*

52. *numquid Pomp.* Verba eius qui dicit comoediam non esse poema *ACR.*

numq. P. i. a. l. Mira urbanitate et amaritudine Pomponi persona abusus est quasi argumenti loco ut eum carperet *POR.*

pater si uiu. Num leuiora uerba luxuriosus audiret Pomponius quam audit filius a comico patre? [Hoc uult intellegere quod etiam sine comoedia sic increpantur a patribus luxuriosi] *ACR.*

54. *ergo non s. e. p. u. p. u.* Non sufficiunt pura uerba ad appellandum poetam metro conclusa; debet enim poeta et grauia uerba et composita cum sensibus elatis habere. *Puris* autem sine figuris et magno sono *ACR.*

ille m. concl. *sic cod. turbat. similia Fat.· Vt nos Med. Fabr. et aliis emendanda haec reliqui* 3 multi dubitant *Fabr.* 7 *posterius schol. om. cod. Med.* nepos] Filius etc. *Fabr.* 9 ellam *cod. et lemmati addit.* Ellam *Pat.* 10 non *om. cod. Med. Pat.* luxuriosus *om. cod.* 14 magnum q. ded. *lem. in Fabr.* ordo est *usque ad* facibus *addidi ex cod.* 15 res *om. Fabr. Med.* (dedecus rex *Pat.*) 22. 23 Pomponi *cod.* Pomponii *Edd.* 26 *inclusa recte om. cod. Med*

55. 56. *quem s. d. q. st. e. q. p. p. p.* Quem uersum si dissoluas, inquit, ea uerba ibi inuenies quibus quiuis de uulgo irascens filio suo utitur. Venuste autem *personatum patrem* dixit senem de comoedia *POR.*

5 *personatus.* [Iucunde de comico.] Personam comicam gerens [de comoedia qui personam patris accipit] *ACR.*

57. *eripias si.* Ordo est: si eripias his. Sensus hic est: si orationem metricam mutes in opere Lucilii uel meo non eandem grauitatem inuenies quam in Ennii uersu uel Pacuuii 10 soluto, id est non ita inuenies quemadmodum si soluas uersus Ennii aut Pacuuii qui etiam soluti altitudinem et tumorem poematis obtinent *ACR.*

hic ego q. n. o. q. s. L. Ex eo quod est *scripsit* 'scribo' adsumendum est per syllepsim. Totum enim tale fit: His ego 15 quae nunc scribo olim quae Lucilius scripsit; et est sensus: Si dissoluas uersus uel meos uel Lucilii non eadem uerba inuenies quae sunt in ennianis uersibus, qui magno scilicet spiritu et uerbis altioribus compositi sunt: uelut hi sunt: [1*] p o s t q u a m d i s c o r d i a t e t r a B e l l i f e r r a t o s p o s t e s 20 p o r t a s q u e r e f r e g i t *POR.*

58. *tempora.* Dixit moras syllabarum et correptiones *ACR.*

60. *non ut si s.* Ordo est: Non inuenias ita ut Ennii uersus si soluas; nam si meis et Lucilii scriptis ordinem dis-25 sipes metri non amplius poetae pondus apparet. — *postquam disc. t. B. f. p. p. r.* Haec Ennii uerba sunt *ACR.*

62. *inuenias e. discerpta m. p.* Eleganter nulla signa poetica inueniri ait in uerbis uersuum suorum uel Lucilii si dissoluantur quia de sermone communi sunt *POR.*

30 63. *hactenus.* Hucusque dixerim utrum satyra et comoedia poema sint an non. — *alias.* Alio tempore alio in loco,

2 quis *pro* quiuis *Fabr.* 3 in filio suo *Fabr.* 5 *inclusa interpolata puto* 8 ordinationem *Fabr.* 10 uel Pacuuii *hic om. cod. Med.* 14 adsum. (*non ass.*) *cod.* κατὰ σύλληψιν *Fabr.* 15 olimque *cod. Pat.* 23 ita ut *e. q. s. simul cum altero schol. om. cod. Med.* 27 discerpta *cod. Pat.* d. *Med.* disiecta *cum codd. Horatt. Fabr.* 28 inueni *cod.* si *om. Fabr.* 29 dissoluuntur *Edd.* qui *pro* quia *cod.*

1* *Ennii annal. fragm. 270 Vahlen.*

ut Terentius:[1*] Quid álias malim quam hódie has fieri núptias, non *alias* 'modo', ut quidam uolunt *ACR.*

alias i. s. necne p. Subaudiendum 'tractabimus' aut 'quaeremus' aut quid tale *POR.*

64. *nunc illud quaeram.* [Deest 'audire'.] Nunc dicam 5 utrum iure oderis hoc poema utrum iure metuas *ACR.*

65—67. *Sulcius a. a. e. C.* Sulcius et Caprius nomina fuerunt delatorum; alii actores uolunt fuisse causarum; inde etiam rauci traduntur assiduitate agendi. — *latronibus.* Viuentibus male, uitiosis. — *libellis.* In quibus accusationes con- 10 tinentur *ACR.*

Sulcius a. a. e. C. r. m. Hi acerrimi delatores et causidici fuisse traduntur et ideo *rauci* quod in contentione iudiciorum clament *POR.*

69 *ut tu sis s.* Caelius et Birrius perditi adulescentes 15 fuerunt. Si tu uis, inquit, similis esse male uiuentibus cur ego per carmen istud uideor similis esse accusatoribus? et est sublimis inuectio *ACR.*

ut tu sis s. Caeli Birriq. l. non e. sum Caprii n. S. e. m. me? n. tab. Etiam si tu, inquit, qui poetam times tam 20 nocens sis quam Caelius aut Birrius non tamen ego delator sum aut accusator, propter quod me ita timere debeas ut Caprius timetur aut Sulcius *POR.*

[70. *n. e. sim Capri n. S.* Id est, ego debeo mordere uitiosos *ACR.*] 25

71. *nulla t. m. h. n. p. l.* Negat se libellos suos edere bibliopolis ne in imperitam turbam incidant, qualis est Hermogenes Tigellius. Plerumque enim in pilis uel in columnis epigrammata scribebant poetae uel bibliopolis tradebant. Hoc ideo posuit quia bibliopolae stationes et armaria circa pilas 30

1 quando alias quam *cod. Med.* quin alias malim quam *COM. CR.* 5 *inclusa sunt interpolata* 15 tu sis *libri.* sis tu *optt. codd. Horatt.* Coelius et Byrrhius *Fabr.* Caelius et Byrrius *Med.* Celius et Birrius *cod.* 17 inuideor *cod.* 19 tu sis *libri omnes* Caeli Byrrhiq. *Edd. Vt nos cod.* non *e. q. s. in lem. om. Fabr. Med.* (neque S. *e. q. s. om. etiam Pat.*) sum *cod. Pat. non* sim 21 birrhius *hoc loco cod.* 25 *hoc schol. recte om. cod. Med.* 26 libros *Fabr.*

1* *Terent. Andr. III 2, 49 (530) Fleckeis.*

uel columnas habebant ac per hoc ostendit se non temere cuiquam libellos suos edere nisi nobilissimis personis *ACR.*

nulla t. m. h. n. p. l. Negat se libellos suos edere bibliopolis qui uel tabernas habeant uel armaria quae sunt
5 apud pilas, ne in sordidam turbam, qualem uult intellegi Tigellium Hermogenem, incidant *POR.*

74. 75. *non ubiuis.* In omni loco. — *coramue q.* Id est neque semper neque aperte neque extra amicos recito *ACR.*

in medio q. s. f. r. s. m. Hoc sic pronuntiandum est
10 quasi quis dicat contemnens Horatium: Ideo tu secrete recitas quia multi non indigniores te sunt qui in medio foro recitant. Deinde consentit Horatius et addit: Non mirandum hoc, nam multos esse qui et in balneis recitant, ideoque (addit hanc causam per ironiam) quia in balneis melius uox
15 sonet *ACR.*

in medio q. s. f. r. s. m. Ἐν ὑποκρίσει per ἀνθυποφορὰν hoc pronuntiandum est, deinde inferendum per responsum quoddam: *quique lauantes.* Et est sensus: Sed dicis, multos gloriari in uersibus suis ut eos etiam in medio foro recitent;
20 consentio, ac non tantum ibi uerum etiam in balneis haec fieri, quippe cum suauiter resonans uox ipsos uersus gratiosiores faciat. Sed totum hoc urbanissima amaritudine dicitur *POR.*

76. 78. *inanes.* Vanos poetas, quasi hoc modo Horatius
25 respondeat. — *laedere gaudes.* Subiectio est *ACR.*

79. 80. *hoc st. p. f.* Forte dicis, quia satyram scribis

4 quae sunt *in marg. et* ne *supra uers. script. cod.* 5 pila *Fabr.* ne in sordidos qualis est Tigellus Herm. i. *sic Fabr. Med. Vt nos cod. Pat.* 7 *utrumq. hoc schol. om. cod. Med.* 10 quasi dicat quilibet non indigniores te sunt qui in medio foro recitant (—tent *cod.*) nam multos dicunt esse qui in balneis recitant. Ideoque clamamus hanc causam per ironiam quia in balneis melius uox sonet *sic cod. Med.* 13. 14 ideoque amamus hanc causam p. i. quia *sic etiam Fabr.* 16 Ἐν ὑπ. per ἀνθ. *om. Fabr. Med., item Pat. sed spatio uacuo relicto. Add. ex cod.* 18 quiq. lauantes *pro nouo lem. habet male Fabr. Med.* sed dicis enim *cod. Pat.* sed dicit enim *Med.* sed dicit *Fabr.* 19 ita gloriari *Fabr.* 20 consensio *cod.* 24 *prius schol. om. cod. Med.* 26 *pro tribus prioribus schol. cod. Med. haec tantum:* Si (sed *Med.*) forte dicis quomodo satyram scribis o Horati

o Horati quae notat homines ideo clam recitas. — *unde petitum.* Auditum acceptum. A quo didicisti hoc siquid sit prauum? — *hoc in me iacis.* Id est: Hoc quasi telum unde sumpsisti? — *est auct. q. d. e.* Ordo est: Quis denique eorum est auctor i. e. quis eorum delator est cum quibus conuiuatus sum? 5 quibus ergo coniecturis colligis crimine hoc me dignum esse? Id est: [Quis de his cum quibus uixi dicere potest quod malus sim et ideo gaudeo laedere?] *ACR.*

et hoc. stud. p. f. u. pet. Hoc est: quia prauus es studio facis; potest et hypallage accipi, pro: 'prauo studio facis.' 10 — *unde pet. h. i. m. i.* Vnde, inquit, crimen hoc in me colligis? Et hoc poeta proprie de se dicit. Est autem metaphoricos dictum quasi de telo aliquo aut lapido qui tollitur utique aliunde ut mittatur *POR.*

81. *absent. q. r. a.* *Rodit* mordet lacerat. Nunc ait 15 qualis sit qui studio laedit aliquem *ACR.*

abs. q. r. a. et reliqua. Haec etiam grauiter dicuntur *POR.*

82. 83. *qui non def. a. c.* Sunt enim quidam qui dum uolunt urbanos se haberi quasi per facetias lacerant alios, 20 ut:[1*] dummodo risum Excutiat sibi non hic cuiquam parcit amico. — *famamq. dicacis.* Faceti iocosi [ut diceretur loquax iocosus]. *Dicaces* sunt qui risum mouent maledicendo, qui habent ioca mordacia *ACR.*

solutos q. c. r. h. Hoc est: qui meram urbanitatem pu- 25 tat si carpendo aliquem risum circumstantibus moueat *POR.*

85. *hic niger e.* Maledicus malignus liuidus, siue obscurus et latens. Sic *nigrum* ait malum et uenenatum Vergilius:[2*] nigri cum lacte ueneni. — *hunc tu R. c.* Huius actus debes, Romane, metuere non me *ACR.* 30

7 *quae inclusi recte opinor om. cod. Med.* 10 τῇ ὑπαλλαγῇ *Fabr.* pro *addidimus* 11 carmen *pro* crimen *Fabr.* 15 *lem. tantum habet cod. Med.* 17 et reliqua *om. Fabr. Med.* 19 *lem. om. cod. Med.* 21 ut *om. Fabr.* 22 *posterius schol. om. cod. Med.* Faui *Fabr.* faceti *COM. CR. (inclusa interpolata sunt)* 25. 26 putant *Fabr. Med.* putat *rell.* 26 mouent *Edd.* moueat *cod.* 27 malignus — ueneni *om. cod. Med.*

1* *Huius satirae uers. 35 sq.* 2* *Aen. IIII 514*

hic niger est. Id est: hic malus et uenenatus est. *Nigrum* autem pro malo ac noxio sic dixit, ut Vergilius: nigri cum lacte ueneni *POR.*

86. *quaternos.* Id est: duodecim homines in triclinio.
5 Nam inde et triclinium dictum est a tribus lectis *ACR.*

87. *quauis.* Quo modo uis uel qua ratione uis ut poeta: [1*] Qua facere id possis nostram nunc accipe mentem. — *aspergere.* Notare sermonibus uel ueneno [uel male loqui de omnibus] *ACR.*

10 *e quibus u. auet q. asp. c.* Probris scilicet aspergere *POR.*

88. *praeter e. q. p. a.* Praeter conuiuatorem, qui pascit qui prandium exhibet *ACR.*

pr. e. q. p. a. Id est: qui pascit. Sed uideamus an
15 commoda synecdoche sit, 'aquam praebere' dicere pro 'pascere' *POR.*

89. 90. *uerax.* Mire *uerax* et ideo 'Liber'. — *condita praecordia.* Quasi condita in praecordiis *ACR.*

condita c. u. a. p. L. Hoc est: cum per ebrietatem ea
20 quae in penitiora mentis condiderat prodit et publicat *POR.*

91. *hic t. c. e. u. l. u.* Id est: tibi qui nigris i. e. malignis infestus est *POR.*

infesto nigris. Tibi irato malis. — *ego si r.* Hoc modo ad Maecenatem loquitur *ACR.*

25 *ego si risi.* Propter leuia quorundam uitia rideo *POR.*

92—94. [*p. Ruf. c.*] Saepe in conuiuio uides aliquem de omnibus male loquentem excepto eo qui pascit: ego si aliquem merito uituperauero reprehendes? — 93. *mentio siqua.* Vt alibi: [2*] Spartacum siqua potuit uagantem Fal-
30 lere testa. — 94. *de capit. f. i. P.* Petillus cum capitolio

1. 2 nigrum autem — ut *om. Fabr. Med.* 8 serm. uenenosis *Med. (inclusa eicienda sunt)* 10 aut *cod.* auet *Edd.* 12 *hoc schol. om. cod. Med.* 15 sit *om. Edd. et Fabr. praeterea sic*: syn. aq. p. dicitur pro pascitur. *Vt nos cod.* 17 *hoc quoq. schol. simul cum duobus seqq. om. cod. Med.* 23 *lemmati alteri* ego si r. *seq. schol. subiungit cod. Med. contra* hoc modo — loquitur *om. Et sic rectius*

1* *Aen. I 676* 2* *Hor. Carm. III 14, 9*

praeesset coronam rapuit. Est autem genetiuus *de furtis capitolini Petilli;* nam ex crimine Capitolinus Petillus dicebatur de expoliatione capitolii accusatus. Dubium autem utrum gratia iudicum sit absolutus, tamen capitolinus uocabatur. Aliter: Petilius dum capitolii curam gereret coronae sublatae causam dixit et absolutus est ab Augusto: Fingit se loqui cum quodam qui amicus sit Petilli amici Caesaris *ACR.*

ego si risi q. i. p. R. o. liuidus e. m. u. t. m. siqua d. c. f. i. P. et reliqua. Si forte, inquit, mentio de Capitolini criminibus facta fuerit secundum consuetudinem malignitatis tuae, ita eum defendes ut dicas, a puero tibi amicum fuisse tuaque causa eum multa fecisse et gaudere te quod incolumis in urbe uiuat; miraris tamen quomodo iudicium illud fugerit. Hic ergo est liuor ac uoluntas uenenata damnare sententia sua quem iudices absoluerunt. Petillius autem capitolinus cum capitoli curam ageret coronae subreptae de capitolio causam dixit absolutusque a Caesare est *POR.*

95. 96. ***ut tuus est m.*** Aut ad Maecenatem aut ad amicum Petilli hoc dicit. — ***iudicium i.*** Capitalem sententiam *ACR.*

100. ***sucus.*** Virus [nimiae malitiae;] liuor [mentis, noxia malignitas]. — *lolliginis. Lolligo* genus piscis est a quo atramentum fit *ACR.*

hic nigrae sucus lolliginis h. c. ae. m. Ex lolliginis suco liuorem mentis uult intellegi, ex aerugine uenenum. Malos autem homines atros ac uenenatos dicere solemus *POR.*

101—104. *aerugo mera.* Venenum purum. — [*procul abfore.* Aut abesse aut abfuturum esse libris. —] *quod uitium.* Hanc malitiam qua solent persequi etiam amicos suos amouebo a libris meis atque animo. Ordo est: Prius promitto; si quid de me promittere possum et hoc uere polliceor ab-

5 Aliter *e. q. s. om. cod. Med.* 8 mentio si qua *lem. in Fabr. Vsque ad* liuidus *Med. Vt nos cod. Pat.* 10 suae *Fabr.* 11. 12 tuaque causa eum multa fecisse *om. Edd. Add. ex cod.* 16 capitoli *cod.* capitolii *Edd.* ageret *libri.* gereret *legi iubet Ritterus* 18 *utrumq. hoc schol. om. cod. Med.* 20 sucus (*non* succus) *cod.* (*inclusa recte om. cod. Med.*) 21 *lemmate omisso* loigo *cod.* lolligo *Med.* 23 succus *hic libri omnes* lolliginis *cod.* loliginis *Edd.* 29 prius promitto *add. ex cod. idem cum Med. post* possum *haec inserit;* i. e. si quid est quod de me uere promittere possim

futuram esse malignitatem quae etiam amicis nocet. — 104. *hoc m. iuris*) In hac re ut liberius loquar quae sentiam *ACR.*

105. *insueuit p. o. hoc me.* Admonuit docuit ad libere loquendum notando uitiorum singula ut effugerem *ACR.*

5 *iusueuit p. o. h. m. ut f.* Pater meus inquit eam mihi disciplinam dedit atque in consuetudinem eam induxit ut neque cogitarem quid maligne neque dicerem. Deinde mira urbanitate dum ostendit quo modo pater suus monere solitus esset ut uitia fugeret multos probrosis iocis percutit *POR.*

10 107. *cum me hort.* Id est: Quando me monebat pater ad rectam uitam exemplis me docebat et proferebat hominum et uirtutes et uitia *ACR.*

cum me hort. p. frugaliter atque uiuerem .... *POR.*

108. 109. *quod mi ipse parasset.* Id est, patrimonium. 15 — *ut male uiuat. Vt* 'quomodo'. Et est zeugma in uerbo *aiebat.* Mira urbanitate dum quasi ostendit quomodo se pater suis monitis monere solitus esset interea multos percutit *ACR.*

115. *sapiens.* Dicebat: philosophus te docere poterit melius quae sunt uitanda siue appetenda, ego autem te docui 20 ea quae sunt in usu constituta. A philosopho, inquit, postea cognosces quid iustum aut iniustum sit, quidue appetas uel uites. *Quid* autem bis intellegendum ut sit: 'quid uitatu quidue petitu' *ACR.*

sapiens u. q. p. s. m. c. r. t. Philosophus tibi rationem 25 reddet qua re quid peti debeat aut uitari; mihi satis est si opiniones a maioribus traditas tibi monstro *POR.*

[116. *causas reddet t.* Magister uel philosophus *ACR.*]

118. 119. *custodis.* Paedagogi. — *durauerit.* Firmauerit *ACR.*

4 monstrando *libri* (*et quidem* et m. u. s. eff. *cod.* ut m. u. s. eff. *Med.* monstr. u. s. ut eff. *Fabr.*) 9 uitia fugere *cod.* 13 *haec priori scholio adiungit Fabr. sequenti rell. Nos pro lemmate posuimus lacuna indicata fort. ex COM. CR. explenda sic:* Cum me moneret rectam uiam insistere uirtutesque amplecti frugaliterque *Fabr.* (uiuere *libri*) 14 quod mi — aiebat *om. cod. Med. et ante* mira *pro lem. add.:* Nonne uides 18 *in cod. Med. hic ordo:* A philosopho — petitu. Item dicebat: philosophus — in usibus constituta 25 debet *Fabr. Med.* debēt *Pat.* debeat *cod.* 27 *hoc schol. recte om. cod. Med.*

120. [*nabis.* Id est, natabis]. — *sine cortice.* [Viues tuo
arbitrio non egens admonitu alieno quando aetas tua se ro-
borauerit.] Metaphora a natoribus. Nabis *sine cortice* 'sine
difficultate; sic enim discunt natare pueri qui nesciunt ad-
iunctis uentri corticibus. Prouerbialiter autem posuit *nabis* 5
sine cortice i. e. sine alieno adminiculo te reges *ACR.*

nabis sine cortice. Id est: natabis per te sine adminiculo
et hoc allegoricos dicitur *POR.*

123. *unum ex i. s.* Exemplum proferebat, hoc est, unum
de equestri ordine demonstrabat, quia ex equestri ordine iu- 10
dices legebantur *ACR.*

unum ex i. s. obic. *Iudices* equites romanos dixit. Ex
equestri enim ordine iudices leguntur hodieque *POR.*

124. *siue uetabat.* [Adhuc patris uerba sunt.] Aiebat:
dubitas utrum hoc sit bonum an malum cum uideas in hac 15
re illum nescio quem infamia laborare? *ACR.*

126. *auidos u. f. u. a. exanimat.* Stupefacit. Bene com-
parauit infirmam aetatem aegris dicendo auidos et intempe-
rantes. Item aliter: Auidos at aegros dupliciter possumus
intellegere; nam et de auaro utrumque recte dicitur et de 20
aegrotante et languido. Si auarum accipis sibi parcere per-
sequitur i. e. largius uiuere admonetur quia auarus est morti
uicinus. Quemadmodum, inquit, aegrotantem uicinum funus
absterret a cibi auiditate ita saepe amicos teneros a uitiis
infamia reuocat aliena *ACR.* 25

au. u. f. u. a. ex. m. et reliqua. Sensus est: ut intempe-
rantes aegri si forte audiuerint aliquem efferri admoniti mor-
tis obseruantius secum agunt ita tenerae mentes a uitiis sub-
mouentur cum obprobria aliorum audiunt. *Exanimat* autem
non 'occidit' significat sed 'conturbat ac tremefacit' *POR.* 30

129. *ex hoc* [Ex patre. —] *sanus ab illis p. q. f.* Id
est: alienus sum et quasi separatus ab his rebus quae per-

1 *prius schol. et in altero uncis inclusa om. cod. Med.* 5 ad uentrem *Fabr.* 14 *lem. in Med. hoc:* siue u. a. h. inhon. et i. factum necne s. add. *et deinde inclusa cum cod. om.* 17 exanimat *pro lem. Fabr.* stupefacit *om. cod.* 27 morte *Fabr.* 29 obprobria (*non* opp.) *cod.* 30 tremefacit *Edd.* timefacit *cod.* *(fort. hoc uerbum inusitatum retinendum erat)* 31 *inclusa om. cod. Med.*

niciem afferunt facientibus. — *medioribus.* Fortasse habeo uitia sed talia ut his ignoscas *ACR.*

ex h. e. s. a. i. p. q. f. His, inquit, praeceptis patris mei effectum est ut a perniciosis uitiis temperarem *POR.*

5 132. [*largiter.* Aut penitus aut multo. —] *liber a.* Quia potest me libere increpare *ACR.*

liber amicus. Id est, libere proferens apud me siquid de me aequius sentiat *POR.*

133. *neq. e. c. l.* Sensus est: Neque enim cum aut deambulo aut lectulo aut iaceo cogitatione careo honestatis *ACR.*

10

neq. e. c. l. a. m. p. e. d. m. Tractare secum ait semper cum solus deambulet aut iacens in lecto uigilet de officio boni uiri, atque exempla uitae singulorum sibi proponentem quaerere quid ipse sequi imitarique debeat *POR.*

15 134—136. *desum mihi.* Non sum incogitans, sed exquiro quemadmodum rectius sit uiuendum. — *rectius h. e.* Id est: hoc expedit mihi facere. — *uiuam m.* Inducit uerba quae cogitat. — *hoc q. n. belle.* Id est: nescio quis non bene fecit hoc negotium ac per hoc uitandum est mihi *ACR.*

20 137. *imprudens.* Aut ualde prudens aut cogito ne per imprudentiam quid tale committam *ACR.*

138. *compressis a labris.* Sermones duo sunt *ἐνδιάθετος* et *προφορικός*; *ἐνδιάθετος* quo utimur cogitantes *προφορικός* uero cui lingua suppeditat *ACR.*

25 *ubi quid d. oti incumbo chartis.* Hoc est mediocribus illis ex uitiis unum. Vrbanissime iterum opponit uitio poemata scribere. Sed et cetera quae subiecta sunt eadem urbanitate dicuntur *POR.*

139—143. *illudo c.* Perdo chartas scribendo. Hoc est unum quod dixi uitium: 'perdo chartas scribendo.' — *aux. q. s. m.* Quia multa manus poetarum auxilio ueniet; ostendit

30

2 talia quibus ut his ig. *Med.* talia in his agn. *cod.* 4 temperem *Fabr.* temperaret *Pat. Med.* 5 *inclusa om. cod. Med.* qui *Fabr.* 9 *hoc schol. simul cum quattuor seqq. om. cod. Med.* 13 atque extrario (extra iure *Pat. Med.*) singulos (singulo *Pat.*) sibi prop. *Edd. Vt nos cod.* 22 *ἐπικὸς καὶ πρ.* *Fabr.* epos et proph. *Med. lacunam habet cod. Nos ἐνδιάθετος corr. et post uidimus COM. CR. idem exhibere* 25 incumbo *cod. Pat.* illudo *rell.* 26 apponit (uitio *omisso*) *cod.* 29 *prius schol. om. cod. Med.* 30. 31 aux. q. s. m.] Ad auxilium ueniet; et ostendit *sic cod. Med.*

se bene scribere; nam non omnes poetae mali sunt. — *multo pl.* Valde multi aut multo plures quam putas aut plures sumus quam Iudaei et possumus cogere te consentire nobis ut non iudices malum scribere esse uitium. Ordo est: Ac ueluti Iudaei cogemus te in hanc turbam concedere [i. e. cogemus 5 te ut consentias nobis non esse uitium scribere. — *turbam.* Aut quae nobis ueniam tribuit aut quae nobis fauet] *ACR.*

SATIRA 5.

1—3. *Egressum m. m. accepit A. R.* Iter suum ab urbe Roma Brundusium usque describit. 'Egressus Roma' dicimus et 'egressus Romam.' — *me acc. A. R.* Aricia ciuitas quae 10 abest ab urbe X milia passuum. — 2. *Heliodorus.* Caesar tenebat terram citra mare Antonius uero ultra. Horatius missus fuit cum Heliodoro a parte Caesaris. Et ipse describit loca per quae transit. — 3. *Graecorum longe doctiss.* Notandum quod hanc particulam superlatiuo iunxit; nos enim di- 15 cimus 'longe doctior' quoniam nimietas admittitur comparatio non admittitur. Possumus enim dicere 'longe doctior' non possumus 'ualde doctior' et 'ualde doctissimus' *ACR.*

1. *Egressum m. m. accepit A. R. hosp.* Lucilio hac satyra aemulatur Horatius iter suum a Roma Brundusium usque 20 describens quod et ille in tertio libro fecit; primum a Roma Capuam usque et inde fretum siciliense *POR.*

4. *differtum n.* Plenum scilicet his [nautis] qui in pontinis paludibus nauigabant. — *malignis.* Deest 'hominibus' *ACR.* 25

5 i. e. cogemus *usque ad finem om. cod. Med.* 8 accepit *cod.* exc. *Med. om. Fabr.* 8. 9 Iter — describit *om. cod. Med.* 10 egressus *om. Fabr. In Med. haec cum altero schol. sedem mutarunt; utrique praecedit tertium; quartum denique om. In cod. tria postrema schol. omnino desunt. In Fabr. tertium et quartum sedem mutarunt* 19 accepit *cod.* cepit *Pat. Med. Om. Fabr.* Lucilio *cod. Pat.* Lucilium *rell.* 20 usque Brundusium *Edd.* 21 primo *cod.* 23 nautis *om. cod. Med.*

differtum n. et reliqua. Peruenisse se Forum Appi indicat ubi turba esset nautarum qui in pomptinis paludibus nauigabant item cauponum ibi morantium. Iter autem illud expeditioribus unius diei esse dicit quod ipse biduo confecerit *POR.*

5. 6. *hoc iter i. d.* Id est ab urbe usque ad Forum Appi biduo uenimus quo argutiores uno die soleant uenire. — *altius a. n. p.* Magis expeditis strenuioribus. — *unum.* Pro unius. — *grauis est m. A. t.* Appia uia non est molesta tardioribus quia habitaculis frequentatur ubi possunt manere quocunque peruenerint *ACR.*

altius ac nos praecinctis. Id est expeditius et agilius *POR.*

7. *hic.* Apud Appi forum *ACR.*

hic e. p. a. et rel. Hodie in foro Appi uiatores propter aquam quae ibi deterrima est manere uitant. Dicit ergo Horatius se ibi cenare noluisse ne necesse haberet bibere *POR.*

8—10. *indico bell.* Id est 'famam'; non illi do alimenta; ieiunaui quia aqua mala erat. — *iam nox i. t. u.* Aspergere umbris terram *ACR.*

[11. *tum pueri.* Ad Feroniam per paludes nauigauerunt quia uia interiacens durior *ACR.*]

12. *huc app. tr. inseris.* Verba sunt nautae irascentis quod plura naui imponat quam pepigerat i. e. pactus erat *POR.*

13. *aes exig.* Naulum datur. Mula enim iungenda erat quae contra aquam nauigium traheret *ACR.*

dum aes ex. d. m. l. Manifestum est illis temporibus per paludes pomptinas non talem uiam fuisse ut uehicula illa ire possent; itaque nauem solitos conscendere uiatores quam iumentum aliquod conduceret *POR.*

14. *tota a. h.* Maior pars noctis absumpta est. — *ra-*

1 se *addidimus* (Appii *libri*) 2 pontinis *Edd.* 7 cum *libri* quo *corr* argutiores *cod. Med.* uelociores *Fabr. (Alterum et tertium schol. om. cod. Med.)* 9 magis est gr. A. t. *Fabr. Vt nos cod. Med. ita ut incertum maneat* magis *an* minus *sit. Ceterum haec uerborum conlocatio aliunde quod sciam non cognita* 12 praecinti *cod.* praecincti *Pat.* p̄. *Med. Om. Fabr.* 15 teterrima *Fabr. Med.* deterr. *rell.* 16 ne *om. cod.* 20 *hoc et sequens schol. om. cod. Med.* 22 ingeris *in lem. Fabr.* 28 quasi *pro* quam *Fabr. Med.* 29 conducerent *Fabr.*

naeq. p. Quia ab Appi foro per paludes nauigatur; quas paludes Caesar deriuauit *ACR.*

15. *abs. c. a. m. prolutus u. n. a. u.* Sic enim leues ac uulgares homines nocte solatia uigiliarum quaerere solent cantica amatoria cantantes *POR.* 5

16. *multa p.* Multo uino satiatus. *Prolutus* 'plenus'; Vergilius:[1*] i l l e i m p i g e r h a u s i t S p u m a n t e m p a t e r a m e t p l e n o s e p r o l u i t a u r o. — *nauta a. u.* Nauta in naui, uiator qui mulam ducebat *ACR.*

18. *ac missae p.* Ordo: Ac missae pastum. mulae nauta 10 retinacula saxo religat. [Nauta enim est licet curam mulae habeat susceptam quod is nauem seruat] *ACR.*

ac m. p. retinacula m. n. p. s. r. Postea quam obdormierint uiatores ducit nauta mulam disiunctam pastum missam, nauis retinacula ad saxum ligat *POR.* 15

21—23. *cerebrosus.* Iracundus. — *prosilit.* Cito surgit. — *unus.* Aut de sociis nostris aut de his qui simul nauigabant nobiscum. — *ac m. n. c. l.* Id est: mulae lumbos nautae caput. — *dolat.* Ferit *ACR.*

24. *ora m. t.* Ostendit ubi essent expositi. Fanum Fe- 20 roniae in tertio miliario est a Tarracina. Haec est Iouis Anxuris uxor cuius et Verg. meminit:[2*] u i r i d i g a u d e n s F e r o n i a l u c o. Anxur autem Iuppiter Tarracinae colitur *ACR.*

ora m. t. l. F. l. Tarracinam se quarta hora tandem 25 peruectum esse dicit. Hodieque autem paulum citra Tarracinam fons Feroniae est *POR.*

25. 26. *repimus.* Procedimus [ambulauimus. Ostendit

1 ranaeq. *e. q. s. om. cod. Med.* 3 prouolutus *cod.* prolatus *Pal.* m. p. u. n. a. u. *om. rell.* 4 noctis *cod.* 5 cantantes *om. Fabr.* 6 Multo u. s. Prol. *om. cod. Med.* 7 ille imp. h. sp. pateram *om. Fabr.* spumantem — auro *om. Med. (Alterum schol. om. cod. Med.)* 11 *inclusa om. cod. Med.* 13 retinacula *etc. in lem. om. Fabr. Med.* 13. 14 obdormierunt *Edd.* 15 ligata *prima man cod.* 16 Ἀνθάδης irac. *Fabr.* ὀξύχολος irac. *COM. CR. (Alterum et tertium schol. om. cod. Med.)* 19 caput ferire coepit *cod. Med. quarto schol. om.* 28 repsimus] Processimus *etc. Fabr.* repimus procedimus *cod. Med. inclusis omissis*

1* *Aen. I 738* 2* *Aen. VII 800*

ascensum). — [*impositum s.* Non quia in monte posita est Tarracina sed quia prope montem est. —] *atque subimus imp.* Tarracinam; i. e. ad Anxur uenimus ciuitatem quae est posita super montem candentem. Ac declinatur genere neutro
5 *Anxur.* Anxur autem dictum quod ibi imberbis Iuppiter colitur *ACR.*

milia tum pr. t. repsimus a. s. i. s. l. c. A. Quae nunc Tarracina dicitur olim Anxur dicebatur; unde Iouem Anxurem colebant cuius et Vergilius meminit:[1*] Iuppiter An-
10 xuris aruis Praesidet; merito autem *repsimus* inquit et '*impositum saxis Anxur*', quoniam illis temporibus adhuc tarracinensis urbs in altissimo monte erat unde postea in aequiorem locum deposita est ut non solum sint adhuc uestigia aedificiorum in monte sed et murorum. — *impos. s. l. c. A.*
15 Mons ille in quo Tarracina constituta erat non candida saxa habet sed calci coquendae aptissima; ergo a calce uidetur *candida* dixisse *POR.*

27. *huc uent. e. M. et reliqua.* Dissensione orta inter Caesarem Augustum Antoniumque Coccecius Nerua auus eius qui
20 postea [Romae] imperauit petit a Caesare ut aliquem cum quo de summa rerum tractaret mitteret Tarracinam; et primum Maecenas mox et Agrippa adgressi sunt, hique pepigerunt fidem confirmatissimam et in una castra conferri signa utriusque exercitus iusserunt. Hoc et Titus Liuius in libro CXXVII
25 refert excepta Fontei Capitonis mentione *POR.*

28—30. *missi m. d. r. u.* De reconciliatione missi erant legati ab Augusto ad Antonium, qui postea bellum ciuile gesserunt; iam tunc enim dissentire coeperant. — *auersos s. c.*

2. 3 *tertium schol. Fabr. sic:* Anxur] Tarr. dicit. Anx. autem dictam quod ibi i. col. Iup. Id est: ad Anxur — m. candente. Declin. g. n. 'hoc Anxur' 5 Anxur *post* neutro *addidimus* 7 millia t. pr. *lem. in Fabr.* (repsimus *cod. Pat.* rep. *sic Med.*) Quae nunc *usque ad* quoniam *unius codicis nostri beneficio debemus; in Edd. desunt* 11 quia *Edd.* quoniam *cod.* 19 Lucilius Nerua *cod. Pat.* 20 Romae *om. cod. Pat.* petiit *Fabr.* cum quo *cod.* cum *Pat. Med.* qui *Fabr.* 22 agressi *cod. Med.* aggr. *Pat.* congressi *Fabr.* hi quoq. pepigerant *cod.* 24 in *add. ex cod. item paulo post* Fontei CXVII *Edd.* CXXVII *cod.* 28 tum *Fabr.*

1* *Aen. VII 799*

a. Quoniam inter Augustum et Antonium reliquiae [adhuc] erant dissensionis. Cocceius Nerua proauus Neruae qui postea imperauit Romae mandauit Augusto ut mitteret qui de summa rerum tractaret. Ergo missus est Maecenas cum Agrippa qui utrumque exercitum in una castra coegerunt: hoc 5 Liuius in libro CXXVII; intellegendum autem quod Fonteio misso ab Antonio Augustus Maecenatem et ceteros ad eundem locum miserit. — 30. [*collyr. l. ill.* Id est: illinebam cotem ut postea oculos inungerem] *ACR.*

32. *Font. a. u. f. h.* Ad unguem facti homines dicun- 10 tur qui sunt urbani qui sunt eloquentes qui sunt dicaces qui non habent uitium. Translatio a marmoribus quorum iuncturae unguibus explorantur. Persius:[1*] ut per leue seueros Effundat iunctura ungues. Vergilius:[2*] in unguem Arboribus positis secto uia limite qua- 15 dret *ACR.*

ad unguem f. h. Translatio a marmorariis qui iuncturas marmorum tum demum perfectas dicunt si unguis superductus non offendat; unde iam quaecumque perfectissima esse uolumus significare 'ad unguem facta' dicimus *POR.* 20

33. 34. *Antoni n. u. m. a. a.* Vt non inueniretur qui magis esset amicus Antoni. — *Fundos A. L. p.* Praetorem pro magistratu dixit hoc est duumuiro. — *Fundos.* Nomen oppidi quod in numero plurali dixit tantum *ACR.*

35. 36. *insani.* Scilicet qui inanem hominem magni pen- 25 deret quia extollebat sese quasi praetor. — *praemia.* Insignia dignitatis. — *scribae.* Quia de decuria scribarum fuerat et hoc pro praemio fuerat consecutus ut magistratus esset. — *latum cl.* Purpuram quae in pectore extenditur senatorum [*τὸν κολοβίωνα*] *ACR.* 30

1 adhuc *om. cod. Med.* 4 tractarent *Fabr.* 5 intra castra *cod. Med.* 6 ut ait Liuius libro *Fabr. Vt nos cod. Med.* 8 emiserit *Fabr.* collyr. *e. q. s. om cod. Med.* 12 habet *Fabr.* 13 lene *Fabr.* 15 ungue marmoribus *cod. Med.* 19 offendat *cod.* offendatur *Edd.* etiam *pro* iam *legi iubet Ritterus* 20 dicemus *Fabr.* 23 Fundus *cod. Med.* 25 *pro tribus his scholiis cod. Med. sic:* praemia scribae] Quia *etc.* 27 curia *libri.* (*In altero schol.* praetextam *lem. in Med. cod., in quibus et graeca desunt*)

1* *Persius I 65* 2* *Georg. II 278*

insani r. p. scr. p. e. l. cl. p. batillum. Aufidium Luscum de de curiascribarum significat fuisse qui tunc in oppido Fundis magistratum gereret, quem sibi risui fuisse ait, quod magni penderet indutum se esse lato clauo ac praetexta et de
5 balneis publicis prunas sibi domum a mediastinis afferri *POR.*

37. *in Mamurrarum.* [In Formias ciuitatem quia Mamurrae quidam fratres dicebantur senatores qui maximam partem formianae ciuitatis possidebant; ideo dicebatur mamurrana ciuitas]. Mamurrarum et Lamiarum familia fuit quae a
10 Formiis originem duxit *ACR.*

in Mam. lassi deinde u. m. Formias urbem significat; hic namque fuit familia Mumurrarum honesto loco nata *POR.*

38. *Murena p. d.* Hospitium; i. e. mansimus apud Murenae uicum, cenauimus apud Capitonem. — *Cap. culinam.*
15 *Culina* dicta est coquina quia ibidem di penates colantur. Aliter: *Culina* i. e. coquina ab eo quod culiat carbones *ACR.*

Murena p. d. C. c. Dicit se Formis Murenae domo hospitatum esse sed apud Capitonem cenasse *POR.*

40. 41. *Sinuessae.* Nomen ciuitatis quasi dixisset 'Ca-
20 puae'. — *candidiores.* Pulchriores meliores benigniores dulciores *ACR.*

44. *contulerim.* Comparauerim. — *sanus.* Quamdiu sanus sum *ACR.*

nil. e. c. iocundo s. a. Quamdiu sana mente sim, inquit,
25 nihil putabo comparabile esse ioeundo amico meo *POR.*

45. 46. *uillula.* Quae est intra XIII lapidem a Capua. *Parochi* genus officii qui solent peregrinis salem et ligna praebere et significat publicum cursum. Vel parochi sunt, qui solent legatis causa rei publicae iter facientibus neces-
30 saria ministrare, publici muliones; *παρέχειν* i. e. exhibere *ACR.*

1 p. e. l. cl. p. batillum *om. Fabr. Addunt rell.* 2 de curia *Edd. Vt nos cod.* nunc *Fabr.* 7 *uncis inclusa om. cod. Med.* 14 Murrena *cod.* 17 Formiis *Edd.* 18 fuisse *Fabr.* 19 *prius schol. om. cod. Med. item in altero* meliores *et* dulciores 22 *utrumque schol. om. cod. Med.* 24 iocundo *cod.* iuc. *Edd.* (sanus *lem. est in Fabr.*) sim *cod.* sum *Edd.* 25 meo *om. Fabr. Med.* 26 Quae — Capua *et post paulo* Vel parochi *et q. s. om. cod. Med.* 30 mulieres *Fabr.* muneris *Braunhardus.* muliones *etiam COM. CR.*

prox. c. p. q. u. t. p. Hic subdistinguendum et audiendum extrinsecus uerbum *est* quia plenum sic fit: Quae uilla proxima est ponti campano tectum praebuit. Significat autem iuxta pontem campanum qui est citra sextum decimum miliarium a Capua in uilla se mansisse. — *et parochi q. d. l. s.* 5
Ex uerbo *praebuit* quod est in principio uersus 'praebuerunt' hic assumendum est. *Parochi* autem copiarii dicuntur *ἀπὸ τοῦ παρέχειν*, ab 'exhibere'; hodieque autem a copiariis praestantur haec eis qui rei publicae causa iter faciunt *POR.*

47. *clitellas.* Sarcinas siue sellas, instrumenta quibus 10 animalia sternuntur. Alii: Vncinos ligneos quibus onera imponuntur. Et notandum *tempore* pro 'tempori', ut: [1*] De uilla tempori uenimus *ACR.*

49. *crudis.* Ad Vergilium rettulit qui difficile digerebat, dicebatur enim stomachum dolere Vergilius. [Alias: cru- 15 dis aut imperitis aut indigestis; nam qui stomachi dolorem patiuntur tardius digerunt] *ACR.*

namq. p. l. i. e. l. crudis. Se lippum dixerat, ergo crudum Vergilium intellegamus quia uidetur singula singulis assignasse. [Lippis igitur inimicum ut mihi, crudis ut Vergi- 20 lio] *POR.*

50. 51. *hinc nos Coccei.* Coccei Neruae ut superius diximus copiose. — *Caudi c.* Caudium est ciuitas Samnii. Lucanus: [2*] Vltra caudinas sperauit uulnera furcas.
Non longe autem abest a Beneuento. [Caudi cauponas, quae 25 uilla supra Caudi cuiusdam cauponas est. Alii tabernas Caudi alii oppidum uolunt] *ACR.*

quae s. Caudi c. A Capua profectus in Coccei Neruae

1 Hic subintelligendum extr. *Fabr. Med.* Hic subdist. extr. *Pat. Vt nos cod.* 7 cupiarii *cod.* 8 a copiarii cupiarii a copiariis *sed tribus prioribus uocibus deletis cod.* 12 Tempore] Notandum *etc. sic Fabr.* ut: De *etc. om. cod. Med.* 15 *inclusa recte om. cod. Med.* 20 *inclusa om. cod. Pat. Med. recte* 22 hic *Fabr.* 24 uulnera *cod. Med.* ponere *Fabr.* 25 *inclusa desunt in cod. Med.* 28 Coccei *etiam cod. unde conlegerim quod indidem ad uers. 32 enotauimus* Lucilius Nerua *corruptum esse ex* Lucius Cocceius

1* ? 2* *Lucanus II 138*

uilla mansisse se indicat quae est super tabernas Caudi oppidi *POR.*

53. *musa u. m.* Eleganter quasi fantasia poetarum operis heroici, ut: [1*] Nunc age qui reges Erato, et: [2*] Pandite nunc Helicona deae, et: [3*] Quis mihi nunc tot acerba deus? Quidam reprehendunt Horatium quod de rixa dicturus petiuit auxilium musae; stulte, nam oratorie hoc fecit. Quando autem de leui re dicturi sumus attentum debemus facere auditorem propter lenitatem rei; uel quia descripturus uiam suam non debuit praetermittere quod in ea iucunde factum uidebatur, siue ludo narrat poetico *ACR.*

nunc mihi p. Sarm. s. p. M. Cicirri m. u. mem. Ostendit se relaturum contentionem quam inter se Sarmentus et Cicirrus habuerunt ambo et urbanitate et audacia noti, equites tamen romani *POR.*

54. *Osci.* Campani quia Oscia Campania dicta est; at εἰρωνικῶς dicit *clarum,* nam Osci ignobiles, unde obsceni i. e. osceni. Et est figurata locutio *Messi genus Osci,* ut: [4*] cressa genus Pholoe, et: [5*] Qui genus unde domo. [Cum autem conuiuatores essent Horatii ioci causa se inuicem uerbis fatigarunt] *ACR.*

Messi c. g. O. Figurata elocutio: Messi genus Osci sunt *POR.*

55. *Sarm. dom.* Hic libertum ostendit fuisse licet postea dominam acceperit *ACR.*

Sarm. d. extat. Sic hoc dicitur quasi libertinus fuerit Sarmentus *POR.*

3 Eleganter — deus *om. cod. Med.* 7 stulte nam orat. *cod. Med.* stulte sed *Fabr.* 10. 11 quod ne iucunde *cod. Med.* 11 narrat *om. cod.* poetico *om. Med.* 12 nunc m. p. *lem. in Fabr.* Cicerri *cod.* Ciceri *Pat.* 14 Cicerius *Fabr.* ex urbanitate *Edd.* et urb. *cod.* 16. 17 est: aut εἰρ. cuiusdam Osci ignobilis unde Osceni (obsceni *cod.*) figurate ut: Cressa — domo. Nam (Et *cod. Med.*) est figurata locutio M. g. O. *sic libri* (*Inclusa autem om. cod. Med.*) 24 *pro hoc schol. et tribus proxime seqq. cod. Med. haec tantum:* (59) ni foret. Deest sic *cod.* ne forte deest sit *Med.* 27 Sarmentius *hic et supra cod. (Et hoc schol. cum antecedenti sedem in libris mutauit)*

1* *Aen. VII 37* 2* *Aen. VII 641* 3* *Aen. XII 500* 4* *Aen. V 285* 5* *Aen. VIII 114*

57—59. *feri similem.* Grandem et durum quia procerus erat Messius. — *o tua cornu.* Deridet illum quod commouit caput et ait: si non esses mutilatus praesecto cornu de sinistra parte frontis, quid faceres, quomodo minitareris ut taurus? — *mutilus.* Debilitatus *ACR.* 5

61. *laeui fr. t. oris.* Attende elocutionem. 'Laeui oris frontem' pro 'laeuam partem' ponit in fronte *POR.*

62. *campan. i. m.* Aut oris foeditatem aut arrogantiam. Dicuntur enim Campani et foedi esse et arrogantes. Sed foedi accipiamus κατὰ αὐτό. Aliter: Campani qui et Osci 10 dicebantur ore immundi habiti sunt unde etiam *obscenos* dicimus. Aut uero dixit *camp. in morb.* quia Campani morbum dicacitatis patiuntur *ACR.*

camp. i. m. Campani qui Osci dicebantur ore inmundi habiti sunt unde etiam *obscenos* dictos putant quasi oscenos 15 *POR.*

[63. 64. *cyclopa.* Quia magna statura erat. — *nil illi larua.* Propter prolixitatem barbae *ACR.*]

65. 66. *donasset i. c. e. u. l.* Solebant pueri postquam pueritiam excedebant dis penatibus bullas suas consecrare, 20 similiter et puellae pupas. Modo ergo ridens interrogat, si consecrasset [compedes et] catenam qua fuerat ligatus quasi seruus. Bullas senatores nobiles gerebant quas adulti dis penatibus consecrabant, sic et hic quia seruus catenam *ACR.*

donasset i. c. e. u. l. q. Vrbanissima contumelia haec 25 dicta sunt in eum qui seruilibus esset natalibus, translatione sumpta a generosis pueris qui bullam aureain egressi pueritiae annos apud lares solent suspendere *POR.*

66. 67. *scriba q. esset.* Non, inquit, quia factus es scriba

9 dicuntur — arrog. *om. cod.* 9. 10 si foedi accipimus κατὰ τὸ αὐτό *Fabr.* sic foeda accipiamus . . . . . *sic cum lacuna Med. Om. cod. qui haec habet:* quam omnes Campanenses patiebatur campani qui obsidebantur ore etc. 12 aut ideo *Fabr.* 14 in mudi *sic cod.* 15 unde et Oscos dictos putant quasi obscoenos *Edd. Vt nos cod.* 17 *utrumq. schol. om. cod. Med. et post* barbae *Fabr. addit:* Donasset iamne catenam *quae tamen ad seq. lemma pertinent* 21 et *om. Fabr.* 22 compedes et *om. cod. Med.* 23 quas — consecrabant *et paulo post* quia *om. Fabr.* 25 Vrbanissime haec d. s. *Edd. Vt nos cod.*

amisisti conditionem seruilem. — *deterius nihilo.* Imminutum esse ius seruitutis. — *dominae ius.* Ostendit eum seruum fuisse *ACR.*

scriba q. esset nihilo deterius d. i. e. r. Id est nullum
5 praeiudicium dominum passum quod illum de decuria scribarum sibi comparasset *POR.*

69. *tamque pusillo.* Quia breuis erat staturae *ACR.*

71. 72. *sedulus.* Diligens officiosus. — *paene macros.* Ordo: Paene arsit macros turdos *ACR.*

10 *ubi sedulus h. p. m. a. d. t. u. in igni.* Ordo est: paene arsit *POR.*

73. *nam u. p. u. et reliqua.* Mira energia hic sensus explicitus est *POR.*

73. 74. *dilapso.* Id est: sparso igni errante flamma per
15 coquinam. — *lambere.* Attingere, ut:[1*] Lambere flamma comas et circum tempora pasci *ACR.*

77. 78. *inc. e. i. m. A. n.* Bene dixit *notos;* Apulus enim fuit siue Venusinus. — *quos torret A. Torret* i. e. incendit quia nimio calore flans uentus illam regionem exsiccat. Vnde
20 et pestifer dicitur esse et grauis. — *Atabulus.* Nomen uenti *ἀπὸ τοῦ τὴν ἄτην βάλλειν* i. e. quod pestilentiam immittat *ACR.*

inc. e. i. m. n. o. m. Accipiendum potius 'mihi notos' 'quam ostentare mihi'; id ideo maxime non est intellegendum quia si hoc uellet intellegi 'ostentare *nobis*' dicendum erat, cum
25 non solus iter faciat nec illos montes solus uidere incipiat. — *quos t. Atabulus.* Sic appellatur uentus in Apulia feruentissimus graeca appellatione quasi *τὴν ἄτην βάλλῃ POR.*

1 *schol. medium om. cod. Med.* 4 scriba q. ess. *lem. in Fabr.* 5 de curia *libri* 10 paene m. a. *lem. in Fabr.* in igni *Edd.* insignis *sic cod.* 12 et reliqua *om. Fabr.* 21 *ἀπὸ τῆς ἄτης πάλλειν* i. e. q. p. i. *Fabr.* apo tis ates i. a pestilentia *Med.* (........ i. pestil. *sic cod.*) 22 acc. potius quam notos ostentare mihi. Ideo maxime *cod.* acc. potins Ĩotas q. ost. m. Ideo maxime *Pat.* acc. melius notos (mihi *add. Fabr.*) q. ost. m. Ideo maxime *Fabr. Med.* 24 sic *pro* si *libri* ostentat nobis montes solos uidere incipiat *sic Edd. Vt nos cod.* 26 sic appellatur *om. Fabr.* 27 quasi *την ατην λαλνογα Pat.* q. *τ. α. γαλνογα Med.* si a tali lontatus ē Ĩ aten ballonta *(sic!) cod.* q. *τ. α. βάλῃ Fabr.*

1* *Aen. II 683*

79. *erepsemus.* Per 'erepsissemus' i. e. transissemus, et est figura 'detractio' [siue paene transissemus. — *Triuici.* Oppidi in fine Campaniae quo uehicula iuncta accedere nequeunt; ergo Horatius ad uillam deuertit *ACR.*

nisi nos u. T. uilla r. Triuici, oppidum in fine Campaniae est *POR.* 5

81—84. *udos.* Humidos uirides. — *ramos u. c.* Id est: accepit nos cum summo fumo quia ibi urebantur rami. — 83. *expecto.* Pro: expectaui. — *somnus t. auf.* Illam expectationem scilicet et abundat tamen. — *intentum Veneri.* Expectantem Venerem *ACR.* 10

84. *tum inmundo s. u. n. u. m.* Significat cum ad nescio quam puellam misisset ut secum maneret illam promisisse quidem se uenturam sed non uenisse; quam cum diu expectasset postremo obdormisse; deinde per somnium imaginantem se cum eandem puellam uidisset concumbere super se ipsum patrasse *POR.* 15

87. *m. oppidulo.* Quod uersu non potest dici quia *Equum tutium* dicebatur oppidum. Et non poterat in uersu suo ponere huius modi nomen ac per hoc signis utitur [quibus indicat quod uellet]. *Dicere non est* ut dicimus: 'soluendo non est' *ACR.* 20

mansuri opp. q. u. d. n. e. s. p. est. Aecuum tuticum significat cuius nomen hexametro uersu compleri non potest; hoc autem sub exemplo Lucili posuit, nam ille in sexto saturarum sic ait: [1*] Seruorum est festus dies hic Quem plane hexametro uersu non dicere possis *POR.* 25

2 *inclusa interpolata iudico* 4 ideo ergo *cod. Med.* 5 uillula *in lem. cod. Pat. Post* est *Fabr. et Med. sic pergunt:* Mansuri oppidulo quod uersu dicere non est, *contra schol. quod sequitur omittunt* 8 summo *om' Fabr.* 15 obdormuisse *Pat.* 18 Quod u. n. p. dici quia *om. Fabr.* 18. 19 Equotutium *Fabr.* Equotucium *Med.* 20 *inclusa om. cod. Med.*
23 Aecuum (q) tuticum *cod.* Aequum triticum *Pat.* Aequum tutium *Med.* Equotutium *Fabr. (Cfr. quae de hoc scholio disseruit Hauptius in Mus. Rhen. nouo III 148 sq.)* 24 exemetro *cod.* exametro *Pat. Med.* 25 sub *add. ex cod.* Lucili *cod. Pat.* (*non* Lucilii) posuit *add. ex cod. Pat. item* ille 25 in VII. satyrar. *Pat.* in VII. Saty. *Med.* in septima saty. *Fabr.* *Vt nos cod. (Ceterum ad hunc locum cfr. Heusdium de Lucilio p. 144)*

1* *Lucilius sat. rell. VII 4 Gerlach.*

88. *uenit.* Venditur, distrahitur, ab eo quod est 'ueneo'. — 90. *callidus.* Prouidus sapiens *ACR.*

ultra call. u. s. umeris p. u. Adeo dicit hic bonum panem fieri ut qui callidi i. e. periti sint illius et sciant ultra
5 meliorem panem non esse inde sibi ferant *POR.*

91. *aquae m. ditior u.* Quia in Equotutio aquae est inopia et similiter apud Canusium oppidum Apuliae lapidosus est panis. Hac de causa de Equotutio emitur panis; similiter et ibi aqua decst ut in Equotutio *ACR.*

10 *aquae non dulcior u.* De Canusio hoc dicit non de 'Aeco tutico' cuius supra meminimus *POR.*

93. *flentibus h. Varius d. m. a.* Non ob aliam causam flentibus, sed *maestum* dictum est ob mutuum desiderium *POR.*

94—96. *inde Rubos f. p.* Oppidum est Italiae. Hinc
15 putant Vergilium dixisse: [1*] N u n c f a c i l i s r u b e a t e x a t u r f i s c i n a u i r g a. — *corruptius.* Nobis molestius difficilius. — *post temp.* Posterum tempus, postera dies, status caeli i. e. serenitas. — *uia peior.* Post pluuiam. Alio die iter fuit incommodum; nam pluuia nondum infusa terra tolerabilior est
20 *ACR.*

97. *Bari m. p.* Baris ciuitas Apuliae quae appellatur Barium et Adbaris dicitur hodieque ut dixit grammaticus Theotistus *ACR.*

97. 98. *Gnatia l. i. extr.* Vel quia eget aqua uel quia
25 habet salsam aquam et amaram. — *dedit r. i.* Risimus, inquit, quod apud Gnatiam audiuimus in aris flammas sine ture consumi *ACR.*

dehinc Gnatia l. i. extr. Per hoc quoque oppidulum

1 *hoc schol. om. cod. Med.* 3 umeris *cod.* (*non* hum.) *In Fabr. lem. est:* Panis l. pulcherr. 4 et sciant — non esse *add. ex cod. Pat.* 8 de *om. Fabr.* 9 ubi *Fabr.* 10 dulcior *cod. Pat. Med.* ditior *Fabr.* dicit *add. ex cod. Pat.* 10. 11 aeco tutico *cod.* equotutico *Pat.* equotutio *rell.* 11 superius *Fabr.* 12 uariis *in lem. cod.* (disc. moestus *lem. in Fabr.*) Non ob — sed *add. ex cod. Pat.* 13 dicit *Fabr. Med.* dictum est *rell.* 14. 15 Verg. *pro* Hinc p. V. d. *cod. Med.* 18 *postremum hoc schol. om. cod. Med.* 21 *post lem. sic cod. Med.:* Ciuitas est quae Adbaris dicitur h. n. d. g. Th. 24 Quia aquas non habet *sic cod. Med. post lemma* 28 grā *sic cod. Post lemma:* Hoc propter penuriam aquae dicit *Med. Fabr.*

1* *Georg. I 266*

significat penuria aquae laborare. — *risusq. iocosq. d. fl. s. tura l. l. s. p. c.* Significat Gnatiae aram esse in qua lignis extinctis quoque positis ignem sua sponte gliscere opinio sit; quod tamen so coram non euenisse nosset. Ideo deridendam hanc opinionem affirmat *POR.* 5

100. *Apella.* Finxit nomen quasi '*sine pelle*' aut certe Apella quia praeputium non habet *ACR.*

cred. i. A. n. e. Vrbanissimum nomen iudaeo imposuit Apellam dicens quasi quod pellem in parte genitali iudaei non habeant *POR.* 10

101. *namq. deos d.* Secundum dogma Epicureorum loquitur qui dicunt deos agere saeculum sine cura, ut poeta:[1*] Nec curare deum credis mortalia quemquam, et Lucretius de deo:[2*] Nec bene pro meritis capitur nec tangitur ira *ACR.* 15

namq. d. d. s. a. ae. Hoc de opinione Epicureorum uenit qui deos aiunt non aliter posse immortales esse nisi quieti et ab omni cura separati sint *POR.*

102. 103. *nec siquid faciat miri n. d. i. t. e. c. dem. t.* Verissima opinione hoc dicitur. Constat enim omnia miracula quae in toto mundo fiant certa ratione fieri, de quibus eidem Epicurei diligentissime disputant *POR.* 20

tristes. Seueros, in scrutando sollicitos. — *ex alto tecto.* Plautus in Amphitruone::[3*] In superiore qui habito cenaculo. Sunt autem uerba Iouis *ACR.* 25

1 risusq. iocosq. *lem. in Fabr. Med.* 2 *Hoc schol. Fabr. Med. sic exhibent:* De Gnatiae ara in qua lignis extructis ignem sua sponte gl. dicunt opinionem deridet. *Vt nos cod. Pat. nisi quod habet* extinctisque positis *et* se *cod. habet supra uersum additum* 8 Vrbanissimum — dicens *add. ex cod. Pat.* quasi *ex cod.* 9 iudaei *add. ex cod. Med. et indidem* habeant *scr.* (*Ergo* Quod p. i. p. g. n. habeat *Fabr. Med.*) 13. 14 et *addidi* (Lucr. — ira *om. cod. Med.* contra add. nam Epicureus erat ideo dixit deos non curare mortalia) 17 uenit *add. ex cod. Pat.* 19 faciat miri *libri omnes.* miri faciat *codd. Horatt.* 20 Constat non omnia mirac. certa ratione fieri de quibus Epicur. prud. disp. *cod. Med. Contra ut nos cod. Pat.* 23 *alterum schol. et postremum om. cod. Med.*

1* *Bucol. VIII 35* 2* *Lucretius I 61* 3* *Plautus Amphitr. III 1, 3 (863) Fleckeis.*

104. *longae f. ch. u. est.* Id est et carminis mei et uiae finem fecit Brundusium *ACR.*

Brundusium l. f. ch. uiaeque est. Iucunde satis ita tunc finem uiae Brundusium sibi fuisse significat ut nunc relationis
5 *POR.*

SATIRA 6.

1. 2. *Non quia M.* Maecenatem alloquitur candorem animi eius commemorans qui generosos atque humiles absque discrimine accipiat. — *Lydorum quidq. E. i. f.* Deest *habes.* Lydi quondam Tusciam possederunt a quibus originem Mae-
10 cenas trahebat. Sensus hic est: Non te, inquit, extollit nobilitas gentis et sanguinis ut despicias eos qui ex infimis nati sunt sciens quod non genus sed uirtus in homine est quaerenda. Non eo quia habes etruscos i. e. Tyrrhenos fines quos incoluit quidquid Lydorum fuit nec ideo quia nemo est
15 te generosior i. e. neque quia nobilis es, ideo derides ignobiles et libertinos; nec ideo quia imperauit pater tuus et auus irrides ignotos pauperes uel ignobiles *ACR.*

Non quia M. L. quidq. E. i. finis et reliqua. Maecenatem alloquitur candorem eius animi commemorans qui generosos
20 atque humiles sine discrimine accipiat. — *Lyd. q. E. in. fines.* Lydi quondam profecti incoluere Etruriam, quod et Vergilius testatur cum dicit:[1*] ubi Lydius arua Inter opima uirum leni fluit agmine Tibris *POR.*

3 Brundesium *bis cod.* Brundusium *bis Edd. (et quidem Fabr. Med. praeter hanc uocem nihil in lemmate)* est *om. in lem. Pat.* 4 *post* relationis *in cod. haec leguntur:* Huius eglogae ordo post secundam eglogam primi libri ordinatus est. *Referenda haec ad sequentem eclogam quae in cod. ea est quae uulgo tertio loco habetur:* Omnibus hoc uitium est *etc.* 6 *cod. et Med. sic incipiunt:* Non q. M.] Deest 'habes' (ut: Maec. atauis edite regibus *add. cod.)* Maecenatem alloq. etc. Sensus hic est etc. 18 Non quia Maec. *lem. in Fabr. Med.* finis *cod.* fines *Pat.* 20 fines *hic etiam cod.* 21 Lydia *Fabr.* 22 inter opima ferens *relicuis omissis Pat. Med.* inter opima fe. *etc. sic cod.*

1* *Aen. II 780*

5. *naso susp. a. i.* Id est: Nec ignoti tibi fastidia afferunt quod uulgo *sannam* dicunt. *Suspendis* autem 'spernis' 'subsannas' 'fastidis' i. e. non irrides. Nouimus enim quia qui irrident homines *sannas* faciunt *ACR.*

naso suspendis. Quod uulgo dicunt desannas i. e. per 5 fastidium quoddam derides *POR.*

7. 9. *referre.* Interesse. — *dum ing.* Dummodo ingenuus sit; *ingenuus* autem ad morum probitatem pertinet. — *persuad. h. t. u.* Recte, inquit, hoc tibi persuades o Maecenas quod ante imperium Tulli qui unus ex septem regibus ser- 10 uili tamen genere fuit, alii multi ignobiles sed uiri boni et uitae bonae. Sensus hic est: Recte hoc sentis quia non nobilitatem magni pendis sed uirtutem. — *ante pot. Tulli.* Sensus est: Non solum Tullum sed alios multos ex ignobili genere claros fuisse. Fuit autem Tullus Tarquinii Prisci Lu- 15 cumonis seruus e captiua natus, de quo Vergilius: [1*] O t i a q u i r u m p e t p a t r i a e r e s i d e s q u e m o u e b i t T u l l u s i n a r m a u i r o s *ACR.*

persuades h. t. u. a. p. T. a. i. r. et reliqua. Liquet tibi, inquit, et ante Tullum regem multos ignobili genere 20 natos probos uiros fuisse usosque amplis honoribus. Tullum autem nominauit quia serua captiua cornicularia fuit natus et ideo regnum eius ignobile dixit *POR.*

10. *nullis.* Non nobilibus *ACR.*

multos s. u. n. m. o. Nemo est utique qui maiores nul- 25 los habeat; sed cum memoria illorum propter humilitatem nulla sit, quasi non uidentur fuisse *POR.*

12. *contra Laeu. Valeri g.* Id est Valerius Laeuinus a Valerio Publicola qui cum Iunio Bruto Tarquinium superbum expulit genus habens. Periphrasin autem necessario fecit 30

12 qui *pro* quia *Fabr.* 15. 16 Lucomonis *cod.* 16 e capt. natus *om. cod. Med.* 19 persuades h. t. uere *lem. in Fabr. Med.* licet *cod.* 22 fornicularia *Fabr.* 26 propter humilitatem *cod. in marg. in textu sola uox* apud 27 uidetur *Fabr. Med.* uidentur *cod. Pat.* 28 Valeri *cod. Fabr.* Valerii *Pat. Med.* 29 qui coniuncto Bruto *sic cod. sed recent. man. ad marginem scr.:* quom Iunio Bruto 30 expulit. Valeri genus i. e. genus habens *(sic!) Fabr.*

1* *Aen. VI 813*

sicut Lucilius cum dicit:[1*] Valeri sententia dia; quia scilicet nomen hoc quattuor breuium syllabarum est eo non potest in hexametrum uersum recipi *POR.*

unde. A quo, ut:[2*] genus unde Latinum *ACR.*

5 *unde s. T. Vnde* pro 'a quo'. Terentius:[3*] E praedónibus Vnde émerat se audísse *POR.*

13—16. *licuisse.* A licitatione i. e. ualuisse aestimasse, quoniam omne quod licet ualet; et est *κατὰ κοινόν: 'persuades hoc tibi uere'.* — *notante.* Iudicante aestimante. — *quo nosti.* 10 Deest *ut.* — *famae.* Id est 'nobilibus' *ACR.*

unius assis non umq. p. pl. l. Hic P. Valerius adeo foedis et proiectis in omnem turpitudinem moribus uixit ut prouehi non potuerit ultra quaestoriam dignitatem. Ergo sensus est: Quamuis populus assueuerit honores dare indignis 15 dum titulis atque imaginibus mouetur tamen uilis ille apud eundem populum fuit notatusque ab eo est quamuis etiam populus indignis honores tribueret *POR.*

17. 18. *qui st. i. t.* Id est: dum uirtuti praefert nobilitatem. — *quid op. n. f.* Nos qui sumus sapientiores populo 20 si populus recte iudicat qui frequenter errat [nos] non debemus honorem merentibus magis quam nobilibus? *ACR.*

quid o. n. f. a. u. longe lateque r. Quanto nos, inquit, qui non uulgariter sapimus minus mirari nobilitatem contemptu ignobilium debemus? *POR.*

25 19—21. *nam esto.* Hoc quasi praecedente subiectione dicit. Quasi aliquis dicat: magis debuit honorem accipere Laeuinus homo nobilissimus quam nescio quis ignotus. Cui ita respondet: Concedo quod magis debuit populus mandare honorem Laeuino nobili quamuis ignauo quam Decio ignobili 30 quamuis forti. Quare autem hoc concedo? Quia debet unus-

8 ualet *κατὰ κοινόν.* — Notante etc. *Fabr.* ualet et .... iudicante aestimante persuades hoc tibi recte *cum lacuna post* et *cod. Eadem sed pro lacuna: ατηκοινο Med.* ualet et est *κ. κ.*: p. h. t. u. *corr.* 13 quaestorum *Pat. Med.* quaesturae *Fabr. Vt nos cod.* 20 nos *om. cod. Med.* 22 longe lateque *cod. Pat. Om. Fabr. Med.* 23. 24 contenti *cod.* 25 nam *libri omnes*

1* *Lucilius inc. libr. fragm. 105 Gerlach.* 2* *Aen. I 6* 3* *Terent. Eun. I 2, 34 (114) Fleckeis.*

quisque contentus esse ordine suo. Et hic *βιωφιλῶς* docet unumquemque debere sorte propria contentum esse. Iste Laeuinus qui originem ducebat a Valerio Publicola quia pepulit de ciuitate Tarquinium cum Bruto semper contemptus est a populo. Si ergo populus qui ducitur nobilitate et diuitiis saepe ignauos quamuis nobiles spernit quid nos oportet facere? Quanto inquit minus ad honorem possumus peruenire qui uulgo sumus ignotissimi si nobiles notantur a populo? Melius est ergo tuo iudicio quam populi placere. — *quam Decio.* Ignobili familia nato. — *mand. nouo.* Subito senatores facti *noui* iudicantur. — *censorque moueret Appius.* Hic est Appius qui libertinos in urbanas tribus redegit. [Concedo quod recte potuisset me censor remouere a senatu cum non essem honesto patre natus] *ACR.*

22. *uel merito.* Valde merito. — *quoniam i. p. n. p. q.* Id est proprio ordine et statu. Sumptum est ex prouerbio; nam non quiescere in pellibus suis dicimus eos qui humiliore loco nati maiora desiderant *ACR.*

quoniam in p. n. p. q. Ex prouerbio sumptum est; eos namque qui mediocritatis suae obliti maiora se ipsis adpetunt solemus dicere non contineri intra pelliculam suam; et hoc scilicet inde sumptum est quod ductores in pellibus dormitent; cuius rei et Lucilius testis est cum dicit: [1*] per mihi lectum imposui pedem pellibus labes, et Plautus cum de anu ebria iocaretur ait: [2*] in pellibus periculum portenditur *POR.*

23. *sed fulgente tr.* Sed in fulgente curru stat gloria

9. 10 *secundum schol. et tertium et quarti postremam partem:* Concedo etc. *om. cod. Med.* 16 In proprio ord. *cod. omisso* et statu 19. 20 sumptum e. in eos qui *Fabr. Med. Vt nos cod. Pat.* 20 adpetunt *cod. (non* app.) 21 quos non cont. i. pelliculam dicimus *Fabr. Med. Vt nos rell.* 22 scilicet *om. Fabr. Med.* 22. 23 dormirent *cod. Pat. (Recentiss. man. ad cod. marg. haec hic scr. sunt:* Sic ductor Hannibal in pelle leonina ut apud Silium est) 24 imposuique *Edd.* labes *cod. Pat. Med.* habes *Fabr.* (perminxit lectum Imposuique pudendum pellibus laben *corr. Scaliger apud Gerlachium*) 25 in pellibus *cod. in textu.* inpellis *in marg.* (protenditur *Fabr.*)

1* *Lucil. reliq. ex libr. inc. 27 Gerlach.* 2* *Plautus Amphitr.* (?)

quae illicet ad se tam ignobiles quam nobiles; et est alia subiectio: gloria quae stat in curru fulgente ita trahit homines quasi ibi ligati sint. — *constrictos.* Cupiditate plenos, uel impeditos; hic cupiditatem gloriae designauit. — [*gloria curru.*
5 Curru triumphali; hic cupiditatem designat *ACR.*]

sed f. t. constrictos gl. c. Sensus est: Rapit omnes cupiditas gloriae; sed quod *curru fulgente* dixerit a triumphis uidetur sumpsisse *POR.*

24. *quo tibi Tulli s. d. cl.* Sensus: Quid necesse est
10 ad ipsos honores affectare quamuis omnes cupiant [peruenire]? Iste Tullius senator fuit et ante remotus est a senatu per Caesarem quasi Pompeianus, occiso Caesare recepit clauum i. e. senatoriam dignitatem; fuit autem ignobilis. *Tibi* autem *tribuno* dixit quia recepto ordine senatoris factus est tribunus
15 militum. *Fieri tribuno* figurate per datiuum, ut supra:[1*] d e d e r i m q u i b u s e s s e p o e t i s *ACR.*

quo tibi Tilli s. d. c. Recepit post Caesarem occisum; nam pulsus ante senatu fuerat. — *fierique tribuno.* Figurate per datiuum casum dixit ad pronomen *tibi* addens *tribuno;*
20 ceterum illud simplicius erat *fierique tribunum POR.*

26. *priuato quae m. e.* Ordo: quae inuidia minor erat tibi priuato i. e. dignitatem non habenti *ACR.*

27—29. *nam ut q. ins.* Comparatiue. Quilibet id est nouus et ignobilis et cupiens senatoriae dignitatis qui cupit rem in-
25 commodam unde pateretur inuidiam et exponeretur maledictis materia lacerandi. Hic notat eos qui uolunt appetere honores quos non habuerant sui maiores. — *impediit.* Dignitatis calcia-

3 sibi *cod.* 4 per gloriam *Fabr.* *inclusa om. cod. Med. et aut haec aut quae proxime antecedunt eicienda sunt* 6 conscriptos *Pat. et supra scripto* constructos *cod.* 10 peruenire *om. cod. Med.* 15 Fieri trib. *e. q. s. om. cod. Med.* 17 Tilli (u *supra scr.*) *cod.* Tulli *Edd.* Recepit *cod. Om. Edd.* 19 ad pr. t. tribuno *Edd.* ad pronomen bono *cod.* 21 *hoc schol. om. cod. Med.* 23 Comp. Quilibet insipiens *(recte)* nouus ign. et cupiens senator qui cupit r. i. u. pat. Hic *cod. Med. Horum emendationem (nam ne Fabriciana quidem mihi satisfecit quamquam recepi) alii temptent* 26. 27 nolunt — quos habuerunt *Fabr. Vt nos cod. Med. et COM. CR. in quo etiam prior pars sanior est*

1* *Hor. Serm. I 4, 39*

mentis ligauerit circumdederit; *medium crus* ideo dicit quia altiores sunt calcei senatorum. — *pellibus.* Calciamentis longis. — *demisit p.* Media parte corporis. — *audit continuo.* A populo. Aut inquirentium est aut obprobrantium hic sermo *ACR.* 5

30. *ut siqui ae.* Alia comparatio. Aegrotare morbo dicuntur hi qui habent aliquam cupiditatem quia omnis cupiditas aegritudo est. Quemadmodum, inquit, qui habet curam moechandi et uoluerit uideri formosus inicit puellis curam interrogandi quali iuuenis facie sit quali dente quali capillo: 10 ita et is qui promittit se curaturum rem publicam facit homines quaerere de parentibus suis. — *quo morbo Barrhus.* Id est: libidine Barrhus iste cupiebat formosus uideri; significat autem hominem adulterum in stupro Aemiliae uirginis Vestalis ante damnatum *ACR.* 15

ut siqui ae. q. m. Barrus h. Hic Barrus uilissimae [admodum] libidinis atque uitae fuit adeo ut Aemiliam uirginem Vestae incestasse dictus sit; certe adulteras sincerissima cupiditate sectabatur *POR.*

34. *sic q. prom.* Nam qui accipit dignitatem uidetur pro- 20 mittere curae sibi esse patriam. Ordo est: [Nam] si quis promittit ciues et urbem sibi esse curae cogit omnes mortales de se curare et de suis natalibus sicut insanus habitu nouo et qui uult uideri pulcher *ACR.*

sic q. p. c. u. s. c. i. f. Sic, inquit, qui se inserit sena- 25

1 ligauerit. Circumdedit *sic libri et quidem* Circ. — senatorum *cod. Med. exhibent supra post* tribunus militum *ad uers. 24 et subdit ibi:* Clauum] senatoriam dignitatem 2 pell.] Calc. l. *om. cod. Med.* 3 continue q. h. h. a. q. p. u.] Audit a populo? Quis homo aut *etc. Fabr.* 4 obprobr. (*non* opp.) *cod. Med.* 6 siquis *cod. Med.* (Al. comp. *in eisdem deest*) 8. 9 Studium moech. *Fabr.* 10 qualis iuuenis *Fabr.* 12 *hoc alterum schol. om. cod. Med.* 16 uarrus *bis cod.* barrus *Pat. Med.* Barrhus *Fabr.* (*Cfr quae de hoc Barro monet Hauptius in Mus. Rhen. nou. III 149 sq.)* uilissimae libid. aeque admodum uitae f. *cod. Pat. Med.* uiliss. adm. l. atq. u. f. *Fabr.* uilis admodum *scripsit Ritterus* 20 Nam — patriam *om. cod. Med.* (*Fort. his omissis cum COM. CR. sic scr.:* Reddit comparationem; nam si quis promittit e. q. s. 25 Sic qui promittit se inseruire *etc. lemmate omisso Fabr. Eadem Pat. Med. nisi quod illa* inserit *haec* inserere *habet. Vt nos cod. nisi quod* qui *addidimus*

torio ordini et rem publicam administrare cupit astringit se ad eam necessitatem ut inquiratur in eum a ciuibus quo genere natus et in quanto censu sit constitutus *POR.*

38. *tu ne Syri D.* Sensus est: Tu qui libertinis es pa-
5 rentibus audes tribunatum administrare? Ignobilium quorundam de Syria nomina. [*Dama* ignobilis et quasi unus de populo.] Verba ad eum facit qui cupit ex genere humili ad honores et imperium peruenire. [— *aut D. f.* Alterius cuiusdam plebeii uerba ad illum qui e seruili conditione dignita-
10 tem adipiscatur] *ACR.*

39. *deiicere e. s. c.* Tribuni enim damnatos capite saxo capitolino praecipitant. — *aut tr. C.* Cadmus fuit carnifex [notae crudelitatis]; damnati autem de Tarpeio monte praecipitabantur [unde Iugurtha traditur deiectus] *ACR.*

15 *audes deic. e. s. h.* Vt si diceret: Audes tribunatu plebis fungi? nam tribuni plebis damnatos de saxo capitolino praecipitabant. — *aut tradere C.* Cadmus carnifex illo tempore fuisse dicitur *POR.*

40. *at Nouius coll.* Subiectio: Quare non appetam se-
20 natoriam dignitatem cum habeam collegam ex ordine equestri libertum. Quasi respondentis uerba sunt. Est autem ὑποφορά ex persona filii Damae. — *gradu p. m. s. u.* In quattuordecim ordinibus equestris dignitatis *POR.*

at N. c. g. p. m. s. u. Sed Nouius, inquit, qui non liber-
25 tinis parentibus natus sed ipse libertinus est proximus a me in equestri ordine sedet [post me uno i. e. inferiori] *ACR.*

2. 3 quo genere n. est, in quanto *libri sed cod. prim. man.* natus sit *exhibet* 4 libert. ex par. *Fabr.* es *cod. Med. (et corr. Kirchnerus)* 6 *inclusa simul cum altero schol. quod etiam in cod. et Med. deest interpolata iudico* 11 Tribuni — praecip. *om. cod. Med. et aut eicienda sunt aut certe post lemma add.:* Audes tribunatu plebis fungi? 13 *inclusa interpolata sunt* 14 unde J. t. d. *om. cod. Med.* 15 deicere *Pat.* deiicere *rell.* audet tribunatū pl. damnatos cum saxo cap. pr. *sic cod.* 19 *post prius lemma cod. Med. haec tantum:* Quasi resp. uerba sunt *omnia reliqua omittunt et fortasse merito* 24 non *om. Fabr.* 25 sed i. lib. est *om. Edd.* proximus ait mo in eq. ord. sedet *Fabr. eadem Pat. Med. nisi quod* sedeat *habent. Inclusa uero om. cod. Pat. Med. recte*

41. ***namque.*** Pro *et* posuit. — *ille p. q. e. m.* Id est: eques romanus siue *liber* ad personam suam rettulit poeta *ACR.*

namque est i. p. q. e. m. h. t. Paulus. Patre libertino natum esse Horatium et in narratione quam de uita ipsius habui ostendi. Ergo Nouium hunc libertinum esse indignatur atque cum tamen in quattuordecim ordinibus sedere *POR.* 5

41. 42. ***hoc t. P. e. M. u.*** Hac ratione. Rursum interrogantis modo Horatius. Paulus et Messala optimi fuerunt illius temporis aduocati et Nouius quamuis garrulus uocis tamen gratia Paulo exercitius agere uidebatur. Sensus ergo est: Ideo tu uideris tibi Paulus et Messala esse quia Nouium uno gradu praecedis? Aliis placet Nouium praeconem fuisse et uocis merito patrimonium adquisiuisse, ut sit sensus: Hoc tibi ergo uideris Messala et Paulus quia praecedis praeconem? Hoc loco docet uitandam esse arrogantiam. — ***at hic s. p.*** Modo respondet subiectioni *ACR.* 10 15

at h. s. plostra d. Hunc Nouium dicit garrulum et uulgarem esse in causis agendis per quod gloria studiorum efficeret et aequo animo sustineatur quod dissimulata humilitate natalium Paulo exercitius agat *POR.* 20

43. 44. ***magna s.*** Aut magna cornua aut magna funera aut 'magna sonabit' pro 'magne', ut Verg.:[1*] i n f a n d a f u r e n t e m. Ordo: quod uincat cornua et tubas. — ***saltem mouet h. n.*** Delectat nos eloquentia i. e. propter hoc nos delectat quod est orator. Hoc solum, inquit Horatius, est quod indignationem nostram cohibet Nouium in equestri ordine sedere quod aduocatus est et magnae uocis: aut ipse Nouius ait clara uoce saltem hoc 25

1 namq. e. i. p. q. e. m.] i. e. eques Romanus sine c. q. s. *Med.* namq. e. i.] i. eq. rom. s. l. a. p. s. p. *cod.* 4 namq. est ille *lem. in Fabr.* n. e. i. p. *in Med.* 8 Rursum interr. est modo hoc paulus etc. *cod.* R. i. est modo. Hoc tibi Paulus etc. *Med.* 11 gratia peue exerc. *cod. Med.* 14 adquis. (*non* acq.) *cod.* 17 respondetur *cod.* 18 Nunc *Braunhardius* 19 per quem gloriam studiorum eff. *cod. Med. Pat.* 20 dissimulat ab humil. *cod. (Ceterum in hoc schol. mihi ipsi non satisfacere potui)* 22 aut m. cornua *om. cod. Med.* 24 mouet *in lem. cod. Med.* tenet *Fabr. cum codd. Horatt.* 25 Electorum eloq. *cod. Med.* 28 aut i. Nou. habet claram uocem *cod. Med.*

1* *Aen. VIII 489*

stamus qui licet aduocati nomen habeat tamen in quattuordecim ordinibus sumus. [Vel *tenet hoc nos* i. e. hoc distat inter me et Nouium quod sum dicturus] *ACR.*

saltem t. h. n. Ad id pertinet quod dixerat eum causidicum esse. Ergo sensus est: Hoc me saltem solatur ut illum sustineam cum indigner alioquin libertinum equestrem dignitatem consecutum esse *POR.*

46—48. *rodunt.* Lacerant maliloquio. — *conuictor.* Pro eo quod est 'conuiua' — *at ol. q. m. p. l. r. t.* Sensus est in his uersibus satis obscurus, uerum hac ratione potest fieri manifestus: Forsitan tribunatus mihi inuidiam parare debuerat quoniam fortunae bona merentur inuidiam quia casu quodam etiam indigni perueniunt ad honores. Virtus uero carere debet inuidia; uerae enim uirtutis est et certi meriti, Maecenas, tuo iudicio comprobari *ACR.*

nunc q. sim t. M. c. at o. q. m. p. l. r. tr. Dicit sibi inuideri nunc quod uiuat cum Maecenate et quod ante tribunus militibus praefuerat quasi utrumque supra humilitatem generis eius sit *POR.*

49. 50. *quia n. u. f. h.* [*iure m. i. quisquam.*] [Honor forsitan non conuenit libertini filio, amicitia uiri magni quare non conueniat docto] i. e. non ita iure mihi inuident quod sum tuus amicus et conuiua quemadmodum fortasse iure inuiderent quod fui tribunus. Nam ad amicitiam tuam non felicitate sed merito perueni; felicitati autem inuidendum est non merito. — *ita t. q. a. p. c.* Cum sis cautus et peritus ad amicos eligendos *ACR.*

quia non ut forsan h. i. m. i. quiuis i. t. q. a. Prudentissime dictum. Forsitan enim merito inuideri debeat [et] qui beneficia fortunae habeat quae plerumque temere et sine iu-

1 in XIIII gradu locatus est *cod. Med.* (*Postrema interpolata sunt; idem suspicor de:* 'Delectat — orator' *et* 'aut sumus') 4 dixerit *cod.* dixit *Edd.* 5 est *om. Fabr. Med.* 6. 7 equestr. ordinem tenere *Fabr. Med.* eq. ordinem consuetum esse *Pal. Vt nos cod.* 10 in istis *Fabr.* 11 manifestius *Fabr.* 12 quia *pro* quoniam *Fabr.* 13 etiam *om. cod. Med.* (quod *pro* quia *Fabr.*) 16 sim *cod. Fabr.* sum *rell.* (at *etc. in lem. om. Fabr. Med.*) 16. 17 se inuideri quod *Edd. Vt nos cod.* 20 *inclusa om. cod. Med.* 27 forsit *Fabr.* forsan *rell.* (*deinde* iure mihi esse inuid. q. *cod. Med.*)

dicio ullius proueniant: at amicitia Maecenatis quod uirtute sit prouocata non potuit. Porro autem quod uirtute ac uero iudicio quis assequitur inuideri ei non debet cum magno labore hoc ei constet *POR.*

51. *dignos.* Amicos qui sunt longe a praua ambitione 5 [Consimilis causa est quod inuideant mihi amico tuo et quod ante inuidebant tribuno] *ACR.*

52. 53. *non hoc m. possum c.* Id est: neque casu aliquo nec beneficio fortunae factus sum tibi amicus sed beneficio meo *ACR.* 10

56. 57. *sing. p. l.* Cum interuallo interruptis uerbis impediente uerecundia. — *infans n. p.* Quia [fari non posset. Quoniam] qui pudorem habet non multum loquitur ut infans [i. e. elinguis] *ACR.*

ut ueni c. s. p. l. i. n. p. p. p. prof. Manifestum est in- 15 fantem a 'non fando' nunc dixisse, nec enim ad aetatem relatum est. Porro haec reuera natura nobis est, ut ad sublimioris dignitatis uiros cum adhuc ignoti accedimus uerecundia nos elingues faciat *POR.*

58. 59. *non e. c.* Ordo est: non ego narro me circum 20 rura uectari caballo; *satureiano* i. e. tarentino quia Satureia dicta est tarentina ciuitas; *satureiani* fundi sunt in Apulia fertiles et equorum nobilium genitores *ACR.*

satur. u. r. c. Satureiani nomine fundi in Apulia illis temporibus fuisse dicuntur satis ampli ac nobiles; per quod 25 'apulum equum' significat; apulum autem equum utique pro optimo accipere debemus *POR.*

61. *nono p. mense.* Vt:[1*] l o n g o p o s t t e m p o r e u e n i t. Hoc autem dicit, ut appareat diu exploratum ad amicitiam admissum displicere non posse *ACR.* 30

1 ad amicitiam M. consequi nisi uirtute in se prouocata non potuit *cod.* at amicitiam M. ãt q; uirtute in se pr. n. p. *Pal.* (*Fort. sic scr.* At amicitiam M. c. nisi u. in se prouocaret nemo potuit) 3 cum m. cum labore *Fabr.* 6 *inclusa om. cod. Med.* 12 *inclusa om. cod. Med.* 15 ut ueni c. s. p. l. *om. Fabr. Med.* 21 i. e. tarent. — ciuitas *om. cod. Med. fort. recte* 24 Appulia *et* appulum *ubique Fabr.* 29 Hoc autem dicit *add. ex COM. CR.*

1* *Bucol. I 29*

respondes u. t. e. m. p. a. et reuocas n. p. m. i. e. i. a. n. Plerique grauis iudicii uiri ideo non temere in amicitiam recipiunt ne facile dimittant. Ostendit ergo Maecenatem per nouem menses de se iudicasse ac sic in amicitiam recepisse
5 *POR.*

62.—64. *magnum h. e. d.* Id est: gratum mihi erat [uel gloriosum hoc mihi erat] quod placui tibi non propter nobilitatem parentum sed propter meritum conuersationis meae. — 64. *sed u. e. p. p.* Quia dixerat 'non patre praeclaro' ideo
10 haec subiecit, quae amplius in se contineant quam pater praeclarus *ACR.*

65. *atqui s. u. m.* Ordo est: Si mediocribus et paucis uitiis reprehendenda est uita mea attamen in quibusdam est laudanda; hyperbaton tale est: Atqui si uitiis careo et pro-
15 batae sum uitae his bonis causa pater est [i. e. si nobilitas non est uel haec paterna sunt] *ACR.*

atqui s. u. m. a. m. p. m. e. n. alioquin uera. Verecunde confitetur esse non nulla uitia uerum tamen mediocria; et uidetur hoc uerum esse ut nemo non aliquo in uitio sit consti-
20 tutus; sed iam dudum bene est si illud uitium paruum sit et cui ignosci possit *POR.*

66. *uelut si e.* Comparat uitam suam formoso uultui asperso naeuis *ACR.*

68. *ac m. lustra.* Lustra ferarum cubilia sunt et quo-
25 niam meretrices lupae dicuntur bene hoc nomine lupanaria appellauit. Et quare *mala?* Ad differentiam illorum ubi praeda uidetur inclusa. *Lustra* non solum ferarum dicuntur cubilia sed etiam popinae in quibus scorta sunt et illecebrae libidinum *ACR.*

ac m. l. ob. q. u. m. Lustra non ferarum cubilia tantum sed et popinae dicuntur. Nam et Plautus in Casina ait: [1*]

1 reuocas n. p. m. *lem. in Fabr.* 4 an sic *Fabr.* 6. 7 *inclusa recte om. cod. Med.* 9 *alterum hoc schol. om. cod. Med.* 15 *inclusa om. cod. Med.* 17 a. m. p. m. e. nat. *lem. in Fabr.* uera *cod. Pal.* r. *sic Med.* recta *codd. Horatt.* 19 in aliq. uit. *Fabr. Med.* aliq. uit. *Pal. Vt nos cod.* 20 parum *cod. Pal. Med.* 22 at *cod.* aut *Med.* 31 popinae *cod.* pāpiae *Pal.* lupanaria *rell.*

1* *Plautus Casin. II 3, 26*

ubi in lústra iacuistí mala. Lustra autem *mala* perpetuo epitheto dixit, nec enim sunt bona ut ad discretionem illorum 'mala' dixerit. Sic dicitur a Plauto:[1*] Athenis atticis, a Lucilio:[2*] campana Capua *POR.*

69. *obiciet u. q. m.* Bene additum est *uere.* Illud enim nobis curandum est ne probra quae in nos dicuntur uere dicantur; alioquin quin dicantur in nostra non est potestate *POR.*

69—71. *purus e. i. u. m. coll.* Ordo est: Si neque auaritiam in me reprehendis neque tabernas et amicis meis carus sum insons sum et innocens ut me laudem. — *causa f. p. h.* Harum rerum harum uirtutum pater causa fuit ut sim innocens et amicis carus: quae alii ut ignobili obiciunt illo haec bona contulit. — *qui m. p. a.* Deest *quamuis* ut sit: quamuis macro i. e. sterili *ACR.*

72. *nol. i. Fl. l.* Flauius quidam fuit illis temporibus calculator *ACR.*

in Fl. l. m. m. Videlicet hunc Flauium cateruarum doctorem fuisse *POR.*

74—82. *laeuo s. l.* Hypallage; non ipsi suspensi sed suspensos loculos habentes. — *tabulam.* Buxum in quo meditantur scribere. — 75. *octonis r. i. ae.* Nummos pro mercedibus, octonos asses aeris quia ante idus mercedes dabantur. — 77. *artes q. d.* Docere faciat, ut:[3*] quos illi Daedala Circe Supposita de matre nothos furata creauit. — 78. *uestem s. s.* Ita me honeste tractauit, ut si quis me uidisset putaret me a maioribus meis esse nobilem atque diuitem. — 81. *incorr.* Ad comparationem aliorum qui interdum ut luxurientur scholastici donis student suos corrumpere

7 alioquin dicantur *cod. Pal. Med.* ēē *pro* est *cod.* 11 harum — fuit *om. cod. Med.* 12 *post* carus *cod. Med. sic pergunt:* Quod dixerat non patre praeclaro ideo hoc subiecit hoc est quem alii etc. quem alii ut ignobili *cod.* quem a. (n.) ignobilem *Edd.* obiiciunt ille haec contulit *libri et cod. Med. addunt:* quae amplius in se contineant quam pater praeclarus 13 *tertium schol. om. cod. Med.* 17 caternarum *cod.* caterarum *Pal.* cratherarum *Med. Pal.* (doctorum *Fabr.*) 27 interdum luxuriarentur *Fabr.*

1* *Plaut. Pseudulus I 5, 2 (416) Fleckeis. (et alibi)* 2* *Lucilius satur. rell. III 4 Gerlach.* 3* *Aen. VII 282*

paedagogos. — 82. *pudicum q. p. u. honos.* Quia pudicitia summum bonum est *ACR.*

83. 84. *seruauit a. o. n. s. f.* Non solum seruauit me a turpi facto sed etiam a fama. [Non solum enim sufficit uitiis
5 carere nisi etiam suspicionem uites infamiae] *ACR.*

seru. a. o. n. s. f. u. obprobrio q. t. Eleganter; forsitan enim parum sit ita uiuere ne probrose in te aliquid admittas nisi etiam suspicionem omnem amoueas *POR.*

85. 86. *nec tim. s. n. u. q. u.* Nec timuit, inquit, ne sibi
10 pro uitio quis obiceret, si me ita instituisset ut essem praeco aut coactor qualis ipse fuit. Praecones dicebantur qui stabant ad hastam; nuntiabant enim pretia oblata, coactores autem mercenarii eorum qui habebant argentariam. Sunt autem argentarii, qui habent summam rerum uenalium. Ar-
15 gentarium etiam dicimus eum qui habet summam diuitiarum a quo accipiunt forani, coactorem qui exigit nummos a circumforanis. Aliter: coactores dicuntur argentarii in auctionibus, qui pecunias cogant; ipsi sunt collectarii *ACR.*

nec t. s. n. u. q. u. o. si p. p. aut ut f. i. c. m. s. Quid
20 quod, inquit, non uerebatur meus pater ne in malam existimationem apud ciues et cognatos recideret si mihi liberalia studia non praestitisset, cum humilis fuerit praeco et satis sibi potuerit esse si paternam uitam imitaretur. Ergo hoc ipso multo maiorem gratiam se patri suo debere dicit quod
25 supra uires status sui filium sit prosecutus. — *ut fuit i. c.* Argentarius scilicet coactor; quod humile ac turpissimum genus quaestus habebatur *POR.*

87—90. *neque ego essem q.* Si me fecisset praeconem aut coactorem quia potuit hoc praestare sine reprehensione.
30 — *ad hoc n.* Alii *ad haec* legunt ut sit: 'ad haec quae praestitit'; alii ad hoc, scilicet ne me poeniteret, quod patrem habui operarium et libertum, quia uir bonus fuit. — 89. *nil m.*

3 a *om. Fabr.* 4 *inclusa interpolata om. cod. Med.* 7 probrosi *Fabr. Med.* 10 pro *om. Fabr.* mea ita inst. *Fabr.* me ista inst. *rell.* 11 quod *libri.* qualis *corr.* 15 etiam *om. libri* 16 coactor *Fabr.* 19 u. o. si *etc. in lem. om. Fabr. Med.* (*ibidem* ut *om. cod. Pat.*) 27 habeatur *Fabr.* 28 *primum schol. hoc om. cod. Med.* 31 quia *pro* quod *libri et paulo post* qui *pro* quia *Fabr.*

p. Non me poenitet huiusmodi patris et ideo non me defendam eo modo quo solent homines sese defendere quibus obicitur ignobilitas, qui dicunt non dolo suo neque uoluntate factum esse ut ab istiusmodi parentibus nascerentur. — 90. *non ut magna d.* Ordo est: non me. sic defendam ut magna 5 pars hominum *ACR.*

90—92. *eoque non ut m. d. f. n. e. s. p. q. n. i. habeam c. p. sic me def.* Ordo est: eoque non sic me defendam. Et est sensus: plerumque cum humilitas generis obprobratur alicui sic se solet defendere ut non suam culpam dicat esse 10 quod de talibus parentibus natus sit. Ego autem, Horatius inquit, non tantum non dicam hoc uerum etiam e contrario talibus parentibus me natum gloriabor. Nam si natura permitteret renasci et eligere parentes ex quibus nasceremur non ego mallem e nobilibus et honoribus functis nasci quam 15 e quibus natus sum *POR.*

93. *ratio.* Sententia. — *nam si nat. i.* [Id est: si natura concederet ut homines renascerentur, uel:] quodsi natura faceret aliquem a certo anno repetere uitam suam post mortem et fieret illi potestas eligendi a fatis quos uellet parentes con- 20 tentus essem parentibus meis *ACR.*

95. *ad fastum.* Ad superbiam ad nobilitatem, an ad eligendi fastidium quod ex copia nascitur? *ACR.*

atq. al. l. a f. quosc. p. Ad fastum hoc est ad fastidium ac per hoc superbe *POR.* 25

97—99. *honestos f. e. s.* Magis meos eligerem quam consules aut senatores. — *demens i. u.* Zeugma *fortasse.* — *sanus f. t.* Mire hoc dixit quia ipse eques permansit contempto senatorio ordine *ACR.*

demens i. u. Vulgus enim magni facit nobilitatem ge- 30

7 *lemma in Fabr. Med. est:* sic me defendam 9 generis *cod. Pat.* grauis *rell.* opprobatur *Fabr.* obprobatur *Med.* 12 uerum esse sed e contr. *Fabr. Med. Vt nos cod.* uerum esset e contr. *Pat.* 13 me *om. Fabr.* 14 nasceretur *libri* 15 ex hominibus hon. f. *Fabr. Med.* et hom. h. f. *Pat. Vt nos cod.* 16 e quibus *cod.* ei q. *Pat.* eis quibus *rell.* 17 *inclusa om. cod. Med.* 20 uel *pro* uellet *Fabr.* 22 ac nob. *Fabr. Med.* 24 *nostro lem. omisso* Ad fastum *quod sequitur pro lem. Fabr. Med.* 25 superbiam *Med. Fabr.* 28 equester *cod. Med.*

neris et eos qui gesserunt magistratus. — *sanus f. t.* Hoc ad Maecenatem recte dicitur qui abhorrens senatoriam dignitatem in equestri honoris gradu se continuit *POR.*

100—101. [*onus.* Pro 'toga.' — *sol. p. m.* Quia reuera
5 molestiam habent qui a nobilibus nascuntur. — *nam m. c. m. q. f. r.* Id est: si adeptus essem maiorem dignitatem multa mihi essent necessaria *ACR.*

103. *ne s. rusue peregre.* Ordo est: rusue peregre exirem *POR.*

10 104—106. *petorrita.* Genus uehiculi. Alii carpenta intellegunt non nulli carrucas. — *mantica c. l.* Pera uel auerta [si maius onus intellegendum. Alii inuolucrum uel pera quam dicunt bistaciam] quia pauperes cum insident iumentis post se sarcinas habent *ACR.*

15 *ducenda pet.* Petorritum genus uehiculi est quod uulgo *carrum* dicitur. — *mantica c. l. onere ulc.* *Mantica* pera est. Sed hoc ex Luciliano illo sumptum est: [1*] M a n t i c a c a n t h e r i c o s t a s g r a u i t a t e p r e m e b a t *POR.*

106. *sordes.* Ignobilitatem. [Illis enim obicitur ignobili-
20 tas qui ex infimis orti se nobilissimos esse contendunt]. — *quas t. Tulli.* De quo superius dixerat: [2*] q u o t i b i T u l l i s u m e d. c l. *ACR.*

obiciet n. s. m. q. t. Tilli. Tillium hunc et supra increpuerat quod senatoriam dignitatem recepisset non sufficiens
25 ei nec censu nec moribus *POR.*

109—111. *lasanum.* Vas in quo exoneratur uenter i. e. quo uentrem purgamus, inuentum ad requisita naturae. — 110. *hoc ego c. q. t.* In hoc quod multa mihi non sunt necessaria uel caballi uel calones uel comites et multae aliae
30

4 *duo priora schol. om. cod. Med. recte* 8 *in fine lemmatis et dein post* rusue *Fabr. add.* aut. *Om. rell.* 11 Pera — bistaciam *om. cod. Med.* 16 mantica *lem. est in Fabr.* 17. 18 cantari *sed* h *supra scr. cod.* cantari *Edd. (Cfr. Festus p. 46 Muell. et Varro R. R. II 7)* 18 constas *cod.* 19 *inclusa recte om. cod. Med.* 21 Tulll *bis libri* 23 Tulli *et* Tullium *hic libri omnes Cur* Tilli *et* Tillium *scripserim uide supra* 27 exquisita *libri.* requisita *correximus; cfr. eadem* 'requisita uaturae' *apud Salust. hist. fragm. inc. 20 Kritz. Quintilian. VIII 6, 59* 28 nou *om. Fabr. Med.* 29 multis aliis rebus *libri*

1* *Lucil. Satur. rell. III 9 Gerlach.* 2* *Huius satirae uers. 24*

res commodius uiuo. — [111. *millibus a. a.* Id est: si millia sunt senatorum commodius me fateor uictitare; nam a *Millio* ut quidam putant falsum est; nam numeri tantum singularis est Millium. —] *libido.* Voluntas *ACR.*

113. *fallacem c.* Suburam maiorem in qua uesperi furta semper uenumdantur! et notandum quod *fallacem* dixit. *Circum* nonnulli uolunt esse praepositionem; nam si nomen sit locum circi uidetur significare in quo furta uere distrahuntur. An 'fallacem circum' propter Circenses incerti euentus aut propter samardam? Marda enim, qui circa metas solebat inducere. Illic enim mathematici olim steterant. — [*uesp. p. s. f.* Vespertinum quia quibusdam in locis mercimonia aguntur circa uesperam. Forum est singularum regionum proprium ad quod meridianis horis usque ad uesperam uiciniores procedunt, ut sit πρὸς ἀντιδιαστολήν, ad matutina illa fora maiora et magis communia] *ACR.*

fall. c. u. p. s. f. 'Fallacem circum uespertinumque forum' mihi uidetur suburam dicere quod fere sera hora furtiuas res solent eo uenum deferre. Non autem utique sic hoc dicit Horatius quasi ipse res furetur et eo deferat sed potius quod inde occasiones emendi captet *POR.*

114. *assisto d.* Aut sortilegis aut sarmardicis *ACR.*

adsisto diu. Diuinos sortilegos sortilatores dicit. Porro autem altioris dignitatis homines erubescunt fere in his uulgi circulis stare quod tamen sibi licere facere Horatius dicit per uitae libertatem in qua non esset si in senatoria dignitate constitutus esset *POR.*

1 *tertium hoc schol. recte om. cod. Med.* 5 furta *cod. Med.* furtiuae res *Fabr.* 6 uenundabantur *Fabr.* 8 furta uere *cod. Med.* furtiuae res *Fabr.* 10 samardacum. Samardacus *ad COM. CR. scr. Braunhardus* 11 *inclusum schol. om. cod. Med.* 17. fall. circ.] Mihi uidetur *sic Fabr. Med. Vt nos Pat. cod. nisi quod hic* circum *post lemma om.* 18 hora sena *Fabr.* hora sera *Pat. Med.* 19 utique sic *add. ex cod. Pat.* ipse *ex cod.* 21 occasionem *Edd.* 22 aut sam. a. sort. *Fabr.* 23 adsisto *cod.* absisto *Pat.* ass. *rell.* ass. d.] Sortilegis, sortil. d. *sic Fabr. Med.* 24 fere *cod. Pat.* sero *rell.* iolgi (*i. e.* uolgi) *Pat.* uulgi *rell.* 25 sibi *cod. Pat.* si *rell.* facere *add. ex cod. Pat.* 26 iu qua esset in senatoria dign. constitutus *sic Fabr. Med. Vt nos cod. Pat.*

115. *laganiq. c.* Lagana sunt de siligine quadam factae quasi membranae compositae quas cum piperis liquamine coquunt et sic comedunt. — [*catinum.* Ad prandium uile siue moderatum] *ACR.*

5 *ad p. e. c. r. l. c.* Hanc escam uulgarem esse nemo est qui nesciat *POR.*

116. *lapis a.* Mensa marmorea quam uocant delphicam *ACR.*

et lapis a. p. c. c. duo sust. Marmoream mensam del-
10 phicam significat quae scilicet pretii non magni est *POR.*

117. 118. *adstat ech.* *Echinum* dixit uas aeneum in quo calices lauantur quod modo *triscelum* appellamus. Alii ampullam uitream dicunt; [alii lignum cum uncinis in quo suspenduntur calices, in modum echini marini factum.] — *uilis.*
15 Non magni pretii. — *guttus.* Vas unguentarium. — *campana.* Fictilis uel uiminea uel aenea quia in Campania dicebantur aeneae res optime fabricari *ACR.*

adstat ech. u. c. p. Praeter Echinum. Lucilius sic dixit quasi scortea ampulla sit ut cum ait: [1*] E c h i n u s c i n n a-
20 b a r i i n f e c t u s. Hic tamen uitream ampullam intellegere debemus. — *campana s.* *Campanam* supellectilem intellegi uult, quia Capuae hodie aerea uasa studiosius fabricari dicuntur *POR.*

120. 121. *obeundus Marsya.* Marsya statura in rostris ad
25 quam solebant homines illi conueni̊re qui inter se lites atque negotia componebant; nam et a statua nomen locus acceperat in quo solebant esse accusatores. — *uultum f. n. Nou.* Nouii

1 quaedam facta *Fabr.* quadam factae *rell.* *(Inclusa om. cod. Med.)* 5 at *cod. Pat.* et unlgarem *Fabr.* 9 et lapis alb. *lem. in Fabr. Med.* 10 quae scilicet *cod.* scil. quae *Fabr.* s. *sic rell.* 12 trisellae *cod.* trisillae *Edd.* trullam *Braunh.* *(COM. CR. in superiori schol. add. sic: τρισκελῆς τράπεζα fort. recte)* 13 *inclusa om. cod. Med.* 15 guttum *Fabr* *Deinde* genns unguenti *cod. Med.* uas. ung. *Fabr.* 19. 20 chinabam *Fabr.* *Med.* chinnabam *Pat.* chinnabā* (*erasa ut uidetur* r *littera*) *cod.* cinnabari *Scalig. coni. Cfr. Plin. XXXIII* 7 (hic nabam (!) *Braunhard.*) 20 infectas *cod. Med. Pat.* 21 camp. sup.] Scilicet quia *Fabr.* camp. sup.] Quia *Med.* *Vt nos cod. Pat.* 24 Marsia *cod. Fabr. ubique* 27 in quo *etc. om. cod. Med.*

1* *Lucilius satur. rell. ex libris inc. 107 Gerlach.*

fratres fuerunt quorum minor ad locum qui appellatur Marsya fenerari consueuerat. Hi autem Nouii fuerunt acerrimi feneratores et iocatur de hac re Horatius. Ideo ait: puto Marsyam erectam unam manum habere quod illorum feneratorum impudentiam non potest sustinere. Deinde quod ad statuam 5 Marsyae uadimonium statuebatur *ACR.*

qui se u. f. n. N. p. minoris. Duo Nouii fratres illo tempore fuerunt quorum minor tumultuosus fenerator fuisse traditur. Satirice autem et eleganter hoc dictum quasi ideo manum leuet Marsyas quod sustinere in foro non possit hunc 10 Nouium. *Obeundus* autem *Marsyas,* quia in foro uadimonium sistendum apud signum Marsyae sit *POR.*

122. *aut ego lecto.* Cum me delectet. *Lecto* producta syllaba enuntiare debemus quia frequentatiuum est ab eo quod est *lego POR.* 15

124. *fraudatis.* Expilatis euacuatis. — *immund. Natta.* Nomen tenacissimi usque ad immunditiem *ACR.*

non quo fr. inmundus N. l. Natta pro uulgari ac sordido homine posuit *POR.*

125. 126. *sol acrior.* Calidior hora quinta. — *rabiosi t. s.* 20 Aestuosos dies caniculares *ACR.*

fugio rabiosi t. s. Caniculares dies dicit qui sunt caloratissimi *POR.*

127. *pransus n. a.* Aestus causa tantum pransus quantum me separet a ieiunio quantum potest diem durare h. e. 25 non multum pransus. — *interpellet.* Sustineat prohibeat *ACR.*

pransus n. a. q. i. i. Interpellet pro eo quod est 'prohibeat' posuit. Dicit autem paululum se prandere ac tantum

2 uenerari *Fabr.* obsonari *rell.* 7 minores *cod. Pat. Om. rell.* 8 tumultuose *Edd.* tumultuos; *cod.* 8. 9 dicitur *Fabr. Med.* dicitur traditur *Pat.* traditur *cod.* 10 Marsyas *bis cod.* Marsias *semel cum Edd.* hic *cod. Pal.* 13 Cum me delectet. Lecto *post lem. add. ex cod. Pat. (Praeterea post* producta *cod. addit* priore, *in quo nescio an* posteriore *latescat)* 16 *alterum schol. om. cod. Med.* 18 uulgari ac *add. ex cod. Pat.* 22. 23 qui sunt calidissimi *Pat. Vt nos cod. Om. rell.* 27 Hoc est prohibeat *Fabr.* Interpellet h. e. prohibeat *Med. Vt nos cod. Pat.* 28 paululum *cod. Pat.* parum *rell.*

ne ieiunus sit. Solent enim in ieiunio uires fatigatae deficere *POR.*

128. *domest. otior.* Domi otiosus maneo; notandum *otior* fictum uerbum *ACR.*

5 *domest. otior.* Verbum finxit quod significat *otium ago POR.*

129—131. *mis. amb. gr.* Omnis cupiditas praua miseros facit quia grauiter afficit. — *his.* Hac uita his rebus. — *ac si.* Pro *quam si,* ut:[1*] N o n s e c u s a c i u s s i f a c i u n t *ACR.*

10 *ac si quaestor a. p. a. m. p. fuissent.* Ordo est: Ac si quaestor auus atque pater meus patruusque fuissent. Sensus est autem: Suauius humilitate generis ac dignitatis meae uicturus quam si ex senatoria familia atque ipse senator essem *POR.*

SATIRA 7.

15 *Proscripti r. R. p.* [Describit iurgia P. Rupilii cuiusdam cognomento Regis qui aliquando in Horatium iocularitcr dixit et Hybridae Persii. Hic] Rex Rupilius praenestinus fuit. Iste post exilium praetor cum a triumuiris condemnatus esset confugit ad Brutum et eius socius habitus est ibique Hora-

20 tium iurgio lacessiuit, ob quod amaritudinem stili sui in eum constrinxit; proscriptus autem fuerat ab Augusto propter Brutum. [Item aliter: Publius Rupilius cognomine Rex prae-

1 nam ieiunio (in iei. *Fabr.*) uires deficiunt. *Med. Fabr. Vt nos cod. Pat.* 3 ocior *cod. Fabr.* otior *Med.* ociosius *Fabr.* 5 otior *cod.* ocior *Edd.* quod sign. *cod. Pat.* i. e. *rell.* 7 Ab omni cupiditate pr. quae *Fabr. (seq. schol. om. cod. Med.)* 9 quasi *libri.* quam si *corr.* 10 fuissent *codd. Pat. cum optt. codd. Horatt. Om. rell.* Ordo — fuissent *et dein* autem *addidimus ex codd. Pat. Om. rell.* 12. 13 sum uicturus *Edd.* uicturus *codd.* 15 *inclusa om. cod. Med. in fine schol. sic exhibent:* Item describitur iurgium — Persii 19 comes eius *Fabr.* 21 proscriptus — Brutum *om. Fabr.* 22 *inclusa in cod. et Med. in seq. Acronis schol. eadem habet post* semiromanum

1* *Aen. III* 236

nestinus post exitum belli ciuilis commilito fuit Horati in castris Bruti. Hic aegre ferens quod Horatius tribunus esset saepe ignobilitatem generis illi obiciebat. Idcirco eum nunc ex persona alterius lacerat] *ACR.*

pus atque uen. Malignitatem atque liuorem *ACR.* 5

Proscripti r. Rupili p. a. u. [Hoc in Rupilium Regem praenestinum cuius contentionem cum Persio commemorat cuius Persi iocum refert; qui quamuis graecus fuit hic Persius ciuitatem tamen romanam sumpserat unde *hybridam* appellat.] P. Rupilius cognomine Rex, praenestinus, post exilium 10 in quod damnatus profugerat militauit in Africa sub Attio Varo. Deinde cum praeturam gereret proscriptus a triumuiris confugit ad Brutum et inter comites habitus est. Ibi militantem Horatium Flaccum iurgio lacessiuit, propter quod amaritudinem stili poeta in eum strinxit *POR.* 15

2. *hybrida.* Persius ex diuersis parentibus natus; nam Clazomenius fuit patre asiatico matre romana. Tractum est ab aquila ea quae ex aquila et uulture nascitur. Translatiue ergo Horatius lacerauit Persium quasi semiromanum. Hybridae autem proprie dicuntur canes qui nascuntur ex cane ue- 20 natico et cane gregario. Item hybrida dicebatur Persius quia de matre graeca natus fuerat et patre romano. Aliter: hybrida dicitur qui habet patrem graecum et matrem italam; aut per contrarium hybridam dicunt appellari qui mixto genere sermonis loquatur graece latineque *ACR.* 25

hybrida quo p. s. P. u. Persius clazomenius fuit; hybridae autem proprie dicuntur canes qui ex inparibus nati sunt, hoc est, ex uenatico et gregario. Ad hanc similitudinem uidelicet hunc Persium parentes habuisse i. e. Graecum

5 *hoc schol. sequenti subiungunt libri* 6 Rupili *cod. et pr. m. Mon. sed deinceps* Rutilius *uterque praebet cum Pat. Med. Ceterum priorem scholii partem suppositiliam iudico* 11 Attica *libri.* Africa *recte Spohnius apud Kirchnerum* 16 *scholion hoc maxime turbatum et interpolatum non potui emendare* 17. 18 Tractum — nascitur *in libris post* semiromanum *sequitur* 21 ideo et *pro* item *Fabr.* 22 aliter *om. cod. Med.* 25 *post* latineque *Fabr. addit:* Proscripti] Condemnati a duumuiris quoniam secutus est partes Bruti et Cassii contra Augustum 29 Graecum et Romanum *sic simpliciter Fabr. Vt nos rectissime codd. Pat.*

et Romanam aut Romanum et Graecam et ideo hybridam appellatum [opinor] *POR.*

3. *lippis.* Otiosis, sedentibus apud medicum. — *et tonsoribus esse.* Tonsores qui solent tardi esse studio et lippi qui 5 solent oculorum cura alieni a negotiis sciunt quomodo hybrida Persius persecutus sit malitiam Rupilii Regis *ACR.*

opinor o e. l. n. e. t. e. Adeo ait diuulgatum esse quibus modis insectatus sit Persius Rupilium ut et in tonstrinis haec et medicinis narrata sint. Fere autem in his officinis 10 otiosi solent considere ac res rumoribus frequentatas fabulis celebrare *POR.*

5. *Clazomenis.* Apud Clazomenas ciuitatem Asiae et erit aduerbium loci *ACR.*

6. *atque odio q. p. u. r.* Odio [pro] molestia, ut Teren- 15 tius:[1*] e u m i s t o c o d i ó L a c h e s. Allusit; etenim reges inuisissimi erant et nomen eorum propter memoriam Tarquinii execrabile erat; hunc quoque odiosum dixit *ACR.*

7. 8. *confidens.* Audax temerarius improbus. Fidens bonis confidens malis. Terentius:[2*] h o m ó c o n f i d e n s q u i 20 i l l u m d i i o m n e s p é r d u i n t. — *adeo.* Vsque adeo. — *sermonis a.* Mordacis maledici. — 8. *Sisennas Barros.* [Pro maleficis posuit i. e. malae uitae hominibus.] Sisenna fuit illis temporibus maledicus et mordax; barri autem dicuntur maledici. Id est: adeo erat sermonis maledici ut Sisennas barros 25 uideretur uincere et de his triumpharet qui et ipsi maledici fuerunt; id est: adeo erat odiosus ut de nobilissimis detracto-

2 opinor *male addit Fabr. nam ad lemma quod sequitur trahendum* 3 apud med. *om. cod. Med.* 4 et *om. Fabr.* 5 oculorum caecati a neg. *cod. Med.* 6 est *pro* sit *libri* (Publii *cod. Med.*) 10 considerare *sic Mon.* consedere *rell.* 12 Apud ciu. Asiae, Clazomenon. Hic pluralis numeri est et aduerb. loci *sic Fabr.* 15 Lache *Fabr.* habes *rell.* allusit etenim *om. Fabr.* 16 iniustissimi *cod. Om. Med.* 17 dixit *cod. Med.* faciebat *Fabr.* (*Ceterum hoc schol. cum seqq. in cod. Med. sic turbantur:* habes. Confidens. Audax temerarius iracundus aut superbus. Fidens bonis, confidens malis. Adeo, usque adeo. Sermonis amari. Mordacis maledici; allusit etenim — dixit) 21. 22 Pro — hominibus *om. cod Med.* 22 Sisennas *Fabr.* 23 bari *cod.* barri *Med.* Barrhi *Fabr.* (enim *libri*)

1* *Terentius Hecyr. I 2, 59 (134) Fleckeis.* 2* *Terent. Phorm. I 2, 73 (123) Fleckeis.*

ribus triumphum ageret Persius clazomenius. — *ut equis pr. a.* Allegoricos ut facile eum superaret, quia equi albi dicuntur esse uelociores, sicut dicit Verg.:[1*] Et candore niues anteirent cursibus amnes *ACR.*

adeo serm. a. S. Barros ut e. p. a. Adeo fuit, inquit, 5 in rabie orationis amarus Persius ut Sisennam atque Barrum longe anteiret; sed hoc ipso ita gloriabatur quasi quadrigis triumphalibus incederet. Videlicet autem Sisennam et Barrum maledicos fuisse [dicit] *POR.*

9. 10. *postq. n. i. u. c.* Postquam capitales inimici et 10 inexpiabiles facti sunt. *Conuenit* autem translatum est. — *hoc et. s. o. i. m.* Sensus est: ita enim inter se mali homines decertant et nesciunt cedere ut uiri fortes in bello. Aliter: hoc sunt modo omnes molesti quo hi qui contra se bellum habent et quare? quod usque adeo dimicant uterque donec 15 uno superato alter uictor discedat *ACR.*

hoc etenim s. o. i. m. q. f. q. adu. Eadem pertinacia, inquit, mali homines inter se contendunt qua bellant uiri fortes *POR.*

13. *capitalis.* Magna periculosa. — *deuideret.* Dirimeret 20 litis finem faceret *ACR.*

15. *duo.* Pro *duos,* ut Vergil.:[2*] Si duo praeterea tales Idaea tulisset *ACR.*

duo si d. u. i. Id est: Si discordia in se incitet inpares ut Diomeden et Glaucum, cito contentio finietur cedente in- 25 feriore et ultro dante aduersario munera *POR.*

16. 17. *aut si t. u.* Inter uirum fortem et ignauum. — *ut D. c. L. G.* Glaucus enim confessus se uictum munus Diomedi misit arma sua aurea et Diomedes aerea sua. Aliter: Diomedes et Glaucus inimici fuerunt; Diomedes fortis, Glau- 30 cus ignauus et Diomedi munera misit ut ab armis discederet *ACR.*

1 triumpharet *cod. Med.* 3 nobiliores *libri* 5 uarros (*et sic pro barr. ubique*) *libri* 7 ita *om. Fabr. item paulo post* autem *quod nos retinuimus incluso uerbo* dicit 11 transactum *libri* 16 abscedat *cod. Med.* 24 in se *add. ex Mon.*

1* *Aen. XII 84* 2* *Aen. X 285*

ut Diomedi c. L. G. Lycius natione fuit Glaucus qui cessit Diomedi arma sua aurea acceptis a Diomede aereis quod apud Homerum in Zeta Iliados legitur *POR.*

19. *ditem A.* Copiosam. — *R. e. P. p. p.* Methaphora
5 a gladiatoribus et satis amare quasi de gladiatoribus *ACR.*

Rupili e. P. p. p. Iculariter contentionem horum refert quasi gladiatoriam pugnam *POR.*

20. *cum Bitho B.* Bithus et Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum sub Augusto.
10 Mire in methaphora i. e. in translatione perdurauit. Id est: Melius pugnant in lite Rupilius et Persius quam memorati gladiatores in pugna *ACR.*

uti n. conp. c. Bitho Bacchius. Bithus et Bacchius gladiatores optimi illis temporibus fuerunt, qui cum multos in-
15 teremissent commissis inter se mutuis uulneribus conciderunt. Et cum eodem tempore mulier quae septem extulerat nuberet ei qui uxores septem amiserat conpositum est epigramma tale . . . . . . *POR.*

20. 21. *in ius.* Quasi gladiatorium. Alii: in iudicium,
20 in litem. — [*acres p.* Quia non potuerunt finiri causae eorum. Ordo est: si discordia uexet duos inertes in ius acres procurrunt. — *magnum sp.* Mire rursus perdurauit in translatione theatri et iudicii] *ACR.*

23. *laudat B. l. c.* Cohortem comites dicit Bruti qui in
25 consilio eius erant. Sic et Lucilius ait: [1*] V t p r a e t o r i s c o h o r s u t n o s t r i s d i x i t a r u s p e x *POR.*

24. *solem A. B.* Vt Vergilianum illud: [2*] O l u x D a r d a n i a e s p e s o s a n c t i s s i m a T e u c r u m. Rupilius Rex comes fuit Bruti; solem ergo dicebat Brutum et comites stel-

1 Gl. n. f. Lyc. *Fabr.* 3 In Iliade *Fabr. Med.* in Zeta Iliados *rell.* 9 *post* Augusto *add. cod. Med.* tamen 10 i. e. in transl. *add. ex cod.* 17 compertum *Edd.* compositum *codd.* 18 tale *om. Fabr. Med.* (*ipsum autem epigramma excidit et in codd. spatium uacuum relictum est*) 20 *alterum et tertium schol. om. cod. Med.* 25 praetores *codd.* (*dein* et *pro* ut *Mon.*) 27 Vt Vergilius *Fabr.* Vergilianum illud *cod. Med.* 28 sanctissima *cod. Med.* fidissima *Fabr.*

1* *Lucil. rell. inc. libr. 62 Gerlach.* 2* *Aen. II 280*

las salubres, Rupilium uero canicularem stellam h. e. Sirium *ACR.*

26. *inuis. agr. s.* Quia pestiferum *ACR.*

canem i. inuis. a. s. u. r. Opportune laudans Brutum et comites eius soli et stellis salubribus eos conparat. Regem 5 quem accusat caniculae hoc est pestilenti sideri conparat *POR.*

26. 27. *ruebat fl. u. h.* Id est: ita ruebat eius oratio quasi torrens descendens ab altissimo monte. *Quo rara securis fertur* h. e. ad quem montem raro uenitur praecidendorum gratia lignorum. Fabula talis est: Quodam tempore 10 rusticus cum iuxta fluuium ligna caederet casu securis eius in fluuium cecidit. Mercurius hoc de summo monte uidens descendit ad rusticum interrogauitque eum quid amisisset. Ille simplicitate sua ait: 'securim ferream perdidi'. Mercurius leuauit auream, ille suam sibi reddi cupiebat. Collau- 15 dauit eum deus et suam illi et auream condonauit. Alter agricola hac fama commotus iuit ad fluuium et dum se simulat ligna uelle caedere securim in fluuium uoluntarie proiecit. Similiter hoc supra dictus deus uidens descendit leuauitque ferream; ille auream se perdidisse fingebat; iratus deus 20 et illam dimisit, itaque qui auream habere cupiebat et suam perdidit. Ergo dicit modo poeta: sic in iniuriam Rupili Persius irruebat quomodo fluuius ille qui habet auream securim. — *fertur quo rara s.* Quia omnia ligna secum trahit torrens non eget securi *ACR.* 25

ruebat fl. u. h. f. q. r. securis. Tanto impetu, inquit, eloquium ore effundebat quanta ui flumen ex montibus altissimis ruit. Hoc enim significat *fertur quo rara securis.* Nam utique non facile itur in ea loca ad caedendum lignum quae sunt nimis alta atque abrupta *POR.* 30

28—31. *tum praen.* Rupilius Rex. — *salso.* Id est: de amaro et copioso et maledico pectore protulit conuicia et remisit. — *expressa a.* Id est prolata pectore allegoricos. —

4 *lemma om. Fabr. Med.* oportune qm̃ laud. *sic codd.* 5 conparauerat *Mon, Quae iam secuntur om. Fabr. Med.* 18 uoluntate *Fabr.* 24 *hoc alterum schol. om. cod. Med.* 26 *lemma et quae secuntur usque ad* significat *om. cod. Med. (aberratione oculorum)* 29 ligna *Fabr. Med.*

regerit. Inuicem mittit. [Voluit uirum acrioris malitiae exprimere]. — *durus uindemiator. Vindemiator* non dicitur sed *uindemator* et ni ita dixeris uersus non stabit. Hoc autem ipsa re nouimus, quod uiatores saepe cum uindemiatoribus
5 conuiciis agunt cum transierint et illi respondent ita ut cuculum eum appellent quasi pigrum [et laborem dicunt eum subire alienum sicut cuculus quia aliena oua fouet] et recitant hoc custodibus eo quod semper assident. Bene autem perseuerauit in metaphora quia arbustum pectus eius dixit
10 modo illum [duro] comparat uindemiatori. — *et inuictus c. s. u. c.* Solent enim uindemiatores cum uiatoribus falsa fatigatione contendere. — *magna c. u. cuculum.* Cuculus auis est abiecta quae hoc uitio naturali laborat ut oua ubi posuerit oblita saepe aliena calefaciat; unde rustici sibi obiciunt quasi
15 alieni fetus curam sustinentes. [Est autem pigra ut interdum pigritia ne uolet fame moriatur] *ACR.*

tum Praenest. salso multoq. fl. e. a. r. c. d. u. e. inuictus. Vrbane ac copiose inquit locuto Persio inuicem Rupilius conuicia regerit non minus ridiculus quam rustici uindemiatores
20 solent esse in eos uiatores a quibus per derisum *cuculi* appellantur. Nam solent leuia rustici circa uiam arbusta uindemiantes a uictoribus *cuculi* appellari, cum illi prouocati tantam uerborum amaritudinem in eos effundunt ut uiatores illis cedant contenti tantum eos cuculos iterum atque iterum
25 appellare. *Salso* ergo *multoque fluenti arbusto* ad uindemiatores arbusti relatione facta dictum esse intellegere debemus, qui scilicet salso ioco aliterque uiatores insectantur in sui ultionem *POR.*

32—34. *italo p. a.* Romana amaritudine et hoc propter
30

1 *inclusa om. cod. Med.* 2 uindemator non d. sed uindemiator *sic cod. Med.* 4 cum uindemiator *Fabr.* uindemiatoribus *rell.* 5 agant *libri* 6 cuculum *cod. Med.* cucullum *Fabr.* *inclusa om. cod. Med.* 10 duro *om. cod. Med.* 15 fetus *om. cod. Med. item quae dein uncis inclusimus* 17 salso — inuictus *in lem. om. Fabr. Med.* 20 solent esse *codd. Pat.* solantes se *Fabr. Med.* cuculli *libri item apud Acronem* 23 effundant *Fabr. Med.* 24 illi discedant *codd. Pat. fort. rectius* tantum *om. Fabr. Med.* 27 qui — ultionem *om. Fabr. Med. Addidimus ex codd. et Pat. qui tamen habent* salsi loco

arbustum i. e. afflictus itala mordacitate. — *per m. B. d. te.* Iste est qui Caesarem occidit. — *qui reg. c. toll.* Aut propter Caesarem dixit hoc qui est interfectus in senatu a Cassio et Bruto aut quia originem ducebat a Bruto qui pepulit de urbe Tarquinios *ACR.* 5

at Gr p. e. italo p. a. Allegoricos. Postquam est, inquit, Persius acrius conuiciis Rupili reus percussus, Persius exclamat: *Per magnos Bruto deos te Oro qui reges consueris tollere cur non Hunc regem iugulas.* Vrbanissimus iocus; nam quia Tarquinius superbus rex Romanorum per Iunium Brutum 10 in exilium actus est et C. Caesar qui regnum uidetur adfectasse per Brutos in senatu est occisus quasi infestum Bruto nomen esse uidetur iam regum. Ergo iocans in nomen regis Rupili ait: O Brute sequere generis tui gloriam et hunc Rupilium Regem extingue *POR.* 15

SATIRA 8.

1. *Olim truncus e. f. i. l.* [Priapus loquitur execrans uenena Canidiae]. Inducit Priapum qui stat in hortis esquilinis dicentem non tam sibi laborandum in seruandis eis a furibus quam in ueneficiis perferendis. Quomodo autem a 'corylo' *colurnus* ita a 'ficu' *ficulnus* deriuatur. *Inutile* ad nullos 20 usus genitum *ACR.*

Olim tr. e. f. Priapum positum in hortis qui erant extra portam esquiliam antequam aedificiis quoque locus occuparetur inducit referentem non tam magnum negotium sibi esse custodiendis hortis a furibus atque auibus quae semina con- 25 sumant quam a neneficis qui se in eisdem locis inquictent.

2 est *om. Fabr.* 7 repercussus *Fabr. Med. Vt nos rell.* 8 te *addidimus* consueueris *codd. Pat.* consuesti *Fabr. Med.* 9 nam *om. Fabr. Med.* 13 regum *cod.* regibus *Mon.* regnum *rell.* 14 Rupili *codd. ubique non* Rupilii *ut Edd.* 16 *inclusa om. cod. Med.* 18. 19 seruandis furibus *libri* 19 in *post* quam *addidimus* 22 ECLOGA VIIII *sic inscribit Mon.* 23 Esquilinam *Fabr. Med.* exquiliam *rell.* (*sed infra* esq. *codd.*) 24 negotium *om. Fabr. Med.* 26 consumunt *libri* ueneficiis quae *Fabr. Med.*

— *inutile lignum.* Merito; nam haec materia nullis fabricis idonea est. Attende nomen a 'fico' deriuatum *ficulnus* non ut uulgo *ficulneus POR.*

2—6. *cum f. inc.* Supple *esset.* — *maxima f.* Deest 5 *factus sum.* — *nam f. d. c.* Quia fustem tenens figuratur. — *obscenoq. r.* E ligno uirile membrum factum. — *importunas u.* Quae hortis noceant *ACR.*

7. *uetatq. n. c. h.* *Nouis* quia semper exercentur noua cultura; aut propter recentem dedicationem Maecenatis *nouis* 10 h. e. nuper institutis ac recens satis; aut quia antea sepulcra erant in hoc loco in quo nunc sunt horti Maecenatis ubi modo thermae traianae. Ante enim tanta misericordia tenebantur maiores ut etiam publica monumenta pauperibus et seruis aedificarent *ACR.*

15 *uetatque n. insidere i. h.* Ideo dixit quod cum esquilina regio prius sepulcris et bustis uacaret primus Maecenas ad salubritatem aeris ibi hortos constituit. Potest *nouis hortis* accipi pro 'recens satis'. Maxime enim aues tum prohibendae ex hortis sunt ne semina in terram missa colligant *POR.*

20 8—10. *huc.* Ad illum locum in quo Priapus stabat; huc aliquando cadauera portabantur plebeiorum siue seruorum; nam sepulcra publica erant antea modo Maecenatis horti. — *prius.* Ante hoc temporis. — *angustis e. c. c.* Angustis cellis uilissimis tuguriis. — *conseruus.* Pauperum et seruorum ca-25 dauera hic olim sepeliebantur, nam ideo subdidit *conseruus.* — *portanda l.* Quia conserui locabant et sepeliebant alios seruos. — *in arca.* In loculo uel sepulcro. — *stabat.* Statutum erat. — *commune sepulcr.* Soliti enim erant carnifices in esquilina uia puteos facere in quos corpora mittebant *ACR.*

2 de fico *Mon.* 3 uulgo ficus *pr. m. cod. cum Mon. Pat.* ficulneus *cod. ead. man. in marg.* 15 insidere *codd. Pat. Om. rell.* (considere *codd. Horatt.*) 16 et bustis *om. Edd., alt. man. in marg. add. Mon.* ad *om. codd. Pat.* ob *Med.* 17 ibi esse passus hortos *codd.* ibi esse ritus hortos *Pat.* ibi hortos *rell.* (*fort.* passim *add. erat*) Nouis]. Id est recens satis. Tunc enim aues prohib. etc. *sic Fabr. Med.* 19 in terram missa *om. Fabr. Med.* 20 *tria priora schol. in cod. et Med. post illud secuntur quod incipit* commune sepulcr. *sed hoc ipsum in libris male quintum locum obtinuit* 28 *lem. om. cod. Med.*

11. *Pantolabo sc.* Pantolabus Mallius uerna trans Tiberim ex ingenuis parentibus natus qui quia a multis pecuniam accipiebat inde Pantolabus dictus est; qui quamuis multis uitiis abundaret, propter scurrilitatem tamen compluribus erat domesticus et notus. *Scurrae* dicuntur homines nilissimi et abiecti [utpote scenici]. — *Noment. n.* Nomentanus prodigus fuit et omnia bona sua comederat; et eleganter his duobus Pantolabo et Nomentano apud esquilias in publicis ustrinis monumentum dicit fuisse quia priuatum habere locum non potuerant, omnibus suis absumptis *ACR.* 10

Pantolabo sc. N. n. m. p. in fr. et reliqua. Vrbanissime dicitur. Haec regio namque publicas ustrinas habebat. Quare eleganter Pantolabo et Nomentano qui bona sua comederant publica monimenta praestare nunc dicitur scilicet quia priuata habere non poterant. Solet autem priuatis monimentis inscribi quot pedes in fronte quot in agris habeant. Item singularibus plerumque litteris notari solet: H. M. H. N. S. (hoc monimentum heredes non sequentur) uidelicet ne qui ins habeant inferendi reliquias aliorum mortuorum. Fuit autem Mallius uerna trans Tiberim ingenuis parentibus natus qui quia a multis pecuniam mutuam erogabat Pantolabos est cognominatus. Sed quamuis aliquot uitiis teneretur tamen cum pluribus erat domesticus et notus. Cassi autem Nomentani huius quem nepotem propter prodigam uitam appellauit saepe meminit *POR.* 25

12. 13. *in fronte.* In latitudinem. — *in agrum.* In lon-

1 Pantolabus *ubiq. Fabr.* 4 qui *addidit etiam Ritterus. Cfr. Porphyr.* 6 utp. scen. *om. cod. Med.* 8 tonstrinis *cod. Med.* 10 poterant *Fabr.* 11 Pant. sc. *lemma in Fabr. Med.* 13 et Nom. *codd.* Nomentanoq. *Edd.* 14 lata *codd.* publ. *Edd.* (monimenta *codd.* monum. *Edd.*) scil. *add. ex cod.* 15 solent *Edd.* 16 agro *Fabr. (et pr. m. Mon.)* 17 plerumque *add. ex codd. Pat. item* solet H. M. H. N. S *om. Mon.* h. m. h. s. *sic Med. Pat.* 17. 18 h. m. h. n. sequentur *Mon. et cod. ead. man. in marg. Om. Pat. Med.* h. m. h. n. sequitur *Fabr.* 18 ne qui ius *codd.* ne qsuis *Pat.* ne pro suis *rell.* 19 habeat *libri* reliquiis aliorum multorum *Fabr.* 21 a *add. ex Mon.* rogabat *Edd.* Pantalobos *Fabr.* 22. 23 tamen erat *Edd.* (tamen *om. codd.*) compluribus *Edd.* cum pl. *codd.* 23 domesticis notus. Cassi *codd.* domesticus. Horatius autem Cassi *etc. Edd.* 24 cuiusque *Mon.* huiusq. *cod.*

gitudinem. Titulus erat scriptus agri modum ex utroque spatio designans. [Ideo cippus erat positus ne heredes illius regionis haberent potestatem auiti siue paterni]. — *heredes*. Nescio quis donauit agrum suum populo ad sepulcra et posuit
5 fines ut haberet in latitudine mille pedes trecentos in longitudine. Hoc tantum fecit ne heredes eius publicum inuaderent monumentum, nec haberent facultatem petendi spatium illud mille pedum et trecentorum. Item inscriptum erat sepulcro ne ad heredes pertineret h. e. ne corpora aut reliquiae
10 alienae inferrentur. — [*ne sequerentur*. Quia uenditum erat] *ACR*.

14. *nunc l. Esq.* Esquiliae dicitur locus, in quo ante sepeliebantur extra portam illam in qua est sessorium. — *habit. salubr.* Recte dixit *salubres*. Loca enim salubria sunt in qui-
15 bus amoenitates sunt. Sensus hic est: Ibi nunc amoenitas aedificiorum grandis est ubi aliquando albebant ossa miserorum i. e. tristes homines intuebantur hunc agrum aliquando album ex ossibus cadauerum. [Salubribus igitur quia nemo ibi modo sepelitur; sublata enim sunt sepulcra et modo ibidem horti]
20 *ACR*.

nunc l. Esq. h. s. Scilicet quia promotae longius ustrinae salubres factae sunt Esquiliae *POR*.

[15. *in apr. sp.* Quia sepulturae sunt mutatae in hortos. — *modo*. Paulo ante *ACR*.]

25 16. *albis inf. s. o. a.* Manifestissima ἔκλειψις; *spectabant* enim non utique alii quam homines intellegendum *POR*.

17—20. *furesque f.* Fures propter hortos, ferae propter cadauera mortuorum. — *uersant*. Mutant; in aliis *uexant* lego *ACR*.

30 21. 22. *simulac.* Mox ut. — *uaga*. Quia per Zodiacum uagatur; ut Maro:[1*] H i c c a n i t e r r a n t e m l u n a m s o-

2 Ideo — paterni *om. cod. Med.* 5 habeant *Fabr.* habeat *rell.* trecentosque *Fabr.* 7 nec *cod. Med.* ne *Fabr.* 10 exinde pro alienae *cod. Med.* 18 *inclusa om. cod. Med.* 21 Scilicet *om. Fabr. Med.* quia quae ante longius *Fabr. Med.* quia preãte l. *Pat. Vt nos codd.* 23 *haec duo schol. om. cod. Med.*

1* *Aen. I 742*

lisque labores. — *protulit os.* Verg.:[1*] Protulit os sacrum *ACR.*

s. uaga l. d. p. o. q. o. Bene *uaga,* sicut Vergilius: errantem lunam *POR.*

23. *uidi e.* Hic uersus tragice profertur, ut:[3*] Vidi egomet duo de numero cum corpore nostro Prensa manu magna medio resupinus in antro Frangeret ad saxum *ACR.* 5

24. *Canidiam.* Pro Gratidia neapolitana unguentaria quam semper ut ueneficam carpit Horatius *ACR.* 10

uidi e. n. s. u. p. Canidiam. Et alibi dictum est Gratidiam nomine fuisse neapolitanam nnguentariam quam Canidiam hic appellat et ut ueneficam carpit maxime in Epodo carmine *POR.*

25. *cum Sagana m.* Ostendit fuisse etiam minorem; aut maiorem natalibus aut aetate aut censu aut maiorem quam fuit ipsa Canidia *ACR.* 15

cum S. m. u. Memini me legere apud Helenium Acronem Saganam nomine fuisse Horati temporibus libertam Pomponi senatoris qui a triumuiris est proscriptus. Sed cum dicat maiorem apparet aut sororem hanc habuisse minorem se aut fuisse et aliam Saganam illis temporibus minorem hac uel aetate nel natalibus uel censu *POR.* 20

27. *pullam.* Nigram. — *diuellere.* Dilacerare. — *mordicus.* Aduerbium a mordendo. Aliter: Pro eo quod est morsibus uelut aduerbialiter locutus ut 'radicitus' *ACR.* 25

pullam d. m. a. Coep. Haec uidelicet iam ad maleficia ueneficarum pertinet. *Pullam* autem nigram accipere debemus ut et Vergilius ait:[2*] [Reiec] ne maculis infuscet uellera pullis Nascentum *POR.* 30

3. 4 errantemq. *codd. Pat.* 6 nostra *Fabr.* 11 Canidiam *lem. in Fabr. Med.* 18 helenum cronem *cod. Pat. Med.* helenemcronem *Mon.* 19 Horati temp. *om. Fabr. Med.* 19. 20 Pompei saga senat. *cod.* Pompei sagana sen. *Mon.* libertam Pompei sen. *Pat.* lib. Pom. (*sic!*) sen. *Med.* l. Pomponii sen. *Fabr.* 22 habuisse *pro* fuisse *codd.* maiorem *sed in marg.* minorem *cod.* 29 Reice *om. codd. Pat.* infuscent *Fabr. Med.*

1* *Aen. VIII 691* 2* *Aen. III 623* 3* *Georg. III 389*

29. *manes.* Quid sint manes animae responsa daturae ἐπεξήγησις. — *elicerent.* Prouocarent *ACR.*

ut inde manes el. a. r. d. Mire dictum est manes animas h. e. quae animae manes sunt ut si diceret 'manes mor-
5 tuorum' *POR.*

30. *lanea e. e.* Bis subaudis *effigies* ut sit 'lanea effigies' et cerca etiam *ACR.*

lanea et eff. e. a. c. Ordo est: Lanea effigies erat altera cerea *POR.*

10 31. *quae p.* Sic steterant, ut cerea laneam coerceret i. e. stabat effigies cerea ante laneam quasi passura poenam *ACR.*

maior lan. q. p. conp. inf. Sic figuratas dicit fuisse has duas effigies ut lanea supplicium de cerea sumere uideretur
15 *POR.*

32. *seruilibus.* Grauissimis uerberibus, flagris *ACR.*

35. *serpentis a. u.d* Ordo est: serpentis atque canes. — *inf. e. c.* Aut Cerberum dicit aut furias *ACR.*

serpentes a. u. i. e. c. Sic fere instruit Horatius ut con-
20 iunctiones non suo loco ponat; et est ordo: Serpentes uideres errare atque infernas canes. Sic et paulo supra dictum est: L a n e a e t e f f i g i e s e r a t a l t e r a c e r e a *POR*

36—39. *ne for. his t.* Factis scilicet. — *post m. l. s.* Ioculariter ne quis ea uideret latebant post sepulcra. —
25 *mentior at si q.* Si quid mentior. — *Iulius et fr. Pediatia.* Quidam infames temporis illius. Alii dicunt poetas fuisse pessimos. Pediatia ergo nomen uiri est sed soluti. Alii 'perditos triuiales' exponunt. *Fragilis* autem 'mollis' 'fluxus'. — *furq. Voranus.* Istum dicunt furem fuisse iudicem *ACR.*

30 *Iulius et fr. Pediatia f. V.* Pediatius eques romanus honesto patrimonio consumpto etiam castitatem oris amiserat et indulgentia parentum mollis euaserat ut omnem libidinem

1 Quid sint *fort. eiciendum erat* 2 elic. Prouoc. *om. cod. Med.* 3 manibus *in lem. et paulo post codd. Pat.* 4 ut *codd. Pat.* ac *rell.* 6 sit *et* et *add.* 13 conpesceret *Mon.* Quae sic fig. *Fabr.* 17 *prius schol. add. ex cod.* 19 instituit Hor. coni. ut *Fabr.* 22 et *post* Lanea *om. Fabr.* 31 etiam *codd. Pat.* et *rell.* 32 mollius *Fabr. Med* mollis *codd. Pat.*

cum uoluptate pateretur; propter quod eum Horatius feminino nomine *Pediatiam* non *Pediatium* appellauit. Ob eandem causam et fragilem dixit i. e. mollem. *Voranus* autem Q. Lutati Catuli libertus omni loco omni tempore furacissimus fuisse dicitur; de quo etiam illud traditur cum deprehensus a num- 5 mulario esset cuius de mensa nummos subtractos in calceos sibi infarciuerat: quidam iocans in eum 'Belle' inquit 'si te nummularius ille exchalciauorat' cum aspiratione secundae syllabae ut simul et *χαλκόν* i. e. aes ablatum ex calciamento obiceret *POR.* 10

40—45 *alterna l.* Respondentes. — *triste e. a.* Hoc est metuendum et lugubre. — *uariae.* Maculosae. — *imag. cerea.* Hypermeter uersus ut:[1*] Solio tum Iuppiter aureo. — *lar. ars. ignis.* Sermo iste molestus dicitur *ἐπιφερόμενος κατὰ κοινόν:* quid memorem ut largior arserit ignis; deest tamen *ut.*— 15 *et ut n. t. i.* Quid dicam quomodo eas ultus sim prae timore et quomodo inultus non recesserim et eas terruerim *ACR.*

et imag. cerea l. a. *Ὑπέρμετρος* uersus ut et ille homericus:[2*] *Κύκλωψ τῆ πίε οἶνον ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα;* et Vergilius:[3*] Hic finis fandi; solio tum Iup- 20 piter aureo et alibi:[4*] Iamque iter emensi turres ac tecta Latinorum *ACR.*

46—48. *displosa.* Rupta percussione; *explosum* est 'eiectum', *displosum* est 'cum impetu oioctum'. — *diffissa n. f.* *Ἀναφορά* i. e. ego ficus, qui e ficu factus sum Priapus diffissa nate 25 pepedi. — *a. S. caliendrum.* Caliendrum dicitur ornatus capitis

1 eum *om. Fabr. Med.* 3 dixit et mollem *Edd.* d. ut mollem *coni. Ritterus. Vt nos codd.* Luctatii *Fabr. Med.* 7 insarciuerat *Fabr. Med.* quid. iocans. Belle *Fabr. Med.* q. iocausas *Pat. Vt nos codd.* 8 exchaliauerit *Fabr.* asp. scilicet primae syll. *Edd.* 9 simul ut *Fabr. Med.* ut simul et *codd. Pat.* calciato *codd.* 14 *quintum schol. corruptum non habui quo corrigerem; fort. sic scr.* dicitur. *κατὰ κοιν.* 'quid memorem'; ante 'largior ars. ig.' deest tamen ut. 16 sum — recessi — terrui *libri* 18 *ὑπέρμετρος codd.* hypermetrus *Edd.* 19 *φάγες om. cod. et post κρέα add. ἔφασες (in quo fort. latet ὄφρ' εἰδῇς). In Edd. hic uersus legitur: Κάστορα θ' ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα (Iliad. γ 237) nisi quod θ' om. Fabr. KyKλωψ ceeιcι NON επιe φαγec eaNΔPoμea KePea Mon.*

1* *Aen. X 116* 2* *Hom. Odyss. ι 347 (Iliad. γ 237 in adnotat. uide)* 3* *Aen. X 116* 4* *Aen. VII 160*

mulierum quo ad exornandos crines utuntur, siue suppositus crinis quem pro naturalibus capillis accipiebant *ACR.*

Canid. d. a. S. caliendrum exc. locatur in has quasi altera dentibus adpositis uti solita sit altera quod glabra fuerit,
5 caliendrum h. e. galericulum habere consueuerit. *Caliendri* meminit et Varro in eo libro qui inscribitur: 'Virgula diuina' dicens:[1*] Ego nunc postulem Agamemnona meum tantis coturnis accipit Critonia caliendrum *POR.*

49. 50. *excidere.* Nimia scilicet senectute. — *incantata.*
10 Aut non cantata aut ualde cantata. — *uincula.* Quaedam licia diuersis coloribus *ACR.*

atq. i. l. u. c. m. r. i. u. Videres uerbum reuocandum ad id quod dixerat *excidere;* sic enim coniungendum: *excidere uideres POR.*

SATIRA 9.

15 *Ibam f. u. s.* De Epagomeno dicit. Refert se cuiusdam ignoti diuturna garrulitate fatigatum *ACR.*

Ibam f. u. s. s. m. e. m. Refert hac satura descendentem se uia sacra incidisse in hominem molestum et garrulum neque se ab eo auellere potuisse nisi aduersarius superuenisset a
20 quo uadimonium sibi dictum sit. Et totum hunc sermonem dramatico charactere alterno sermone uariat *POR.*

nescio q. m. n. [*Nugarum:* uersuum. Satis uerecunde] Versus more satyricorum nugas dixit quia satyrici solent etiam sese carpere *ACR.*

3 caleandrum *in lem. cod. sed post* caliandr. 4 adpos. (*non* appos.) *Mon.* gaba *cod.* guppa *Mon.* giba *Pat.* gibba *Fabr.* glabra *Forcellini* 5 galericum *codd. Pat.* consuesset *codd.* consuescet *Pat.* 7 postulo *Edd.* postulem *codd.* 8 Critona *Edd.* Critonia *codd.* 12 atq. herbas *lem. in Fabr. Med. et post lem. cum Pat. haec tantum:* Verbum reuoc. excidere uideres *Vt nos cod.* 15 Refert. fatig. *om. cod. Med.* 17 satura *Mon.* satyra *rell.* incedentem *Fabr. Med.* 20 est *Edd.* sit *codd.* 21 δραματικῷ χαρακτῆρι *Fabr.* 22 *inclusa om. cod. Med. item in seq. schol.*

1* *Varronis 'Virgula diuina'*

nescio q. m. n. Sic uerecunde poetae nugas et risus solent appellare uersiculos suos *POR.*

3. *occ. q. n. m. n. t.* Cuius nihil aliud noueram nisi nomen [Epagomenus dictus] *ACR.*

occurrit q. notus sic nom. t. Hoc est: cuius nihil aliud 5 noueram quam nomen *POR.*

4—10. *a. m. quid a. d. r.* Deest *ait.* Ordo: Quid rerum agis [mihi] dulcissime? — *ut nunc est.* Vt tempus permittit. — *et cupio o. q. uis.* [Proueniant tibi ex animo cupio. — *quae uis.*] Cupio te uiuere ex sententia tua. Id est: sua- 10 uiter ago ut tempus modo permittit et tibi cupio bene euenire. — 6. *cum sectaretur num q. u. o.* Praeuenio illum [hoc sermone] dicens: num quid aliud uis, num quid tibi necessarium est? — *at ille n. n.* Id est: [hoc] uolo ut seias nos qui docti sumus; i. e. non sumus indigni quos scias. — *hic ego* 15 *pl. h. i. m. e.* Magis honorandus. *Hoc* i. e. hac re, quia doctus es ideo tibi honorem habeo. — *cum sudor.* Cum ex taedio et molestia illius flueret sudor *ACR.*

11. *o te B. c. f.* Cum sudarem prae angustia dicebam apud me felicem esse Bolanum ὀξύχολον qui possit eum uerbis 20 asperioribus remouere. Quare autem ait *felicem ὀξύχολον?* Quia non patiebatur molestiam qui solebat prae iracundia in faciem quemuis reprehendere et libere dicere quid sentiret *ACR.*

o te Bolane c. f. a. tacitus. Bolanum nomine nescio 25 quem fuisse dicit adeo liberum ut nullius ineptias ferret quin quod de eo sentiret statim in eum diceret *POR.*

14—16. *misere.* 'Valde' ut Terentius in Heaut.:[1*] misere amat. — *uideo.* Intellego. — *sed nil agis.* Non recedes a me. — *usque t.* Toto die te tenebo. — *nil o. e. t.* 30

5 *hoc schol. om. Fabr. Med. Lemma tantum exhibet Pat. Nos add. ex codd.* (sic *in lem. codd. Pat.* mihi *libri Horatt*) 8 mihi *eiciendum alt. schol. om. Fabr., contra quae inclusi om. cod. Med. simul cum uerbis* Id est 12 cum sect. *om. Fabr.* (adsect. *libri Horatt.*) 12. 13 hoc sermone *om. cod. Med.* 14 hoc *om. cod. Med.* 16 magis hon. *om. cod. Med.* 25 Bollane *Fabr.* Tacitus Bollanum *etc. sic interpungunt Edd.* 26 adeo liberum *om. codd.* qu'n *codd.* quando *Edd.*

1* *Terent. Heaut. I 2, 16 (190) Fleckeis.*

c. Id est: aio illi, non est opus te huc atque illuc circumduci *ACR.*

16. *nil opus est te c.* Hoc ex Horati persona intellegendum. — *te circ. Mecum* utique intellegendum *POR.*

5 18. 19. *cubat.* Aegrotat languet iacet. — *nil h. q. agam.* Garrulus. — *et non s. p.* Id est: possum multum ambulare *ACR.*

nil h. q. a. non sum piger. Hoc ille molestus dicit *POR.*

20—23. *demitto a.* Lassi enim asini uel equi aures de-10 ponere soliti sunt. — *si bene me n.* Id est: si bene fretus sum conscientia mea intellego quia magis mihi defers quam illi. — *non V. p. a.* Viscus disertus illius temporis homo. Nonnulli dicunt poetam amicum Horati. Est autem sensus: Non Viscum amicum pluris facies h. e. qui tibi amicus est 15 potiorem duces. — *non Varum f.* Varus poeta Vergili et etiam Horati amicus. — *nam quis m. s. p.* Mire sic garrulum ostendit molestum *ACR.*

si bene m. noui et reliqua. Et Viscum et Varum Horatius amicos habuit. De Visco infra dicetur. Varus tamen de doc-20 tissimis fuit et magnus his temporibus habitus est, nam et tragoedias fecit. — *nam quis m. s. p. et reliqua.* Eleganter dicit eum his rebus sibi placere quae ad doctrinam non attinent; ideo ostendit inperitum satis et inportunum hominem fuisse *POR.*

25 24. *quis membra m. m.* Cum gestu scilicet pronuntiationis. Id est: quis cum gestu corporis potest pronuntiare quemadmodum ego? Ita pronuntio ut Hermogenes mihi cantor inuideat. *Hermogenes* Tigellius de quo supra: I o B a c c h e *ACR.*

26. *interpellandi.* Respondendi illi *ACR.*

30 *est tibi m. c.* Hoc Horatius interrogans illum dicit *POR.*

27. 28. *quis te s. e. o.* Id est: quibus necessaria salus

3 nihil *codd. (eidem* te *om.)* orati *Mon.* Horatii *rell.* 4 te circ. *etc. add. ex codd.* 8 nihil *codd. Pat. Deinde* non sum p. *post lemma ponit Fabr.* 10 te *pro* me *in lem. cod. Med.* 15 *penultimum schol. cum lem. ultimi om. cod.* 18 Non Fuscum *lem. in Fabr. Med.* Fuscum *Fabr. Med.* tuscum *Pat.* (*item* Fusco *paulo post et* tusco) Varinm (*et dein* Varius) *Mon.* 22 his *codd.* iis *Edd.* 27 Hermogenes m. c. inuideat *om. Fabr.* 30 ad illum *Fabr. Med.*

tua est. — *haud m. q.* Garrulus. Neminem habeo. — *omnes c.* Omnes in urnis sepeliui. — *felices.* Sunt illi mortui qui te caruerunt *ACR.*

haud m. q. o. conp. f. Ille molestus hoc dicit. — *nunc ego r.* Hoc Horatius tacitus apud se dicit. Ait autem se su- 5 peresso quem ille occidat per inportunam garrulitatem *POR.*

29. *confice.* Interfice eneca. Tacite hoc loquitur *ACR.*

conf. n. i. f. m. t. S. q. p. cecinit. Sibi dicit Horatius conficere fatum. Significat autem Sabellam natione nutricem se habuisse sortilegam quae urna sortes ducere solita esset 10 *POR.*

30. *diuina m. a. u.* Id est: Ipsa commota ex urna dixit imminere mihi fatum ex garrulo. Aut *mota urna* ipsa anus cecinit quoniam sortes de urna tolluntur. Significat Sabinam nutricem se Horatius habuisse quae urna sortes ducere erat 15 solita; unde dicit, quod eum aliquando monuit ipsa nutrix sua cauere garrulos quoniam ab his esset interficiendus; et id sibi nunc ex ipso garrulo posse fieri putabat *ACR.*

31. *hunc n. dira u. n. h. a. e.* Haec uerba sunt sortis ipsius ductae *POR.* 20

32. *tarda p.* Quia tardos facit; et est *ὑπαλλαγή* *ACR.*

33. *hunc q. c. c.* *Τμῆσις* est pro 'quandocumque' *ACR.*

garr. h. q. c. c. Ordo est: Quando cumque *POR.*

35. *uentum e. a. V.* Id est 'templum', ut 'in Pacis' 'in Concordiae'. Terentius:[1*] u b i á d D i a n a e u é n e r i s *ACR.* 25

uentum e. a. V. Subaudiendum *aedem* aut quid tale. Amant nescio quomodo *ἔχλειψιν* in relatione loci sacri. Sic denique et Terentius ait: u b i á d D i a n a e u é n e r i s. Sic

2 qu'a *Fabr. Med.* 4 aut *pro* haud *Mon.* (*idem* conp. *non* comp.) 5 autem *add. ex codd.* 6 inport. (*non* imp.) *Mon.* 8 cecini *codd.* (instat f. m. t. *sic lem. in Fabr. Med.*) 9 instare *Fabr. Med.* conficere *rell.* 10 se *add. ex Mon.* dicere *codd.* 16 quia *cod. Med.* 18 fastidioso *pro* ipso *Fabr.* 19 hunc neque *lem. in Fabr. Med.* 25 ut *pro* Terentius *cod. Med.* Veneris *sic Fabr. hic et apud Porph.* 27 emant *codd. Pat.* 27 *ἐχλείψει* rei rel. *codd.* relatione sui loca sacra *codd.* el. s. loco sacra *Edd.*

1* *Terentius Adelph. IIII 2, 43 (582) Fleckeis.*

denique nos hodie 'in Claudi' uel 'in Telluris' dicimus nec addidimus 'templum' aut 'aedem' *POR.*

36. 37. *uadato.* In iudicio, qui uadatus eum fuerat, uel quia eum uadimonio obligauerat. Participium est ab eo quod
5 est 'uador uadaris' et est uerbum commune i. e. uoco te et uocor a te ad iudicium. Respondere ergo debebat ei a quo uocatus est ad iudicium aut ei quem ipse uocasset. — *quod ni f.* Id est: Nisi responderet urgenti negotio perdebat litem *ACR.*

10 37. *quod ni f. p. l.* Et hic audiendum per zeugma *debebat* ut sit: 'perdere litem debebat' *POR.*

38. *hic ades.* Id est: adesto mihi *ACR.*

inteream si a. u. st. Hoc Horatius dicens negat se posse eum expectare *POR.*

15 40. 41. *et propero q. s.* Oblitus est Horatius quod dixit sibi uisendum esse nescio quem. — *me sod.* Supple: *linque ACR.*

tene rel. a. r. m. s. *Rem* pro lite dixit; sic denique et in legibus scriptum inueniri solet: r e m s i u e l i t e m *POR.*

20 42—44. *ego ut c. d. e.* Sciens durum esse contendere cum uictore coepi sequi eum. — *Maec. q. t.* Deest *agit;* initium locutionis fit et coepit interrogare: 'Quomodo circa te Maecenas est?' — [*hinc repetit.* Post illa uerba coepit ad hunc sermonem uenire. —] *pauc. h. e. m. b. s.* Id est: qui
25 et sapiens est et raro habet parem, qui multorum amicitia non gaudet *ACR.*

ego ut c. durum cum u. seq. Ordo et sensus est: Ego sequor ut est durum contendere cum uictore i. e. pertinace. — *Maec. q. t. h. r.* Incipit mecum sermonem molestus ille:

1 Claudi *codd.* Claudii *Edd.* 2 aedem aut templum *Mon.* 5 commune. Vado i. e. uoco te ad iudicium et uador i. e. uocor a te ad iud. *sic Fabr.* 8 *alterum schol. om. Fabr.* 10 subaudiendum *Fabr. Med.* Zeugma debeat, ut sit. Perdere *sic Fabr.* 12 huc ades *Fabr. Med.* 13 Hoc *om. Mon.* Horatius domiuus n. s. p. e. spectare *sic Fabr. Med. Vt nos rell.* 21 ait *libri (item* fuit *pro* fit) 23 *inclusa om. cod. Med.* 27 cum uictore *lem. est in Fabr. Med. in quibus etiam proxima usque ad* conteud. *desunt* 29 Mihi, inquit, molestus ille *Fabr. Med.* inquit (inquid *Mon.*) mecum sermouem m. i. *codd.* mecum inquit s. m. i. *Pat.*

'Maecenas quo modo tecum?' Et subaudiendum *agit*. — *pauc. h. e. m. b. s.* Horatius dicit: 'magnum narras.' Ne necesse sit frequenter ostendere quis quae uerba habeat aut unde incipiat loqui hoc obseruandum est: 'Deinceps et supra ubi duo puncta interposita sunt alteram personam loqui intellegas'. Certe iam sensus ipse docet quid Horatius quid ille molestus dicat *POR*.

45—58. *dexterius*. Felicius. — *haberes*. Id est haberes apud Maecenatem qui tueretur partes tuas si me ei commendare uelles. — 47. *hunc h. uelles si tr.* *Δειχτικῶς* se ipsum tangit digito. — *dispeream*. Id est: ualde peream nisi remouisses omnes ab amicitia Maecenatis. — 48. *non isto u. i.* Respondet Horatius. — 50. *his al. malis*. Insidiis factionibus — *nihil officit inquam*. Id est quicumque est ditior non officit mihi in domo Maecenatis. — 52. *uix cred.* Vt non sit factio in tanta domo. — 53. *accendis*. Hoc dicendo multo magis me accendis ad amicitiam eius. — 54. *uelis t.* Si uolueris me commendare impetrare possis homo tantae uirtutis. — *quae t. u.* Id est, *haec* i. e. pro tua uirtute pro tuis uiribus. Opus est inquit hoc solum ut uelis ei amicus esse et eum pro merito uirtutum tuarum facile poteris promereri. — *et est q. u. p.* Hoc uitio [habet Maecenas ut, licet difficulter, tamen uincatur. Hic] est, inquit Maecenas; qui si saepe instes uincatur. Persius hinc:[1*] Omne aufer uitium ridenti Flaccus amico Tangit. Et nunc iucunde ex alterius persona eum reprehendit. — *eoque*. Id est, ea re, quia postea se faciliorem reddit. — [58. *exclusus* Deductus a placito] *ACR*.

61. *esse Fuscus A. o.* Aristius Fuscus grammaticus doctissimus illius temporis amicus Horati *ACR*.

2 magnum narras *add. ex codd.* 2. 3 nenecessit *Mon.* necesse sit *cod.* necesse est *Edd.* 3 quisq: *cod.* quis qne *Mon.* quis *Edd.* 4 ob hoc *Edd.* et ubi *libri nisi quod* et *recens man. in cod. add.* 9. 10 commodare *Fabr.* 10 si uelles *in lem. Fabr.* 14 nil mi off. unquam *lem. in Fabr.* 20 pro *om. Fabr.* 21 uitium *Fabr.* uitio *inclusis omissis cod. Med.* 23. 24 hoc est qnod inquit Persius: *sic Fabr. Vt nos cod. Med.* 25 tunc *Fabr.* 26 qui *pro* quia *Fabr.* deiicit *pro* reddit *cod.* 27 *inclusa om. cod. Med.*

1* *Bucol. V 16*

ecce F. A. o. m. c. Aristius Fuscus praestantissimus grammaticus illo tempore et amicus Horati fuit *POR.*

62. 63. *et illum q. p. nosset.* Inducit illum qui superuenerat dissimulare ut ipso odiosi hominis molestia fatigaretur.
5 — *unde u. et q. t. Ἐπιφερόμενον κατὰ τὸ αὐτό.* — *uellere.* Vellicare *ACR.*

unde uenis et. q. t. r. e. r. u. c. Eleganter mixtum inter se et confusum sermonem interrogandi ac respondendi expressit *POR.*

10 64—66. *et pressare m.* Restringere. — *lentissima.* Flexibilia, ut:[1*] Quantum lenta salix pallenti cedit oliuae. — *nutans.* Innuens significans ut me eriperet. Est autem *nutare* aliquid oculis nutantibus uelle monstrare. — *male salsus.* Male prudens in perniciem meam aut male io-
15 cosus et urbanus irrisor. — *meum i. u. bilis.* Vehementer irascebar *ACR.*

et pressare m. t. brachia. . . . . sed *lentissima* nomen positum est pro aduerbio; non enim lentissima brachia sed lentissime pressare brachia intellegendum. — *male s. r.*
20 *diss. m. Male salsus:* stolidus ac derisor hic intellegendum *POR.*

67. *certe n. q. s. u. l. t. aiebas m.* Hoc Horatius ad Fuscum dicit quaerens aliquam causam qua se ab importuno illo auelleret *POR.*

25 69. *hodie trices sabb.* Tricesima sabbata quae Iudaei neomenias dicunt quoniam per sabbata Iudaei numeros appellant lunares. Aliter: Tricesima sabbata dicuntur quando kalendis

2 Horatio *sed o rec. man. add. cod.* Horatii *rell.* 7 unde uenis *lem. in Fabr. Med.* 8 interr. ac *om. Mon.* 10 *primum schol. om. cod.* (restinguere *Edd.*) 11 pallenti c. o. *om. Fabr.* 13 demonstr. *Fabr.* 17 et pressare m. *om. Fabr. Med.* (bracchia *cod.*) sed *om. Fabr. Med. nos ex rell. reduximus signata lacuna* 19 *lem. nostrum om. Fabr. et pro lem. habet quod seq.* male salsus 20 hic intell. *om. Fabr. Med.* 22 certe n. q. *lem. in Fabr.* 23 dicit *om. Fabr. Med. Deinde* quaerens cum eo secedere ut eum moneret tollere aliqua (aliquo *Mon.*) causae quaesitio se ab i. i. auelleret (euell. *Mon.*) *sic codd. Eadem Pat. nisi quod* aliquam causam *exhibet*

1* *Bucol. V 16*

occurrit sabbatum. Item: Tricesima sabbata dicuntur quando ueniunt kalendae in prima luna per sabbata; qui dies a Iudaeis maxime obseruantur; aut quia tricesima sabbata religiosius colebantur *ACR.*

hodie tricesima sabb. Sabbata lunaria significat quia ea uulgares homines ferias sibi adsumunt *POR.* 5

70. *curtis.* Quia pellicula imminuti sunt, quia Moyses rex Iudaeorum cuius legibus reguntur negligentia medicinalis affectus et ne solus esset notabilis omnes circumcidi iussit. — *Iudaeis oppedere.* Iudaeos contemnere, eis contradicere. 10 *Oppedere* quasi contra pedem opponere. Alii uerbum foeditatis esse uolunt sed falsum est. — *nulla m. i. r. e.* Id est facile eos contemno quorum religione non teneor *ACR.*

uin tu curtis I. opp. Curtos Iudaeos dixit quia uirile membrum uelut decurtatum habeant recisa inde pellicula. *Oppedere Iudaeis* autem quasi contemnere eos ac religiones eorum deridere significat *POR.* 15

71. *at mihi sum p. i. u. m.* Hoc Fuscus dicit stupore scilicet adhibito ne Horatium cupientem auelli ab illo molesto liberaret *POR.* 20

at m. s. p. imfirmior. Id est timidus uel superstitiosus et hac de causa colo omnes religiones quia nimiam religionem infirmitas facit et metus. — *ignosces.* Ordo est: At mihi ignosces *ACR.*

72. 73. *hunccine s.* Id est: diem tam moleste ortum esse. 25 — *tam nigrum.* Id est: tam perniciosum tam tristem et aduersum, cui contrarium est: [1*] Hunc Macrine diem numera meliore lapillo. — *surrexe.* Pro 'surrexisse' ut Vergilius: [2*] Cum genere extinxem et memet super

5 trigesima *apud Acr. et Porph. Fabr.* quia *libri.* quae *Ritterus.* quia ea *corr.* 6 adsum. (*non* ass.) *Mon.* 7 uin tu curtis I. o.] Id est uis Iudeos contemnere. Oppedere] contradicere quasi contra p. oppedere. Curtis] quia pellicula etc. *cod. Med. tertio schol. omisso* 14 Curtos propter uirilis membri recisam pelliculam *Fabr. Vt nos codd. Pat.* 16 Oppedere Iud.] Contemnere etc. *Fabr. Med. omissis uerbis* autem quasi *et uerbo* significat contempnere *Mon. et cod. Acr.* 18. 19 stupore scil. adhib. *om. Fabr. Med.* 27 *hic Acronis locus fugit OIahnium*

1* *Persius II 1* 2* *Aen. IIII 606*

ipsa dedissem pro 'extinxissem' — *improbus.* Malus scilicet quia non subuenit amico suo *ACR.*

huncine s. t. n. s. m. Horatius dicit nigrum ac per hoc tristem diem sibi inluxisse qui in istum molestissimum inci-
5 derit *POR.*

74. 75. *sub c. l.* Prouerbium est; i. e. maxima in molestia sub illo garrulo. — *obuius.* Ἐπιφερόμενος. — *aduersarius.* Creditor *ACR.*

et quo tu turp. Aduersarius cum occurrisset illi inpor-
10 tuno hoc ei dicit *POR.*

76. *et l. antestari.* Denuntiantes litem antestatos habebant quibus praesentibns conueniebant ita ut aurem illis tertio uellerent. Sic Seruius magister urbis exponit. Alii sic exponunt: Quod Horatium interrogauerit si testis esse pa-
15 teretur et Horatius obtulerit aurem ultro. Solebant enim testium aures tenere et ita dicere: 'Memento quod tu mihi in illa causa testis eris' quod est *antestari.* Aliter: Olim qui antestabantur auriculam contingebant; ideoque poeta ait: 'libenter auriculam obtuli.' Tangens autem auriculam
20 his uerbis loquebatur: 'licet antestari?' Si ille respondisset: 'licet', per iniectionem manus aduersarium suum in iudicium trahebat. Quod si antestatus non esset et manum iniecisset iniuriae reus constitui poterat. Plautus in Persa; leno ad Satyrionem parasitum: [1*] Nonne ántestaris? et parasitus:
25 Tuane ego causa cárnifex Cuiquám mortali líbero aures ádteram? — Aliter: *Antestari* i. e. teste uti quod iudicii causa uolo manum inicere. Nam haec erat consuetudo: si quis uadato non paruisset, ei aduersarius aliquem de praesentibus antestabatur i. e. tangebat eius aurem et dicebat:
30 '*Licetne antestari?*' Si respondisset ille: '*Licet*' tunc iniciebat uadatus manum in eum qui non paruisset et ducebat in iu-

1 et memet s. i. dedissem *om. Fabr. Med. Add. ex cod.* *tertium schol. om. cod. Med.* 3 huncine *libri sed cod. puncto sub priore* c *littera posito* 4 sibi *om. cod.* (illux. *libri praeter Mon.*) 6 prouerb. e. i. e. *om. cod. Med.* 9. 10 inportuno (*non* imp.) *Mon.* 17 aliter *om. cod. Med.* 21 iniectione *Fabr.* 28 eius *cod. Med.*

1* *Plaut. Persa IIII 9, 10 (747—748) Ritsch.*

dicium, aliter si iniecisset manum iniuriarum poterat accusari *ACR.*

et licet antestari. Aduersarius molesti illius Horatium consulit an permittat se antestari iniecta manu extracturus ad praetorem quod uadimonio non paruerit. De hoc autem lege 5 XII tabularum his uerbis cautum est: 1* si in ius uocat ni it, antestamino; igitur em capito. *Antestari* est ante testari scilicet antequam manus iniciat *ROR.*

77. 78. *ego uero oppono aur.* Hoc Horatius dicit; porro autem qui antestabatur aliquem auriculam ei tangebat atque 10 dicebat: '*licet antestari?*' si ille responderet: '*licet*' et tu iniecta manu aduersarium tuum extrahebas; nisi autem antestatus esset qui inicere manum aduersario uolebat iniuriarum reus constitui poterat. — *sic me seru. Ap.* Hoc de illo sensu homerico sumpsit quem et Lucilius in sexto saturarum re- 15 presentauit sic dicens: 2* Vt ui discrepat hoc *τὸν δ' ἐξ-*

3 molestus *cod.* molestius *Mon.* 5 hac *Fabr. Med.* hoc *rell.* 6 sim ius nocationitantestaminigitur en capito *Mon.* siin us (i supra) nocationi testamin igitur en capito *cod.* si ius uocat. testamini igitur en capito *Pat.* si ius uocationi testamini igitur en capito antestari *(sic interpungens) Fabr.* si uis nocationi testem eum tangito endo capite *Ritterus. Vt nos O. Muell. ad Festum p. 105. Alias emendationes uide apud Kirchnerum ad h. l. et in Forcell. lex. s. u.* antestatus 7 antestari est ergo antestare sc. a. m. incitet *Mon. Eadem sed* incitat (*in marg.* iniaciat) *cod.* antestari est ergo antestari scil. a. m. iniacit *Pat. Med.* antestari. Est ergo antestari, sc. a. m. iniiciat *Fabr.* 8 *post* iniciat *add. codd.:* Fugit Lucius Tuscus scilicet *fort. non immerito* 10 quem *Mon. Om. rell.* 10. 11 dicens *pro* atque dicebat *Fabr. Med.* (*dein* 'licet te antest.' *Mon.*) 11. 12 licet, tum iniecta manu aduers. suum extrahebat *Fabr. Med.* 12 ita *pro* autem *Fabr. Med.* 13 inicere *codd. Pat.* 14 constituitur *Fabr. Med.* illo *om. Fabr. Med.* 15 sexto *codd. Pat.* nono *rell.* 16 ut discrepet hac *τονδ· ε῀ηρ· ποεν Απολλων* quem rapuit Apollo fiat ergo. Signif. *Mon. et pro graecis uacuo spatio relicto Pat.* ut discrepat (e *supra scr.*) hac *τὸν δ' ἐξήρπασεν ἀπόλλων* quem r. A. f. ergo. Sign. *cod.* ut discrepat hac quem rapuit Apollo fiat ergo. Signif. *Fabr. Med. Nos Luciliana dedimus ex emendatione C. Lachmanni in Indic. lect. aestiu. a. 1851. Alia templauit Gerlachius apud quem uide*

1* *Leges XII tabularum fragm. 1. Cfr. R. Gneist Institutionum syntagma p. XII.* 2* *Lucil. satur. rell. VIIII 25 Gerlach. (cfr. Hom. Iliad. XX 443)*

ἥρπαξεν Ἀπόλλων· ῥεῖα μάλ' ὥς τε θεός. f u g i t e r g o. Significat Horatius se sic liberatum ac recreatum dum illum molestum aduersarius suus rapit Apollinem imitatus *POR.*

SATIRA 10.

Nempe. Aut confirmantis aut interrogantis est; i. e. certe
5 confiteor me dixisse quod asperos et incompositos uersus fecerit Lucilius. Respondet his a quibus culpatus fuerat quod Lucili uersus damnasset in satyra: 'E u p o l i s a t q u e C r a t i n u s' et dicit se non poetam improbasse sed uersus *ACR.*

Nempe inc. d. p. c. u. Respondet eis a quibus incul-
10 patus erat quod Lucili uersus damnasset in ea satura quam supra habuit quae sic incipit: 'E u p o l i s a t q u e C r a t i n u s A r i s t o p h a n e s q u e p o e t a e'; nam dixerat ibi: 'd u r u s c o m p o n e r e u e r s u s N a m f u i t h o c u i t i o s u s'. Nunc autem dicit non se poetam inprobasse sed uersus eius quos non suo
15 uitio duros sed saeculi fecit *POR.*

2—4. *inepte.* Stulte inepte fauemus alicui quando aperta uitia eius negamus. — *ut n. h. fat.* Quod asperior et in compositus est. — *at idem q. m. s.* Subiectio est; i. e. sed in multos principes ciuitatis multa uenuste et iocose dixit in
20 eodem opere; et perseuerauit in metaphora dicendo 'sale defricuit'. — *quod s. m.* Venustate facetia. *Sale multo* ideo ait in numero singulari quod dicturus erat 'perfricuit' ut quasi uere sal faceret; nam *sales* pluraliter dicendi sunt cum urbanitas significatur. — *urbem perfricuit.* Non urbem sed
25 principes urbis, Mutium et Lupum et ceteros. — *charta laudatur ead.* In eodem poemate *ACR.*

at idem q. s. m. u. defr. ch. l. e. Salem pro urbanitate posuit. Sed *sales* in hac significatione pluraliter solent dici;

2 Horatius *om. Fabr. Med.* se *om. codd. Pal. Med.* et *post* liberatam *add. Fabr.* 6 fecit *cod. Med.* fecisset *Fabr.* 8 ¹ıcrepasse *Fabr.* 10 dampnasset *Mon.* 12 duros *codd. Pal.* (*eidem paulo post* uitiosius) 14 inprob. *Mon.* 20 dicendo *om. cod. Med.* 21 uenuste facete *Edd.* 22 in *add. ex cod.* 29 defricuit *Fabr.*

uerum quia *defricuit* erat dicturus necesse habuit quasi uere id *sal* faceret loqui et ideo singulari numero dixit. Scimus autem Lucilium urbanis salibus multos Romanorum carpsisse *POR.*

5. 6. ***nec t. h. tr.*** Id est: quamuis concedo facetias et uenustatem Lucilio tamen non ideo concedo ei omnia quae debet habere poeta qui iocose et satis urbane lacerat uitiosos homines. — ***nam sic et L. m.*** Id est: si dico Lucilium ideo bonum poetam esse quod habet facetias idem mihi dicendum est de Laberio mimographo nam et is habet facetias; sed multis caret quae poeta debet habere; nam et mimorum ioca sic laudo ut non cetera illis assignem quae perfecti sunt operis. Per hoc Lucili opus Laberi mimis comparat *ACR.*

nam sic et Laberi m. Negat Lucili uersus magnopere mirandos esse quamuis iocis et amaritudine abundantes sint reuera humiles et in uerbis et in conceptionibus et in materia *POR.*

7. ***ris. did. r.*** Aperire os et risum mouere; ***rictum*** incerti generis est; nam et 'hic rictus' dicitur et 'hoc rictum' mensura oris, et est 'auditorem mouere ad risum' *ACR.*

ergo n. s. e. r. did. r. a. Non satis est, inquit, tantum modo loqui ut qui audiat rideat, quamuis non negauerim esse et in hoc non nullam uirtutem *POR.*

9. ***est breu. o.*** Si uis opus perfectum facere breuitate opus est ut cito sententia finiatur. Sententia illa quae risum mouet debet esse cita et manifesta. Aliter: Sensus: non solum eo est opus ut pauca copiose sed ut breuiter multa dicantur. Sic et Cato a Salustio laudatur,[1*] quod m u l t a p a u c i s a b s o l u e r i t. Aliter: Sententia non debet esse prolixior ne aures oneret auditoris et non intellegatur *ACR.*

1 quia *om. Fabr. Med.* qua fide ueno loqu' *(sic!) codd.* 3 Romanos carpisse *Fabr. Med.* Romanorum carpisse *Pal.* 8 nunc *pro* nam *cod. Med.* 13 Laberii *om. cod. Med.* 14 nam *Mon. Edd.* num *cod.* Lucili uersus *om. codd.* 15 babundantes *Mon.* 16 et in *ante* materia *om. codd.* 18 rictus *libri* 28 *de hoc Salusti loco cfr. Kritzii adnot. et quem ibi laudat G. Linkerum de Histt. prooem. p. 30. conlato Porphyr. schol. quod Kritzius omisit*

1* *Salust. Histt. fragm. I 2 Kritz.*

est br. o. ut c. s. neu se. Breuitate orationis utendum esse ait, ut cito sententia finiatur ne defatigetur auditor. Eloquentiae enim uirtus non tantum in eo est ut pauca copiose sed etiam breuiter multa dicantur. Sio et Cato et Salustius
5 laudantur [multa] paucis absoluisse *POR.*

11. *et serm. o. e. m. t. s. i.* Id est: opus est sermone et qui modo iocos dicat modo defendente uicem oratoris modo poetae modo urbani parcentis uiribus suis. Nam cum inducis loquentem rusticum non debes loqui pro ingenio tuo sed pro
10 ingenio rustici [qui tantum quantum poetae est] *ACR.*

12—14. *interdum u. p. u.* Interdum urbani hominis sermone opus est, qui ut delicatus uideatur minus se ostendit facere quam possit sed non qui in dicendo uiribus parcat sed qui aliis uires minores demonstret. Saepe urbanus rustico
15 colloquens cum multo plura possit parcit uiribus in loquendo et consulto i. e. sponte et dispensatorie extenuat uires suas quasi non copiosius cum eo agere ualeat. — *ridic. a. f.* Iocus saepe plus mouet hominem quam res acris. Plerumque, inquit, uenuste et ridicule dicta plus mordent quam quae acri-
20 ter et turbulente prolata sunt. Item: saepe ioculare maledictum grauius uulnerat quam res aspera i. e. satyra *ACR.*

int. u. p. u. Qui alioqui parcit uiribus i. e. laborare non uult atque etiam siquid roboris in corpore habet uult data opera delicatus uideri. — *ridic. a. f. e. m. m. p. secat*
25 *r.* Interdum inquit uel uenuste magis mordent dicta quam quae acriter et turbulenta oratione prompta sunt *POR.*

16. 17. *illi sc. q. com.* Id est: antiqui comoediographi ideo placuerunt quia temperabant fabulas suas ioco et tristi et hi modo partes rhetoris sequebantur modo poetae. — *hoc*
30 *st.* Id est: eo ipso placebant quod ridicula eorum magis morderent quam si acria protulissent *ACR.*

1 est br. o. *lem. in Fabr.* 2 cum *Edd.* ut *codd.* 4 dicat *Edd.* dicantur *codd.* 5 laudatur *codd. Pat.* multa *om. codd. (cfr. Linkerum l. l.) De Salustio cfr. Victorinum in Rhetor. Cic. 57, 30 Orell.* 10 *inclusa aut interpolata sunt aut corrupta* (i. e. sunt qui t. q. p. e. *cod.*) *fort. scrib.* cui 15 loquens *Fabr. Med.* 20 turbulenter *Fabr. Med.* 25 inquit uenuste et ridicule dicta mag. mord. *Fabr. Med.* 26 acri *Fabr. Med.* 28 iocoso *Fabr. Med.*

illi scr. q. e. p. u. e. hoc st. Absolute; *hoc* est 'hac re'. Et *stabant* 'constabant' ac 'ualebant' significat. Ad id autem pertinet *hoc stabant* quod dixerit: ridiculum acri Fortius ac melius magnas plerumque secat res *POR.*

Hermogenes u. l. Hermogenes et Demetrius quem iste 5 *simium* appellauit genere masculino propter deformitatem et breuem staturam ambo obtrectatores fuerunt Horati. Erant autem musici modulatores. — *Simius.* Demetrium quendam poetam significat qui fuit breuis staturae. Hic praeter Caluum et Catullum poetas alios non legerat, ad nullam rem 10 doctus nisi Catulli et Calui uersus cantare et imitari qui dramatopoeos erat h. e. amatorias cantiones scripserat *ACR.*

neque Simius iste. Adnotandum; cum uulgo receptum sit *simiam* tantum dici debere, *simium* dixit. Demetrium autem modulatorem propter maciem ac paruitatem corporis hoc no- 15 mine appellat. Hos autem duos Hermogenem et Demetrium negat antiquas comoedias legere neque alios quam Licini Calui et Valeri Catulli uersus modulari. Itaque fastidiens eorum iudicium et infra (uers. 90): Demetri teque Tigelli, ait, Discipularum inter iubeo plorare cathe- 20 dras *POR.*

21. 22. *o seri st.* *Ὀψιμαθεῖς* qui sero studiis uacare coepistis qui seri estis ad studia admissi. Castigat eos qui mirantur Lucilium quod Latinis Graeca miscuerit. — *quine.* Quasi '*curne*' aut uacat *ne* ut *qui* pronomen sit i. e. putatisne 25 eum aliquid magnum fecisse quod scripsit sicut Pitholeon abiectus poeta? Nam dicitur Pitholeon epigrammata ridicula scripsisse in quibus graeca uerba mixta erant cum latinis. Aliter: Pitholeon rhodius huiusmodi fecit epigrammata ut La-

6 appellat *Fabr. Med.* *(Alterum schol. nescio an genuinum sit)* 13 *post* adnot. *maiore interpunctione usi sumus* (*poteram etiam* quod *inserere aut paulo post scribere* simium eum dixisse) 14 M. autem Demetrium *Fabr. Med.* 16 Hermogenen *Mon.* Hermogenem *pr. m. cod. Edd.* 17. 18 Licini *et* Valeri *codd.* Lucii *s.* Lucinii *et* Valerii *Edd.* (Catuli *codd.*) 18 fastidit *Fabr.* fastidire *Med.* fastidiori *Pat.* *Vt nos codd.* 19 et infra Demetrii Tigelli ait *etc. codd. Pat. Med.* Et infra ait: Demetri seq. Fig. *etc. Fabr.* 23 admissi *om. cod.* 25 *post* sit *excidisse uidetur* aut qui (*scil.* uacat) 27 ridicule *Fabr.*

tinis Graeca coniungeret quod adeo est difficile et ideo non dignum miraculo; etiam infirmitatis putatur non compleri Latinis quae Latinis sunt coepta *ACR.*

20—22. *at m. f. q. u. Gr. l. m.* Castigat eos qui mi-
5 rantur Lucilium quod inseruerit uerba graeca orationi latinae cum id facere quiuis possit sicut Pitholeon rhodius qui huiusmodi epigrammata effutiuit potius quam scripsit; etenim infirmitatis putatur esse orationem latinam uerbis graecis fulcire. — *o seri st.* *Ὀψιμαθεῖς* . . . . — *quine putetis.*
10 *Ne* adiectum, ut 'egone' 'tunc'; abundat *ne* syllaba. Est sensus: O seri studiorum qui putatis difficile et mirum esse quod rhodio Pitholeonti contigit; hic autem perquam ridicula Graeca Latinis admiscuit *POR.*

23. 24. *concinnus.* Compositus coniunctus. — *ut Chio*
15 *n. s. c. F. e.* Genera uini optimi Chii et Falerni; Chium enim dulce est Falernum austerum; ergo mixtum iucundum fit. Vel subiectio est i. e. sed suauis fit sermo coniunctus ex latino et graeco quemadmodum si miscueris falernum uinum cum chio. Sed comparatio haec non congruit; nam uinum chium mixtum
20 cum falerno facit suauitatem quia chium dulce est austerius falernum; Graeca uero cum Latinis mixta dissimilitudine naturae carent suauitate. *Nota* autem ideo quod aut uina notantur in lagenis aut consules *ACR.*

ut Chio n. s. commixta Falerni e. Ironiam dicit; nam
25 licet chium uinum quod est dulce austerissimo Falerno mixtum suauem saporem faciat non tamen intellegi uult uerba graeca ac latina mixta eadem ratione concinnam reddere orationem *POR.*

5 inserueret *Mon.* inseruit *Edd.* inseruerat *cod.* carmini latino *Fabr. Med.* carmini latinae *Pat.* 6 quisque *Fabr. Med.* qs *Pat.* Pitholeo *codd.* 9 ὀψιμαθεῖς qui uultu docti sint *cod.* οψιμαθής qui uulti docti sint *Mon.* εκλειψες qui uultis docti uideri *Edd.* 9. 10 putetis quine adi-

e

cetum *sed* etis q. adi. *in rasura Mon.* quine putatis qui ne adi. *sic cod.* quine putetis ne adi. *Pat.* q. putatis ne adi. *rell.* 11. et miserum *codd. Om. Edd.* 12 ridiculo *Fabr. Med.* 21. 22 naturae *om. cod.* 24 commixta *supra scr. s littera cod. idem* Falcrno *supra scr. i* *Post lemma Edd. sic:* Dulce austeris uino falerno chium mixtum suauem saporem facit (faciat *Pal.*). Hironiam *etc. sic codd.*

25. 26. *c. u. f. te ipsum percontor.* A simili argumentum facit. Te, inquit, qui Lucilium defendis consulo: utrum tunc tantum Latinis Graeca permisceas cum uersus facias, an et quando causam durissimam Petilli de furto capitolino aduersus Pedium Publicolam siue aduersus Messalam Coruinum peroras? Ita autem hi a Graecis abhorruerunt, ut Messala primus *Funambuli* nomen intulerit et post eum Terentius:[1*] fun ámbuli eodem accéssit expectátio. Aliter: Id est, quomodo suauis est sermo graecus coniunctus latino? cum uersum facis an etiam cum reum defendis Petillium? Petillium hunc dixit superius coronam rapuisse de capitolio; qui quamuis absolutus est tamen duram causam habuit; nam ab Augusto absolutus est. *Petilli* autem genetiuus est. Pedius Publicola et Messala Coruinus oratores fuerunt qui obseruauerunt ne graecis sermonibus uterentur. Erant autem fratres causidici optimi *ACR.*

cum uersus f. te i. p. Eum qui uersus lucilianos laudauerat quod graeca latinis admixta habeant reprehendens interrogat, utrum hoc ipse tunc tantum facturus sit cum poema scribat an etiam cum reum defendat *POR.*

an et c. D. t. p. r. sit c. Petilli. Maligne Petillium Capitolinum duram causam habere dixit quamuis absolutus sit. Hunc autem et supra rettulimus reum fuisse furtorum capitolii cuius custos fuerat *POR.*

28. *exudet.* Cum sudore agat omni studio omni industria *ACR.*

cum Pedius c. exudet Publicola. Pedius Publicola et Messala adeo curasse dicuntur ne graeca latinis uerbis inmiscerent ut Messala primus '*funambulus*' dixerit ne σχοινοβάτην diceret. Post hunc Terentius dixit: Funámbuli eodem accéssit expectátio *POR.*

4 Peti'ʲ *et sic ubique simplice* l *littera cod. (Huic scholio ut naeuas abstergerem non contigit)* 17 *hoc schol. cum seq. in libris sedem mutauit* 23 rettulimus *Mon.* retul. *rell.* 23. 24 capitolii *om. codd.* 27 exsudet Public. *cod.* exudet Puplicola *Mon. (om. rell.)* Pedius *om. Fabr. Med.* 29 funambulus *codd.* —lum *Edd.* 29. 30 ne *εχυνοβατην cod.* *NECXyBATHN Mon.* *χοινοβάτην et* ne *et* diceret *omisso Edd.*

1* *Terent. Hecyra prol. 34 (25) Fleckeis.*

29—30. *patriis int.* Ordo est: te ipsum percontor an patriis intermiscere malis. — *Canusini m. b.* [Canusini enim cum sint latinae gentes a Diomede Graecitatis partem traxerunt et per istius regionis tractum graeca lingua in usu
5 fuit: unde ea pars Italiae Graecia magna dicta est.] Aut quia Canusium oppidum constat ex Graecis et Latinis quidam istum Pitholeontem canusinum fuisse dicunt aut pro quocumque Canusino dixit. Aliter: De Pitholeonte dicit; nam et iste de Canusio fuit. Dicit autem *bilinguem* quia et Graeci et Latini
10 apud Canusium habitant et utuntur utroque sermone *POR.*

Canusini m. b. Bilinguis dixit quoniam utraque lingua usi sunt sicut per omnem tractum Italiae quoniam ex maiori parte Graeci ibi incoluerunt, ex quo 'magnae Graeciae' nomen accepit. Ideo ergo et Ennius et Lucilius: [1*] B r u t t a t e b i-
15 l i n g u i dixerunt *POR.*

31—33. *cum graec. f.* Cum facere uellem, ut: [2*] C u m c a n e r e m r e g e s e t p r o e l i a. — *natus m. c.* In mediterranea regione et a Graecia longe positus. — *post med. n.* Tunc enim digestior animus uera somniat quando iam petu-
20 itis caremus. Vnde *uetuit* non 'uotauit' quamquam etiam hoc possumus dicere. — *in siluam n. l. f.* Ac per hoc inter graecos scriptores qui plurimi sunt uelis misceri *ACR.*

uetuit m. t. u. Q. p. m. n. u. c. s. u. Eleganter a Quirino se prohibitum ait Graeca latinae linguae admiscere quo-
25 niam utique Romulus ut nominis ita etiam linguae romanae auctor uidetur esse. Ferunt autem post mediam noctem somnia ueriora esse quia tunc iam mens et a potu et a cibo purior est *POR.*

2 *quae inclusi Med. et priora usque ad* Diomede *uocem cod. in fine scholii addunt; id melius quidem sed omnino interpolata iudico* 11. 12 Canusini usi sunt *Fabr. Med.* 13 ibi *om. Fabr. Med.* (incoluerant *eaedem*) magna Graecia *Edd.* 14 ergo Brunius Brichacae bilingui dixerunt *Edd.* ergo Ennius bruttace bilingui dixerunt *cod.* et Ennius et Lucilius bruttace bilingui dixerunt *Mon.* *(Ceterum hoc schol. cum seq. in libris sedem mutauit)* 26 autem *om. Edd.* 26. 27 omnia *cod. Pat.* (etiam *pro* iam *Mon.*) 27 et cibo et potu *Fabr. Med.* et in cibo et potu *Pat.* *Vt nos codd.*

1* *Ennii Annal. fragm. 488 Vahl. et Lucilii satur. rell. ex inc. libris 109 Gerlach.* 2* *Bucol. VI 3*

turg. A. i. d. M. Alpinus hic Memnonis bella descripsit et quia male ideo ait *iugulat,* quasi malis carminibus ipsum Memnona necet. Vel *Bibaculum* quendam poetam Gallum tangit. *Iugulat* ergo dixit aut nos audientes descriptionem Rheni aut ipsum Memnona occidit describendo et facit eum 5 fortem paene sordidum et luculentum ita describens *ACR.*

turg. A. i. d. M. Cornelius Alpinus Memnona hexametris nimirum descripsit et belle *iugulat Memnona* dilogos ait; nam sub ea specie quasi dicat dum describit quemadmodum Memnon iuguletur intellegi uult ab ipso potius iugulari dum 10 male scripsit *POR.*

37. *diffingit.* Male format i. e. describit. — *luteum.* Non quia luteum caput habet Rhenus sed quod luteum facit ipse describendo male. *Luteum* et ad naturam fluminis rettulit quoniam semper turbidum est et ad uitium poetae. — 15 *haec ego l. Ludo* ait, quoniam uerecunde poetae uersus suos lusus appellant *ACR.*

dumque diffinget Rh. l. c. Et hoc dilogos. Nam in describendo Rheno qui recte luteus dicitur quod et turbida semper aqua et limosis ripis sit quasi ab ipso poeta luteum fieri 20 mala descriptione ostendit. *Diffingat* autem 'figurat' ac per hoc 'describit' significat. — *haec ego l. q. n. i. a. sonent.* Et supra diximus uerecundos fere poetas uersus suos lusus dicere. Ait se id genus carminis dicere quod Maeci Tarpae arbitrio non subiciatur; nam hi fere qui scenas scribebant 25 ad Tarpam hunc uelut emendatorem eas adferebant *POR.*

39. *quae neque i. aede sonent.* In museo Athenaeo; i. e. ea scribo quae neque recitantur [in Athenaeo] neque sint agenda in theatro. — *certante i. Tarpa.* [Quasi ad certaminis

1 hinc *Fabr.* 3 necat *libri* Viualium *libri.* Bibaculum *conlatis scholiis Acronis et Porph. ad Serm. II 5, 41 recte Bentleius* 8 nimium *codd. Pat.* dilogos *codd. Pat.* dialogos *rell. (Item infra)* 17 ludos *cod* 18 defingit *Fabr. Med.* 19 dicitur *om. Fabr. Med.* 21 defingit *et hic Fabr. Med.* 22 haec e. l. *lem. in Fabr. Med. Eaedem post lemma sic:* Supradictos inuerecundos poetas u. suos facere ait, sed id genus. *Vt nos codd.* 23 fere *add. ex Mon.* lusos *codd.* 24 meci *codd.* Metii *Edd.* 25 ei *Fabr. Med.* 26 quasi *Edd.* uelut *codd.* 28 *inclusa om. cod. Med.* 29 *inclusa simul cum lemmate alterius schol. om. cod. Med. Ceterum*

prouocationem uenientia. *Tarpa* quidam criticus illis temporibus fuit et magister ludi et auditor assiduus poetarum qui uersus eorum pueris traderet decantandos.] Veteres [autem] ludi magistri in aedibus sacris docebant quorum maximus
5 Tarpa erat; *iudice* ergo ait eo quod pueri uersus sonantes sub eo iudice essent. Vel in aede musarum ait quo solebant poetae conuenire et dicta sua multis audientibus recitare captantes laudem ex uersibus, et ideo Tarpam iudicem uoluit [uel] quod Tarpa probare consueuisset quae ad scenam deferenda
10 essent. Per hoc illud ait: dicta mea alienum iudicium non expectant nec comoedias scribo quae saepius spectatae apud populum uilescant, sed mihi satis facio *ACR.*

quae neque in ae s. In aede musarum ubi poetae carmina sua recitabant *POR.*

15 40—45. *arguta.* Callida. — *comis.* Suauis. — *garrire.* Scribere nugari ut de se ait: *ludo.* — *unus uiu. Fund.* Inter omnes uiuos tu bene scribis comoediam. Ostendit illis temporibus optimum comoediographum fuisse Fundanium. — *Pollio r. f. canit.* Pollio tragoediam scripsit trimetro quia trimetri
20 dicuntur tragoediarum [uersus esse]. — *pede t. d.* Id est: trimetro iambico quoniam tres caesuras habet. [*Epos* dictum quod unum uersum componit; Epodos quod unum uersum maiorem habet alterum minorem.] *Forte epos* autem i. e. magno impetu expressos uersus. — *ut nemo V. d.* Id est:
25 nemo ut Varius grauiter canit. — *molle a. f. Verg. ann.* Molle atque facetum Vergilio annuerant rure camenae i. e. Vergilio concesserunt musae Georgica scribere; *annuerant musae,* nam nihil ilocaliter in Georgicis scripsit. Apparet illo tempore Vergilium sola adhuc Bucolica et Georgica scripta habuisse *ACR.*

ne quae restant quidem omnia genuina sunt; fort. includenda erant omnia usque ad in aede musarum 8 uel *eiciendum* 13 nec *Fabr. Med.* 16 ait. — Haec ego ludo, Vnus uiuorum Fund.] Inter etc. *sic Fabr.* 21 *inclusa interpolata sunt; cod. Med. sic:* Forte i. e. ipse fortis ipse Pollio et forte i. e. magno impetu expr. uers. Epos pro Epodos. Epos autem dictum quod unum uers. mai. h. alt. min. *In eisdem seqq. sic turbantur:* ut nemo V. d. m. a. e.] Varius delicatum uersum componit i. e. nemo ut Varius dulciter canit. — Molle atq. f.] etc. 29 sola *om. cod. Med.* adhuc tantum *Fabr. Cfr. Porph.*

40. *arguta m. p. D. Ch.* Solum illis temporibus Gaium Fundanium dicit comoedias bene scribere, at Pollionem tragoediam quae trimetris uersibus fere texitur, epicum autem carmen ualidissime Varium, molle uero ait et elegans Vergilium. Sed apparet cum hoc Horatius scriberet sola adhuc Bucolica et Georgica Vergili in notitia fuisse *POR.* 5

46. *hoc erat e. f. V. atac.* Ordo ex inferioribus. Hoc erat quod ego melius possem scribere i. e. satyram quam Varro atacinus et alii multi qui conati sunt scribere. [Varro quidem temptauit satyram scribere et scripsit et ideo non edidit] *ACR.* 10

hoc erat e. fr. et relig. Cum alii alia carminum genera consummate scriberent quorum mentionem habuit, sermonem autem frustra temptasset Terentius Varro Narbonensis, qui Atacinus ab Atace fluuio dictus est, item Ennius qui quattuor libros saturarum reliquit et Pacuuius huic generi uersificationis non suffecissent: eundem se scribere ait ita ut aliis maior sit Lucilio minor; quem inuentorem huius operis merito dixit quia primus Lucilius huius modi carmina scripsit *POR.* 15 20

48. *neque ego i. d. a.* Rursum Lucilium sibi praefert quia ille inuentor fuit *ACR.*

50—55. *at dixi fl. h. l.* Dixi lutulentum quidem fluere sed habere multa laudanda. — *plura q. t. r.* Quae plura essent quam ea quae relinquerentur. — *nil comis.* Id est: elegans ipse Lucilius nonne uituperat quaedam in Attio et deridet Ennium quasi non habentem grauitatem, sed ita ut eos fateatur meliores esse? — *Atti.* Hic apud Latinos primus tragoediam scripsit. — *cum de se l.* Id est: quando de se lo- 25

1 Gaium *Mon.* C. *cod. Om. Edd.* 2 et *pro* at *Edd.* 6 Vergii *Mon.* Vergilii *rell.* 9 *inclusa om. cod. Med.* 12 Quoniam alii carm. gen. *libri* 14 temptasse *Mon. Med. Pat.* tentasse *rell.* (Terentium Varronem narbonensem *Fabr. Med. item paulo post* Ennium *et* Pacuuium) 16 saturarum *Mon.* 17 non suffecissent ei describere ait ita ut *cod.* non sufficessentei describere ait ita ut *Mon.* non suffecisset ei d. ait ita ut *Pat.* non suffecisse. ait. n. ita ut *Med.* non sufincisse. Ait enim ut *Fabr.* *Nos schol. corruptum refingere studuimus* 18 sit, sic Lucilius minor *Fabr.* sit, sic Lucilio minor *Med.* sit Lucilio minor *codd. Pat.* 26 Accio *Edd.* Actio *cod.*

quitur non sic dicit quasi melior sit illis poetis quos ipse reprehendit *ACR.*

at dixi fl. h. l. Supra dixerat: [1*] Saepe ducentos Vt magnum uersus dictabat stans pede in uno Cum
5 flueret lutulentus. — *plura q. toll. rel. Age Quaeso et reliq.* Ordo est: Tragici Atti nil mutat Lucilius? Et hoc interrogatiua figura cum ironia pronuntiandum est quia ex contrario intellegendum est. *Comis* autem Lucilius propter urbanitatem dicitur et *mutat* pro eo quod est emendat positum
10 est. Facit autem haec Lucilius cum alias tum uel maxime in III libro VIIII et X. — *non rid. u. Enni g. m.* Eadem qua supra figura et hoc dicitur. Sensus autem est: Non ergo etiam Enni uersus ridet qui minores sunt quamquam dignitatem eius possit assequi. — *cum de s. l. n. u. m. reprehensis.*
15 Hoc est: cum ita sua ostentat scriptaque enniana reprehendit ut non tamen Ennio se praeponat. Per quae uult intellegi Horatius et sese ita Lucili uersus reprehendisse ut non tamen se ei anteponat *POR.*

55—57. *quid uetat.* Vt ego cum legam Lucilium quae-
20 ram utrum natura sua negauerit ei compositos uersus facere an natura rerum de quibus scripsit? Aliter: Quid prohibet quaerere, utrum ingenio [an natura] duriores fecerit uersus an operis necessitate? — [*dura.* Operis satyrici dispositio. —] *euntes.* Mire, quia pedibus currunt. *Euntes* dicuntur quasi
25 leniter fluant qui non sunt asperi *ACR.*

num illius n. d. n. r. et reliq. Sensus est num illius natura aut numquid magis rerum earum quas scripsit [difficultas] negarit ei uersus molliores *POR.*

58. *at si q. p.* Si quis inuenitur qui contentus est qua-

4 pede uno *codd. Pal.* 5. 6 et reliq. *in lem. addidi; item* ordo est 6 Acci *libri* 10 haec *om. Fabr. Med.* 13 quasi minores tamq. *Fabr. Med.* quasi m. quamq. *Pal. Vt nos codd. nisi quod* assequi *paulo post om.* 14 reprehensis *codd. Pal. Om. rell.* 15 et scripta *Edd.* 16 quē *cod.* q; *Mon.* quem *rell.* 17 Lucili *codd.* 19 Vt ego legam Luc.? quaeram etc. *Edd.* 20 negauit *libri* 22 an natura *eiciendum* 23 *alterum schol. om. cod. Med.* 27 numquit *Mon.* 27. 28 difficultas *om. codd. Pal.* 28 negaret *Fabr. Med.*

1* *Hor. Serm. I 4, 10*

lescumque uersus facere dum modo plures faciat, concedo politum esse Lucilium qui asper fuit *ACR.*

60. 61. *Etrusci.* Parmensis qui de Parma ciuitate fuit [Etruriae]. — *rapido f. a.* Cassium malum poetam rapido amni [qui multa purgamenta secum trahit] comparat qui multos uersus in paruo momento conscripserat nullius utilitatis; ideo mortuus postea cum libris combustus est *ACR.* 5

Etrusci q. f. C. r. feruentius amni. Cassium etruscum parmensem dicit cuius tragoedia Thyestes extat *POR.*

63. *capsis q. f. e. e. l. amb. p.* Aspere quasi tam uerbosa aut tam multa scripserit ut cum non uiderentur legi digna illis ipsis mortuus exustus sit *POR.* 10

65. 66. *fuerit limatior.* Politior emendatior; i. e. quamuis graeca carmina Lucilius latinis primus admiscuerit quod superius reprehendit. — *et graecis i. c. a.* Quia primus satyram Graecis intactam uersibus hexametris scripsit etiam auctor huius operis est. Antea enim soli comici mores suorum carpebant apud Graecos, [quia dicuntur Graeci satyram non puram scripsisse]. — *auctor.* Satyrae. Graeci non scripserunt satyram integram h. e. heroico carmine sed miscuerunt cum comoediis *ACR.* 15 20

et graec. i. c. a. Hoc ideo dictum quia nulli Graecorum hexametris uersibus hoc genus operis scripserunt *POR.*

68—70. *si foret h. n.* Si hoc tempore natus fuisset Lucilius multa sibi detraheret multa adderet ut aptaret se auribus audientium quia modo student homines uersuum lenitati; per hoc ait illum incuriose scripsisse. — *detereret.* Detraheret. —] *recid. o.* Id est, amputaret omne quod abundaret *ACR.* 25

71. *saepe c. sc.* Vt eos uersus faceret quos putaret legentibus placere. — *uiuos e. r. u.* Fricaret quaerendo quod 30

3. 4 erat *Fabr.* fuit *cod. Med.* (Eburiae *om. cod. Med.*) 5 *inclusa om. cod. Med.* 6 scripserat *Edd.* 7 ideo post mortem decreuit senatus ut libri cum corpore incenderentur *(sic!) Fabr.* 8 feruentior *cod.* 10 quasi *Mon. et cod. (sed hic in marg. ascr.* quod). quod *Edd.* 18 *inclusa om. cod. Med. recte et est aut hoc totum schol. aut tertium quod cod. Med. om. suppositicium* 27 *alterum et tertium schol. om. cod. Med. item duo sequentia usque ad* Persius

bene diceretur; saepe enim hoc faciunt qui uolunt inuenire quae placeant. Persius:[1*] Nec pluteum caedit nec demorsos sapit unguis *ACR.*

saepe c. scaberet u. e. r. u. Hinc Persius Flaccus illud 5 sumpsit: Nec pluteum caedit nec demorsos s. unguis. Non cessat autem Lucilium tangere quasi incuriose scripserit *POR.*

72—75. *saepe st. uertas.* Vt deleas et emendes. Si uis scribere ea quae mercantur legi saepe stilum fac uertas ut 10 adhibeas lituram male scriptis. — *neq. t. u. m. t. l. c. p. l.* Noli laborare ut multis placeas sed paucis et doctis esto contentus quasi melioribus. — *uilibus i. l.* Vt etiam librarii dictent carmina tua *ACR.*

uilibus i. l. d. c. m. Ludis litterariis dicit in quibus 15 carmina uulgata pueris adhuc rudibus dictari solent *POR.*

76. 77. *non ego.* Non ego magis uolo placere pluribus quam bonis. — *equit. m. pl.* Romanum scilicet sapientem et doctum uirum. — *expl. Arb.* *Arbuscula* quaedam mima fuit quae cum sibilo uulgi eiceretur e theatro placeret autem pau- 20 cis equitibus dixit: 'Contenta sum his prudentibus quamuis pauci uideantur esse fautores'. [Aliter: Arbuscula quaedam mima fuit quae placebat bonis potius quam plurimis; haec aliquando explosa a populo dixit: hoc equitum Rom. plausu contenta sum; consolabatur autem se his uerbis quae leguntur] 25 *ACR.*

ut aud. c. a. e. A. d. Arbuscula mima fuisse traditur quae cum ab irato populo exploderetur ab equite autem lauda-

3 unguis *cod.* ungues *Edd.* 4 scalperet *codd. Pat.* Flaccus *om. Fabr. Med.* 5 sumpsit *codd.* scripsit *Edd. Deinde* nec *Mon. (altero* nec *om.)* non *rell.* 5. 6 unguis *Mon.* (autem *om. Edd.*) 8 *prius schol. et lem. tertii om. cod. Med.* 16 *duo priora schol. om. cod. Med. Item tertii scholii priorem enarrationem om. cod.* 20 contenta sum *om. Med. et in fine habet* uideantur esse astutiores 21 *inclusa sine dubio eicienda sunt.*

27 *post* exploderetur *add. cod. Pat.:* i. e. strepitu plausus eiiceretur. *Fabr. Med.:* i. e. strepitu et plausu eiic *Recte omnino om. Mon.* ab equitate a. l. *cod.* ab equitate enim l. *Mon.* ab equitatea utem inuidaretur *Pat*

1* *Persius I* ~~116~~ 106

retur ait se contentam esse honestorum testimonio; quid autem per haec de se intellegi uelit Horatius manifestum est *POR.*

78. *cimex.* Sordidus uilis abiectus putidus *ACR.*

83. *Viscorum l. u.* Visci duo fratres fuerunt optimi poetae; alii dicunt criticos fuisse. Pater eorum Vibius Viscus quamuis et diuitiis et amicitia Augusti clarus esset in equestri tamen ordine perdurauit cum filios suos senatores fecisset *ACR.* 5

84. [*amb. rel.* Repudiata ut remota gratificatione i. e. sine assentatione hoc dico. Volo ut et tibi placeant poemata mea o Pollio. —] *te dic. p.* Dicere possum quod iam studeo tibi placere: i. e. sine assentatione hoc dico: Volo ut placeant tibi mea carmina o Pollio. Ac si diceret: Ab his me uolo magis probari quam a superioribus *ACR.* 10

ambit rel. Id est: remota ambitione ac per hoc non tumide nec latenter loquens *POR.* 15

86—89. *simul his.* Pro eo quod est 'cum his.' — *te c. Furni.* Hic historiarum elegantia claruit. — *prudens.* Quoniam omnes enumerari non possunt ne enumeratio multorum sit fastidiosa. — *quibus h. s. q. arrid. u.* Ordo: Quibus qualiacumque sint haec uelim [ut] arrideant. — *doliturus.* Volo his quoque placere mea carmina quibus si minus placuerint quam spero doliturus sum *ACR.* 20

Demetri t. Tigelli. Hi modulatores fuerunt et docuerunt puellas ingenuas per modos. — *discipularum.* Id est: ingenuarum, quia hoc tempore maximum eorum studium fuit affectandi lyricam disciplinam. [Vult autem Horatius ex tempore uenisse in mentem sibi hos uersus dicendo] *ACR.* 25

Demetri t. T. De Demetrio et paulo supra dictum est, de Tigellio autem Hermogene saepe. — *discipularum i. i. p. c.* Eleganter haec in modulatores dicuntur quia puellae maxime docentur huius modi delicias *POR.* 30

1. 2 quid autem *cod. in marg. add.* quid *Edd.* 3 *hoc schol. om. cod. Med.* 4 optimi — fuisse *om. cod. Med.* 8 *inclusa recte om. cod. Med.* 11 ne *pro* sine *Edd.* 15 timide *Fabr. Med.* 16 *duo priora schol. om. cod. Med. item quartum et quintum* 24 discip. i. e. ingen. *om. cod. Med.* 26 *inclusa non genuina sunt; cfr. postremum schol.* 28 Demetrique T. *in lem. codd.* 29 Tigillo *cod. Pat.* tilligio *Mon.* 30 in *om. Fabr. Med.* 31 decent *Fabr. Med.* docent *Pat.*

92. *i. puer.* Videtur hoc carmen σχέδιον esse i. e. ad tempus inuentum non aliqua ordinatione compositum dicendo: 'I puer ' et reliqua [quasi superiores uersus dixisset ex tempore] *ACR.*

5 *i puer a. m. c. h. s. l.* Eleganter, quasi hoc ex tempore dixerit, praecipit puero ut in librum suum illud conferat ne pereat tam opportunum et congruens in modulatores dictum *POR.*

3 *inclusa om. cod. Med.* 6 ut librum suum illuc conferat *codd.* ut librum s. illud c. *Pat.*

SCHOLIA

IN SERMONVM LIB. II.

SATIRA 1.

1. *Sunt q. i. s. uidear n. a.* [Ad Trebatium quendam iuris peritum scribit et consulit quidnam faciat quoniam quibusdam acre nimis uideatur opus suum aliis remissum. — *uidear n. a.* Maledicus mordax et extra modum lacerare Sensus est:] Alii [nullius momenti et] nimis acrem dicunt satyram meam alii dicunt sine neruis esse quod scripsi i. e. sine uiribus ingenii. Ecloga haec nomina habet si ad Iouem hymni, si ad Apollinem aut Dianam aut Latonam paeanes, si ad Liberum aut Semelem dithyrambi si ad ceteros deos prosodia, si ad homines laudes aut uituperationes *ACR.* 10

Sunt q. i. satura uidear n. a. e. u. Ad Trebatium scribit equitem romanum. Hic est Trebatius iuris peritus qui locum obtinuit inter poetas et aliquot libros de ciuili iure conposuit et de religionibus nouem *POR.*

1 uidear n. a. *om. Fabr. Med. Item quae secuntur usque ad* Alii nullius *Ceterum in Med. haec est inscriptio:* ACRONIS IN Qu. HORA. FLACCI SERMONVM II. LIBRVM COMMENTARIA 7 omnia *pro* nomina *libri* 11 uideor *Pat. Om hoc uerbum codd.* (Sunt q. *lem. in Fabr.* sunt q. i. s. *lem. in Med.*) *Mon. inscribit uel subscribit priori libro haec:* HORATI FLACCI SERMONVM LIBER I. EXPLICIT INCIPIT EIVSDEM LIBER II. *Med. sic:* Porphyrio in secundum librum sermonum Horatii. *(Ceterum cfr. adnot. ad huius sat. uers. 24)* 13 inter p. *om. Mon., in marg. add. cod.* (optinuit *cod.)*

2. *ultra l. t. o.* Id est, ultra quam opus est et quam habet ratio ipsius uocabuli; et mire *legem* quia iuris perito loquebatur *ACR.*

5. *praescribe.* Id est, constitue quasi ex lege quid de-
5 beam facere quia quidam me reprehendunt *ACR.*

8. *ter u. Tib. t.* Sensus hic est: Qui dormire non possunt facile ter Tiberim transnatent et fatigati multis se potionibus impleant quo facilius his somnus accedat. [Dicit autem uel hoc melius esse quam quemquam cum periculo
10 lacessere. Trebatius ait, qui uolunt multum dormire uncti ter natent Tiberim et multum bibant] *ACR.*

transnanto T. Hoc fuisse in consuetudine ueteribus alio loco significat dicens:[1*] T e p e r g r a m i n a m a r t i i C a m p i t e p e r a q u a s d u r e u o l u b i l e s. Vide ut directis uerbis
15 utatur propter iuris peritos *POR.*

9—14. *sub n.* Prope noctem, sero aduentante nocte i. e. aduesperascente. — *aude C. i. r. d.* Quasi difficile sit et quasi uix possit impleri [ideo dicit *aude.* — *cup. p. o.* Hoc respondet Horatius. — *uires d.* Id est, destituunt; ostendit
20 se posse dicere quod negabat. —] *fracta c.* Quia uulneratus est hostis; ut:[2*] E t u e n i t a d u e r s i i n t e r g u m S u l m o n i s i b i q u e F r a n g i t u r. *Pereuntes,* quia fractis Romanorum telis perempti sunt *ACR.*

neque enim q. h. p. Eleganter in ipsa excusatione posse
25 se scribere ostendit. — *nec fr. pereuntis c. G. Fracta* dixit ut Verg.: i b i q u e F r a n g i t u r, aut de historia est; nam Marius aduersus Santonas talia tela commentus est ut fracta mitterentur ne remitti ab hostibus possent *POR.*

16. *att. e. i. p.* Id est: Si res bellicas eius non poteras
30 describere attamen iustitiam et fortitudinem animi eius laudare poteras sicut Scipionis a Lucilio uita laudata est *ACR.*

8 *inclusa recte om. cod. Med.* 12 *ante lem. codd. habent:* omnino uersus aio *(uers. 6) ut fort. schol. exciderit. In eisdem cum Pal. est* transnato 13 martis *codd.* 14 *ante* Vide *add. pro nouo lem.* habento *Fabr.* 16 aduueniente *cod. Med.* 18 *inclusa om. cod. Med.* 20 quia — pereuntes *om. cod. Med.* 25 pereuntis *codd. Pal.* (per. c. G. *om. Fabr. Med.)* 27 fragilia *coni. Estré.* fracta ut mitt. *eicit Duentzerus*

1* *Hor. Carm. IIII 1, 40* 2* *Aen. VIIII 410*

att. et i. p. e. s. f. Scipiadam. Si non potes res gestas Caesaris scribere at potes iustitiam et fortitudinem, ut Lucilius Scipioni fecit qui uitam illius priuatam descripsit, Ennius uero bella. — *Scipiadam.* Adnotandum quod non Scipionem dixit. — *et scr. f.* Ὑποστιγμή ponenda, ut sit sensus: 5
fortem attamen et iustum, quatenus res gestas bello exponere non potes *POR.*

17. 18. *Scipiadam.* Qui Hannibalem reuocatum ex Italia uicit et Africanus dictus est; i. e. scribe de eius fortitudine atque iustitia. — *cum res i. f.* Cum fuerit opportunitas 10
et tempus. Non sibi deest is qui facit et quod opus est et quo oportet. — *nisi d. t.* Inuenta opportunitate. Ordo est: non ibunt nisi dextro tempore i. e. opportuno Flacci uerba [i. e. felici tempore ac prospero non possum scribere quia attentae sunt aures Caesaris et bene iudicant. Alias: nisi fe- 15
lici tempore scripsero i. e. quando bene positum est astrum meum non possum placere Caesari quia sapiens est et bene iudicat, cui si uolueris assentari respuit et contemnit] *ACR.*

19. *per attentam n. i. C. a. Attentam* maioribus expeditionibus intentam *POR.* 20

20. *cui m. s. palpere r.* Assentari est palpare et hic quasi a uerbo deponenti dixit 'palpor palparis' cum sit actiuum. Palpor i. e. blandior assentor. — *recalcitrat.* Translatio ab equis: contemnit et spernit te si falsas laudes scripseris. Sensus est: Si quis ficta adulatione adgrediatur ad 25
Caesarem repugnat et respuit nec se decipi patitur; [*sic tutus undique,* quod ne blanditiis quidem capiatur i. e. non audiat. Dicit de Augusto qui non falsas blanditias admittat et sit

1 attamen *lem. est in Fabr. Med.* gestas *Mon.* gesta *rell.* res gestas *corr.* 3 Scipionis *codd.* 4 *post* bella *codd. addunt:* fecit qui uitam illius pro bella *sed in cod. ab ead. man. deleta sunt* Scipiadem adnot. et non Scipionem *Fabr. Med. Vt nos rell. nisi quod* dixit *addidimus* 5 ὑποστιγμή *om. Edd.* (*etiam* ponenda *om. Fabr.*) 6 animo *pro* attamen *codd.* (*deinde* iustum scribere *Edd.*) bellorum ponere *Fabr.* belli p. *Med.* belli et ponere *Pat. Vt nos codd.* 9 est *om. Fabr.* 14 *inclusa recte om. cod. Med.* 19. 20 occupationibus *Fabr. Med.* 21 *prius schol. om. cod. Med. item alterum usque ad* Seusus est palpere *Edd. et paulo post* assentio 26 *inclusa eicienda mihi uidentur; sed ne sic quidem omnia sana uidentur; fort. postrema quoque* quia — deludi *suppositicia sunt*

eruditus assentari,] quia ualde tutus est Caesar in omnibus rebus ideo non delectatur falsis laudibus i. e. non postest deludi *ACR.*

cui m. s. palpere. Methaphoricos: cui si adularis offen-
5 ditur; *palpare* proprie 'manu mulcere'. — *undique t. Tutus* inaccessibilis, ut Verg.: [1*] Tuta lacu nigro. Et est sensus: Non audit adulantem quia sapientia undique munitur i. e. in omni rerum studio, hoc est omnia nouit *POR.*

21. 22. *quanto r. h.* Id est: Quanto rectius est laudem
10 Caesaris scribere quam satyram? — *Pantolabum sc.* Pro hominibus uilibus. Nomina sunt luxuriosorum quos etiam in priore libro [Lucilius] carpsit *ACR.*

22. *Nomentanumq. n.* Hunc Nomentanum quasi luxuriosum tangit. Sensus est: Nomentanum quotiens luxurio-
15 sum compellas necesse est qui eodem uitio laborant sub persona admoniti timeant aut oderint compellatorem huiusmodi *POR.*

23. 24. *cum s. q. t.* [Sensus est: cum unusquisque timet sibi tamen odit te etiam si non fuerit laceratus. Exemplo nos
20 terreri significat etiam si non laedamur; nam quae in alios uidemus fieri in nos futura credimus.] Quamuis nihil de eo dicis tamen metuit te quasi satyricum et odit quasi maledicum; [i. e. cum timet aliquis flagitiosus propter conscientiam suam ne de eo aliquid dicas, etiam si taces odit te. — *quamq.*
25 *e. i.* Nondum denotatus. — *et odit. Et* pro 'tamen'. — *quid f. s. M.* Quid faciam? uitium habeo ut multi habent. Nam Milonius scurra si ebrius fuerit saltare non desiit. Similiter ut ego commissa hominum tacere non possum. [Milonium ait ebrietate dissolui ut contra decorum saltet et plures ex
30 una lucerna ei uideantur] *ACR.*

a
4 palpere *bis cod.* palpebrae *priore loco* palpere *altero Mon.* palpere *Edd.* 5 Tutus *post lem. om. Edd.* 6 est *om. codd. Pat.* 9 *pro duobus his schol. cod. Med. haec:* quam 'tristi l. u.] Quam satyram uelle scribere 15 compellat *codd. Pat.* laborat *codd. (Ceterum in hoc schol. mihi non satis feci)* 18 *inclusa om. cod. Med. recte opinor; item quae paulo post inclusi*

1* *Aen. VI 238*

saltat Millonius. Millonius scurra illorum temporum qui simul ebrius fuisset saltare incipiebat. Sensus: Ita scribendo me abstinere non possum ut Millonius ebrius a saltando *POR.*

24—26. [*icto capiti.* Percusso cerebro uinolentia.—*feruor.* Ebrietas quae caput percutit.—] *num. l.* Opinione ebrii accedit 5 numeris lucernarum quia qui ebrius sit non se putat unam lucernam uidere nec unam lunam arbitratur aspicere. Iuuenalis:[1*] Et geminis exurgit mensa lucernis.—*Castor g. e.* Castor et Pollux ex uno ouo nati diuersa studia habent; [cum igitur inter fratres hoc sit, non mirum est me uitia hominum 10 carpere] *ACR.*

numerusq. l. Lucretius:[2*] Bina lucernarum florentia lumina flammis [Et duplices hominum facies et corpora bina.] Ebrii enim duplicia uident. — *ouo p. e.* Dicit quot homines tot esse sententias; nam Castor et Pol- 15 lux diuersa secuti utique communi omnium uarietate ducti sunt *POR.*

27. *quod cap.* Terentianum illud:[1*] Quot hómines tot senténtiae suus cuique mos. Singuli homines singula studia habent *POR.* 20

29. *most. m. u.* Hoc est: qui melior fuit et me et te Trebati uita sua i. e. censu et natalibus; fuit enim ualde nobilis Lucilius *ACR.*

nostr. m. u. Me et te, σόλοιχον est. Debebat enim dicere 'nobis' sensu et ingenio melioris *POR.* 25

30. *ille u. f.* Hoc Lucilius ex Anacreonte graeco traxit et Alcaeo lyricis quos ait Aristoxenes libris propriis uice

1 Milonius *Fabr. Med.* 7 Iuuenalis *e. q. s. simul cum seq. schol. om. cod. Med.* 12 Bina *et alterum uers. om. codd.* (tecta lucernetur *Pat. Med.*) 12. 13 flagrantia *Fabr.* 16 hominum *Fabr. Med. Post hoc schol. codd. haec addunt:* Sunt quibus in satyra nimis uidear acer. Quamquam hos duos libros 'sermonum' inscripsit, tamen de his sic loquitur quasi de satyra Lucilium sequens. *Fort. haec supra ad uers. 1 pertinent* 19 sui *cod. Med.* 21 *hoc schol. om. cod. Med.* 24 mei et tui *libri* dicendum erit nobis Lucilii et ing. mel. *Fabr.* dicendum erat nobis. Aristo. señ est sensu et ing. mel. *Med. Pat.* Debebat enim dic. nobis sed sensu et ingenio melioris *cod.*

1* *Iuuenal. VI 305* 2* *Lucretius IIII 448* 3* *Terent. Phorm. II 4, 14 (454) Fleckeis.*

amicorum usus esse. Dicitur enim uitam suam scripsisse et non sibi pepercisse *ACR.*

uelut f. a. s. Aristoxenis sententia est. Ille enim in suis scriptis ostendit Sapphonem et Alcaeum uolumina sua
5 loco sodalium habuisse *POR.*

31—33. *si m. gess.* Si quid uitiose scripserat. — *quo f. u. o.* Vnde fit ut ita lucida sit uita ipsius quemadmodum ex uoto imago aut in templo aut in publico posita. *Votiua* dicitur tabula quae ponitur in publico in qua scribitur decer-
10 nente ciuitate uita boni cuiusque. — *descripta tabella.* Id est: picta in tabula, ut naufragi solent tabulam portare depictam. Ordo est: Quo fit ut omnis pateat uita senis ueluti uotiua tabella descripta [quoniam solent naufragi se pingere et consecrare in aliqua aede] *ACR.*

15 *uotiua p. u. d. t.* Ita fit ut Lucili uita tam clara sit per libros quam si in tabula uotiua ostendatur *POR.*

34. *Lucanus a. A. a.* Quia Venusinum oppidum in confinio Lucaniae et Apuliae positum est, quae ciuitas habitatur a romanis colonis, missis ob eam rem ut siue Apuli siue Lu-
20 cani bellum mouerent prohiberentur. Ad hoc oppidum missus erat colonus eo tempore quo a Romanis Sabino sunt uicti. De se ipso ait: Vtrum sim Lucanus an Apulus anceps *ACR.*

anc. n. V. a. s. u. s. Non ego dubius sum sed incertum est; nam Venusini Lucanis sunt adfines et Apulis *POR.*

25 35—39. *nam Venus. a.* Venusium oppidum est ubi natus Horatius. — *missus a. h. p. u. e. u. f. S.* Venusinus populus olim romanus fuit sed modo trahit nomen a ciuitate uel oppido missus ut rebellem Apuliam uel Lucaniam incurrere Romanis uetaret. — *quo n. p. u.* Vt ne per uacantem
30 locum Sabellis expulsis [incolis nullis obstantibus peruium] iter esset Lucanis ad Romanos. — *sed h. stilus.* Ego ne-

1 in opere suo scrips. *cod. Med.* 3 Arist. s. e. *hic add. ex codicis marg. Eudem male superiori schol. add. Med. Pat. Om. Mon.* 4 Sapphonis et Alcaei uol. se loco *(sic!) Fabr.* 8 *post* posita *add. Fabr.:* iudicent quicquid est pictum. *Cod. Med.:* uidelicet q. e. p. 16 quasi *Fabr.* in tab. ostenderetur *Fabr. Med.* 23 anceps] Id est: Ego dubius sum et incertus *Fabr. Med.* 24 apulis *Mon.* app. *rell.* 29 Romanos *Fabr.* 30 *inclusa om. cod. Med.*

minem lacesso ultro sed ita utor lingua mea ut gladio magis ad tutandum me quam alium lacessendum *ACR.*

sed h. s. haud p. u. Dicit sua scripta, quod nulli nisi merito detrahat *POR.*

40–43. *quemq. an.* Viuum hominem habentem animam. 5 *quem cur distr. c.* Id est: Quem gladium uel stilum cur proferam si nemo me persequatur? — *ab inf. l.* Pro 'maledicis'. — *o pater.* Optantis est, ut:[1*] o potius falsa formidine ludar. — *telum.* Stilum suum dixit [ut non sit causa cur utar hoc stilo] *ACR.* 10

o pater e. r. I. u. p. p. Tractum ex graeco hoc: ὦ ἀπόλλοιτο; idem enim significat *ut* quod illic ὦ i. e. 'utinam' *POR.*

45. *qui me comm.* Commouerit lacessiuerit prouocarit. — *melius non t. cl.* Hoc interposuit ut uotum suum osten- 15 deret: ut me non tangas illi clamo: Ordo est: At ille qui me commouerit flebit et insignis cantabitur tota urbe *ACR.*

47. *Ceruius i.* Ceruius accusator quidam fuit et calumniator. Vnusquisque autem ea re minatur qua ualet. — *et urnam.* Videlicet reorum i. e. iudicium quia sortiebantur iu- 20 dicium et eiciebantur iudices ex quibus fiebat reiectio *ACR.*

Ceruius i. Hunc Ceruium uult uideri accusatorem qui eodem malo iudice postea loquitur *POR.*

48. *Canidia A.* Deest 'filia', ut Verg:[2*] Deiphobe Glauci; alii uxorem dicunt. Canidia autem pro Gratidia. 25 Albutius quidam ueneficus matris extinctor. — *grande m. T.* Turius quidam corruptissimus iudex hic est cui Hortensius

1 sed id agit lingua mea ut gaudeat magis *cod. Med.* 3 hau *Mon.* aud (*supra* h) *cod.* (*totum schol. om. Fabr. Med.*) 5 *quinque haec schol. om. cod. Med.* *simul cum duobus quae proxime secuntur* 11. 12 ὦ ἀπόλλοιτο *om. Edd.* 12 id enim sign. Luc. ut quod illic coc id ē ntinam *codd.* id enim sign. quod illic *Fabr. Med.* id enim significatur quod illic id est *Pat. Nos correximus* 18 Ceruius i. l. m.] Exemplo nos terreri significat etiamsi non laedamur nam quae in allos uidemus fieri in nos futura credamus. Et urnam uidi reum i. iudicium quia *Med. Eadem cod. nisi quod habet:* et u. iudicium i. mortem in qua *etc.* 23 eodem modo ut de malo *Fabr. Med.* 24 *pro duobus his schol. cod. Med. haec tantum:* Canidia pro Gratidia. Deest filia. *Certe totum schol. de Turio suspectum habeo*

1* *Aen. X 630* 2* *Aen. VI 36*

propter fratrem Varronem ceratas diuersi coloris tabellas dedit. Alias: Turium Marinum iudicem significat qui accepta pecunia pronuntiare sit solitus qui fidem suam corruperant. Hic quoque tempore Verris reus erat et diuersi coloris ta-
5 bellas fertur dedisse ut sciret qui secundum uoluntatem iudicassent, quia nomina sua centumuiri non adiciunt. Hoc dicit Turium dicere solitum: si me iudicante ad iudicum uenerit inimicus meus damnabitur *ACR.*

Canidia Albuci. Amphibolice posuit: aut Canidia ue-
10 nenum minitatur aut 'Albuci uenenum'; hic enim Albucius ueneno uxorem suam dicitur peremisse. — ***Turius si quis se iud. certet.*** Caius Turius hic praetor fuit apud quem accusatus est a Cicerone Verres Hortensio defendente. Hic dicitur centumuiris dedisse tabulas aliis nigras aliis rubras et
15 [caera] adnotasse quas cuique dedisset ut sciret a quibus postea pecuniam peteret uel linqueret; nam omnes corruperat *POR.*

50. 51. ***ut quo.*** Hoc dicit: quomodo unus quisque hac re terreat inimicos suos in qua re ualet et quomodo hoc im-
20 peret cognosce ex natura. — ***collige.*** Percipe [reputa] et intellege *ACR.*

sic collige m. Sic quemadmodum haec res naturaliter hominibus data sit audi *POR.*

52. 53. ***dente l.*** Ostendit natura unumquemque ea mi-
25 nari inimicis quae possit perficere. — ***intus m.*** A naturali sensu institutum. — ***Scaeuae u. c. n. M.*** Id est: committe huis uiuacem matrem et non faciet aliquid sceleris pia dextra sed ueneno utetur i. e. non eam perimet gladio. Scaeua quidam luxuriosus dicebatur fuisse et pronus ad artes ma-
30 gicas; is habuit matrem anum, quae est aetas luxuriosis molesta *ACR.*

Scaeuae u. c. n. Ironicos dictum totum hoc *POR.*

2 C. Martium Turium *COM. CR.* 4 quo *Estré.* etiam quo *Duentzerus cum COM. CR.* 9 Albuci *codd.* Albuti *Edd.* posuit sic: aut *Fabr. Med.* posuit. Sed aut *codd. Pat.* (*fort. post* Canidia *add.* Albuci filia) 10 imitatur *codd.* 11 grande m. Tur. *lem. in Med. Fabr.* Turius si quid de se iud. certes *codd. Pat.* 15 caera et *codd. Pat.* 19. 20 imperet cognoscit Fortuna *Fabr.* imperet coguoscens natura *cod.* imp. cognosces natura *Med*

54—56. *mirum.* Miraris quia dixi: non utitur dextera sua ad occidendam matrem: noli mirari nam eam occidit ueneno. — *uitiato.* Corrupto; quia unaquaeque res alterius permixtione corrumpitur i. e. melle ueneno corrupto eam poterit occidere *ACR.* 5

sed m. t. a. u. m. c. Hoc παρὰ προςδοκίαν dixit; Scaeua autem matrem suam ueneno extinxit et est sensus Ciceronis pro Scauro:[1*] Libertus patronam non occidit sed duobus digitulis gulam oblisit *POR.*

57—62. *ne multum f.* Id est: ne multa dicam. — [*exul.* 10 Extra patriam positus. —] *quisquis erit.* Id est: Quicumque me uitae exitus manet siue diu uiuere liceat siue cito sit necesse deperire siue pauper siue diues, utrum Romae an exul fuero tamen scribere non desistam. — *o puer u. s.* [Trebatius respondet: o] Horati ne non sis uitalis metuo i. e. ne 15 cito pereas metuo; nam te potest quicumque maiorum a te lacessitus occidere — *frig. t. f.* Id est: morte te afficiat quae frigida est, ut poeta:[2*] Frigida mors *ACR.*

frigore te feriat. Id est: horrore mortis *POR.*

62—68. *quid c. e. L. a.* Quid passus est Lucilius cum in 20 multos dixisset principes ciuitatis! — *detrahere e. p.* Id est: denudando interiorem uitam releuare quia multi mali sunt homines opinione tamen bona quorum uitam si exposuerit quis, pellam honestatis uidetur illis detrahere simulata opinione remota. [Alias: detrahere pellem h. e. unumquemque superficie 25 ipsa nudare ut uitia detecta elucerent quamuis aliquo uelamine celarentur; pellem igitur uelamentum uitiosae uitae factam opinionem. — *nitidus.* Vt ciuis bonus. — *cederet.* Pro: incederet.]. — *et qui duxit a. o. m. K. n.* Africanum Scipionem dixit qui in Africa funditus Karthaginem deleuit Nu- 30 mantiamque unde postea Numantinus dictus est. — *ingenio off.* Id est. laesi uel irati sunt illi duo duces ideirco quod

2 occidendum *Fabr.* 6 allegoricos *Edd. Vt nos codd.* Scaeuola *codd. Pat.* 8 patronum *Fabr. Med.* 21 *scholion alterum tertium et quartum om. cod. Med.* 30 Africam f. deleuit Numantiamq. *cod. Med.* in Afr. f. K. d. et Num. *Fabr.* 31. 32 ingen. off.] Id est: num inimici ipsius facti sunt aut p. Lup. aut propter Metellum. Lupus princeps senatus fuit *sic Fabr.*

1* *Cic. fragm. orat. pro Scauro* §. *10 Orell* 2* *Aen. IIII 385*

Lucilius carpsit Metellum Lupum et ceteros principes urbis Romae. — *famosis*. Criminosis maledicis. — [*cooperto*. Increpato] *ACR*.

famosisq. Lupo c. u. Rutilium Lupum dicit *POR*.

5 69. *popul. tr.* Diuisum in tribus i. e. per singulas tribus. [Hoc est: non uiles et singulos sed et primores et populum in tribus distributum lacerauit carmine suo Lucilius] *ACR*.

pop. tributim. Per singulas tribus .... *POR*.

70—75. *uni ae. u.* [Virtutem diligens solam] indulgens 10 bonis hominibus. — *atque e. am.* [Virtutis scilicet] Scipioni et Laelio. [— *in secreta*. Scilicet domus parte. —] Ostendit non maliuolentia Lucilium persecutum esse multos sed amore uirtutis. — [*remorant*. Pro 'remouerant' sicut Terentius: [1*] Commórat ibi omnés nos. — *uirtus Scip.* Scipio Afri- 15 canus fertur intra domum tam ciuilis fuisse et carus Lucilio ut quodam tempore Laelius circa lecta triclinii fugienti superuenerit, cum eum Lucilius obtorta mappa quasi feriturus sequeretur. Caecilius autem Metellus consularis qui filios consulares uidit et ab ipsis elatus est temporibus Scipionis 20 Africani potens fuit et cum in seditione quaedam aduersus se facta clamaret, Scipio ait: Hi sunt quos Hannibali eripui, patere ergo, inquit, nos liberos esse. Ob quod et alia Lucilius cum in gratiam Scipionis carpsit quamuis amicum ipsius. — *nugari cum illo*. Iocare cum ipso 25 solebant. — *discincti*. Aut positis togis aut depositis seriis. —] *donec decoq. holus*. Id est donec prandium pararetur. — [*infra Lucili c.* Quoniam fertur Lucilius maior auunculus fuisse Pompei Magni; merito ergo et diues fuit] *ACR*.

75. *infra L. c.* Hoc ait: Et si non sum eorum natalium 30 quorum Lucilius fuit: constat enim Lucilium maiorem auunculum Pompei fuisse. Etenim auia Pompei Lucili soror fuerat *POR*.

2. 3 *inclusa hic et in seq. schol. om. cod. Med.* 8 *post* tribus *codd. Pal. haec addunt:* quia de tribubus facta (facta *supra scr.* us *cod.*) 13 *inclusa om. cod. Med. item postremum schol.* 30. 31 auunculum *om. Mon. et spatio uacuo relicto cod.*

1* *Terentius Phorm. I 2, 51 (101) Fleckeis.*

76—79. *cum magnis uixisse.* Cum optimis cum Augusto cum Pollione cum Maecenate cum aliis. — [*inuita f. u. in.* Inuidia quae semper quaerit inualidum a quo non timeat uicem, fatebitur et inuita me cum summis uiris uixisse: quae si ad me uenerit inueniet fortem nisi tu o Trebati pu- 5
tas me esse mentitum. —] *et fragili q. i. d. o. s.* [Id est: Volens inuidia fragilem laedere inueniet me solidum. Aliter: Inueniet me talem qui possim resistere mordacibus et maledicis hominibus.] Id est: putans fragilem se inuenire quem mordeat inueniet durum ac solidum [μεταφορά], non inueniet 10
quod iuste lacerare possit. [Offendet autem solido i. e. impinget in solidum me atque fortem, nisi tu forte reputas ea quae dixi me uixisse cum bonis et possim resistere malis]. — *nihil h. diffingere.* [Infirmare] contra dicere [et hoc Trebatius respondet; iuris uerbo usus est. Praetor enim dicere 15
solebat: '*hic dies diffisus esto.*' Aliter: Consentio tibi hoc quod fortis sis sed tamen caue admonitus ne ignorans legem uenias in discrimen] *ACR.*

equidem n. hinc diffidere p. Haec Trebatius. *Diffingere* legitur et *diffidere POR.* 20

81—83. *sanctarum i. l.* 'Firmatarum' participium a uerbo 'sancior'. — *si mala c.* Trebatius mala quasi criminosa dixit Horatius quasi uitiosa *ACR.*

incutiat t. Quia lege cautum erat ne quis in quemquam maledicum carmen scriberet. Eleganter iuris peritus de lege 25
loquitur. *Sanctarum.* 'Sacratarum' ut foedus 'sanciri' dicitur. [— *si mala c. i. q. q. c.*] Aliter Horatius accepit *mala* quam pro 'non bona', cum ille 'famosa' uellet intellegi *POR.*

83—86. [*siquis m.* Scilicet poenas luet — *latrau.* Adlatrauerit lacerauerit. — *integer ipse.* Etiam si persecutus fu- 30
erit malos aliquis cum ipse sit integer risu commoto ex car-

1 Id est opt. i. e. Aug. Maec. Pollionem et plurimis aliis *cod. Med. Sequens schol. in eisdem deest item in tertio quae inclusimus* 14 *inclusa om. cod. Med.* 19 Hic Trebatius *codd. Pal. Om. rell.* 23 inscitia legum *lem. in Fabr. Med.* 26 sanct.] Sanctarum (sacrarum *Fabr.*) ut foedus sacrum dicitur *Edd. et quidem haec ante* incutiat *ponit Fabr. Vt nos codd.* 27 *lem. om. codd. Pal. Med.* quam Trebatius *Fabr.* 29 *inclusa om. cod. Med.*

minibus legis poena infirmabitur. —] *soluentur r. t.* [Aut subsellia soluentur i. e. compago lignorum aut ipsae leges. Alias: Non erunt in eum seueri qui iure persequitur. — *tu missus.*] Id est ridebunt legum XII tabulae, tu ueniam merebere a
5 iudicibus si quemquam ipse extra noxiam possis iure lacerare[. — *abibis.* Cum de se diceret quasi ad secundam personam locutus est. Tabulae i. e. iudices ridebunt, tu abibis absolueris nihil periculi patieris] *ACR.*

soluentur r. t. Pro: subsellia *POR.*

SATIRA 2.

10 1. *Quae uirtus e. q. b.* In hoc sermone sub persona Ofelli cuiusdam stoici lacerat luxuriosos. *Ofellus* dicitur poeta latinus quaedam sectae stoicae transtulisse in latinum. Ordo est: Quae uirtus sit bonis hominibus paruo uiuere discite *ACR.*

15 *Quae u. e. q. b. s.* In hac ecloga sub persona Ofelli luxuriosos carpit *POR.*

2. 3. *rusticus.* Aut nomen est proprium aut rusticus i. e. durus quia dicunt Stoici nulli peccato debere ignosci. — *abnormis s.* Id est: ultra normam philosophiae peritus; [aut
20 abnormi, recta]. — *crassaq. M.* Crassa Minerua dicuntur hi qui aggrediuntur quod nequeunt implere. Ideo et iste sic dictus quia sectam stoicam ingressus implere non potuit. [Stoici autem omnia peccata paria esse dicunt] *ACR.*

4. [*discite.* Ordo est: Quae uirtus sit paruo uiuere dis-
25 cite. Id est nolite inter epulas de mediocritatis bono disserere *ACR.*]

discite n. i. l. Haec omnia discite sed alio tempore non cum fulgore argenti auocati fueritis *POR.*

4 mereberis *Fabr.* 5 si quem, qui ipse extr. nox. positus, iure lacerarit *Fabr.* 12 sectam stoicam *libri. Vt nos COM. CR.* in latinitatem *Fabr.* 15 *scholia ad hanc sat. a superioribus non seiunxit inscriptione Mon.* 19 *inclusa om. cod. Med. idemque ubique sciendum ubi apud Acronem deinceps uncis usi sumus nulla adnotatione addita*

5—9. [*lances.* Discos. — *mensasq. n.* Id est non in luxuriae apparatu; *nitentes* enim aut argento dixit at apparatu. — *cum.* Quando uel quia. — *insanis.* Aut ineptis aut nimis magnis. — *acies.* Aut oculorum aut mentis. — *fulg.* Vasorum. — *accliuis.* Inclinatus deditus; *falsis accl.* i. e. pronior ad falsa. — *meliora.* Veram uirtutem. — *recusat.* Id est: quando auaritia caecatur mentis integritas. Dicit non esse prudentiam quaerendam inter diuitum mensas cum animus auertitur a ueritate rerum speciosarum fulgore deceptus. —] 7. *impransi.* Ieiuni sobrii, ut alibi ipse:[1*] P o s t q u a m e s t i m p r a n s i c o r r u p t u s u o c e m a g i s t r i. — *mecum disq.* Id est 'mecum discite.' — [*cur hoc.* Vt impransi de uirtute dicatis? — *dicam s. p.* Id est: Quare hoc dicam quod impransi de uirtute dicatis, dicam si potero. —] *male u. e. o. corr. iud.* Sicut omnis iudex male iudicat qui est corruptus ita et mens multo corrupta cibo uerum non potest iudicare. Alias: corruptus iudex ut recte iudicare non potest sic et animus non bene potest discernere cibo impeditus. Male *ἀμφίβολον;* aut 'male uerum' i. e. non uerum, ut:[2*] m a l e s a n a s o r o r e m V n a n i m e m a l l o q u i t u r, aut 'male examinat' i. e. non potest de sapientiae bono nequitia iudicare *ACR.*

9. *corruptus iud.* Sicut iudex pretio corruptus falsum iudicat ita animus corruptus uera non prouidet *POR.*

9—12. [*leporem s.* Venatus scilicet. Modo dixit: quomodo paruo possis esse contentus; i. e. lassus aut equo aut uenatione aut pugna aut quibuscumque exercitationibus sperne qualemcumque cibum si possis. Docere uult suauitatem ciborum ex labore prouenire etsi cibus fuerit uilior.—] *graecari.* Iocari ludere quasi a Graecis haec sint inuenta. Est hoc uerbum deponens. Alias: Graecari ut graecisset quasi ludus Graecorum sit ac per hoc ludere seque auocare et conuiuiis operam dare. — *seu pila u.* Id est: seu te pila seu discus delectat studio suo quo

16 et ita *Fabr.* 17 alias *om. cod. Med.* ita *pro* sic *Fabr.* 18 discere *cod. Med.* 21 nequitia *Fabr.* (Male ἀμφ. — indicare *om. cod. Med.*) 28 *pro altero schol. cod. Med. haec tantum:* Graecari. Graece ludere. *rectius ut uidetur*

1* *Horat. Serm. II 3, 257* 2* *Aen. IIII 8*

paulatim nimium laborem decipit, uideamus si post exercitationem copiosum cibum expetas *ACR.*

militia adsuet. gr. Aut luxuriari aut graeco more ludere. — *molliter.* Ait studium ipsum efficere ne labor sen-
5 tiatur *POR.*

13—15. *cedentem a.* Ideo ait quoniam aer leuis et concauus facile cedit grauiori materiae. — *pete d.* Id est, iacta in aera discum qui cedit omnibus iactatis. [— *cum l. ext.* Excusserit i. e. delitias tibi eiecerit] *ACR.*

10 *sperne cibum u.* Volo uidere si potes spernere *POR.*

16—18. [*diluta.* Mixta. Per interrogationem hoc dicit; cum fueris inquit labore fatigatus non quaeres nobiles cibos sed qualescumque libenter assumes. *Hymettia mella Falerno.* *Περιφραστικῶς* conditum dicit. — *f. e. promus.* *Promus* qui
15 cellario praeest cellarius scil. a promendo; i. e. contemnitur illo tempore cum post laborem appetis cibum uilem. — *atrum.* Noxium perniciosum, i. e. ita a te contemnitur piscis post laborem quemadmodum contemnitur et non quaeritur ab aliquo cum mare est tempestuosum hieme. Non quaerit quod habere
20 non poterit ac si mare glacie coopertum sit et pisces capi non possint. — *defend. p. h. m.* Id est, apud te famis tempore piscis tamquam non capiatur exosus est. Notandum *hiemat.* Tibi uidebitur hieme commodum mare denegaturum pisces. —] *latrantem st.* Esurientem nimia fame auidum cibi.
25 — *leniet.* Id est cum labore petes quemcumque cibum; nam uitiosum hominem sensu debilitatum et delicatum nullae poterunt delectare delitiae *ACR.*

latrantem st. Mire *latrantem* pro 'esurientem' ut in sequentibus:[1*] iratum uentrem *POR.*

30 19. 20. [*qui partum.* Quomodo inuentum. — *non i. c. n.* Electo sapore an apparatu pulmentariorum i. e. suauitatem cibi tui prohibet inanis et uana cupiditas. 'Nitor nitoris' splendor, 'nidor nidoris' sapor. — *tu pulm. q. s.* Id est: tu post laborem pete qualemcumque cibum; nam uitiosum hominem sensu
35 debilitatum et delicatum nullae poterunt delectare delitiae. A

2 expectas *cod. Med.* 3 ads. *Mon.*
1* *Hor. Serm. II 8, 5*

Socrate diu deambulante quaesitum est cur ita ageret; ait se pulmentaria quaerere. *Sudando* autem quasi diceret: Totum suaue est quod post laborem sumitur] *ACR.*

tu pulm. q. s. Per laborem cibum exquire. Hoc autem Socrates primus ait, qui cum in noctem usque spatiaretur in- 5 terrogatus a quodam cur hoc faceret, respondet: 'ὄψον συνάγω' significans se ideo deambulare ut cibum libenti animo adpeteret *POR.*

21. 22. [*pinguem.* Plenum ; deest *nam.* — *albumq.* Tumentem ex nimia copia, uel album 'pallidum'. Album nimie- 10 tate palloris et hoc propter nimios cibos saepe contingit. Persius: [1*] a t q u e a l b o u e n t r e l a u a t u r. —] *p. i. lagois.* Lagois auis quae carnem leporis habere perhibetur aut est genus piscis quod in mare italo non inuenitur *ACR.*

alb. n. o. Album pallidum. Persius: [2*] A l b u s s e d e 15 l e g e n s l i q u i d o c u m p l a s m a t e [g u t t u r]. — *p. i. lagois. Lagois* auis leporini coloris *POR.*

23—26. *uix tamen e.* [Extorqueam persuadeam; i. e. quamuis potest hominem delectare quiuis cibus post laborem tamen positis duabus speciebus non possum tibi persuadere 20 quominus edas gallinam et dimittas pauonem. Alias: Quamuis poteris contentus esse non pretioso cibo post laborem tamen positis in mensa pauone et gallina non tibi possum persuadere, ut non potius pauonem petas. Alias: Vix hoc impetrabo ut posito pauone gallinam edas, adeo praecepta te mo- 25 uent. — *terg. pal.* Quia in omnibus quae comedimus tergemus os nostrum. — *uanis r.* Stultis uanitatibus. Vana rerum sunt delitiae luxuriosae et superflui cibi. — *ueneat.* Vendatur. — *picta p. s. c.*] Ideo pauone delectaris quia admiranda habet spectacula in cauda; sed hoc interrogatiue *ACR.* 30

5 cum noctem usq. *Fabr. Med.* cum in noctem usq. *cod. Pat.* cum in nocte ipsa *Mon.* 6. 7 *ὄψον σύναγο cod.* *ΟΨΟΝ CΥΝΑΓΩ Mon.* *spatium uacuum Pat.* et, addito i. obsono cenae *Med.* scil. obsono cenae *Fabr.* 12. 13 Lagois autem carnem *sic cod. Med.* 16 guttur *om. codd. Pat.* lagonis *Mon.*

1* *Persius III 98* 2* *Persius I 17*

uariis rerum q. u. Pro uariis rebus; *quia ueneat auro* i. e. pro magno pretio *POR.*

28. *cocto n. a. honor i.* Plumarum scilicet *POR.*

29—31. *carne t. q. d. n. h. m. i.* Sensus est: Quamuis 5 enim hac carne nihil distat magis illa te patet imparibus formis deceptum. — [*imparibus f.* Inaequali magnitudine pauonis et gallinae. — *esto.* Concedamus nihil distare. —] *unde d. s.* [Vnde traditum hunc intellectum habes] ex qua conscientia nosti qui iste lupus marinus est magis quam fluuialis? 10 Illi enim qui subtilitate gloriantur palati melioris saporis aiunt esse pisces illos qui rapidiore unda exercentur quam qui languidiore torpescunt. — *an alto c. h.* Quia pisces statim cum capiantur hiant. — *pontesne i. i. a. a. o. s. T.* Vnde scis utrum inter ostia tiberina an inter pontes eiusdem fluminis? 15 Et est ordo: An pontes inter iactatus an sub ostia amnis tusci i. e. eiusdem fluuii. [Dicuntur autem lupi esse meliores qui inter duos pontes capiuntur ubi aqua concitatior est aut in ostio fluminis Tiberis] *ACR.*

carne tamen q. Τὸ ἑξῆς: Carne tamen hanc magis illa 20 petere te deceptum inparibus formis quamuis nihil distet esto. — *inparibus f.* Inpari magnitudine. — *pontisne inter iact.* Quidam propontias insulas acceperunt male; pontes enim tiberini dicti *POR.*

33—38. [*laud. i tril.* Tres libras ualentem.—] *quem min.* 25 Id est quem facis comedendo breuiorem. — [*ducit t. sp. u.* *Ducit* seducit decipit uel delectat. —] *quo pert. e.* Cur inquit magnitudinem laudas in mullo quam reprehendis in lupo?

1 uariis *in lem. codd. Pat. Om. Fabr. Med.* (uanis *codd. Horatt.*) Pro u. r. q. u. auro *om. Fabr. Med.* 4 *lemma om. cod. Med.* 14 Tiberiana *Fabr.* 15 an pontes — Tiberis *om. cod. Med.* 19 τὸ ἑξῆς *om. Edd. Deinde habent:* carnem tamen hanc magis quam illam petere debes. — Deceptum] quamuis nihil distet. — esto] imparibus f. imp. magnit. *Contra codd. sic:* τὸ ἑξῆς. Carnes tamen hanc magis illam petere. Deceptum inp. f. Quamuis nihil distet esto 21 pontisne *codd. Pat.* pontesne *rell.* 22 pontias *Fabr. Med.* 23 intelliguntur *Fabr. Med.* dicti *rell.* *Ceterum hoc schol. libri exhibent priore loco ante* carne tamen 25 id est comed. br. facias dum diuiseris *Fabr.* 26 quo pert. ergo *om. Fabr. et pergit:* Id est: Cur magn. *etc.* 27 quam *om. Fabr.*

Ergo in utroque hoc te delectat quod est rarius. *Proceros* autem quia lupi grandem et duriorem carnem habent. — *quia scil. i. m.* Ac si diceret: Totum suaue est quod finitur. — [*ieiunus r.* Rari magis lego. Rari honoris eius quidquid rarum est cupit. Inops rari cupidus. Alii *rare* legunt cum 5 in usu habeamus raro. —] *uulgaria.* Vsitata quae cito inueniuntur [quae in medio posita sunt] '*ACR.*

uideo quo pertinet ergo. Si magnitudinem laudas cur inmensos lupos non adpetis? — *maiorem n. m.* In tantum adpetis multum ut lupos prolixos in comparationem eius ode- 10 ris qui promiscue grandes nascuntur. — *his.* Mullis scilicet. — *ieiunus raro st.* Sensus: raro ieiunus stomachus inuenitur qui contemnat res uulgares *POR.*

39—41. *Harp. g. d. r.* Digna quae inter epulas Harpyiarum ponatur. — [*praesentes austri. Praesentes* quasi precibus 15 meis fauentes, ut: [1*] praesentia numina fauni. Vel potentes austri luxuriosum putrefacite obsonium ut calore flatus uestri putida reddantur obsonia. —] *quamquam putet a.* [Contemnitur et ex nimia copia uilis est.] Corripit se quasi frustra austros uocauerit cum luxuriosis necesse sit suas putere 20 [epulas atque] delicias *ACR.*

a. u. praesentes a. Bene *praesentes* sicut 'deos praesentes' qui inuocantem exaudire dicuntur *ACR.*

42—44. *quando.* Siquidem. — *aegrum.* Fastidientem. — *sollicitet.* Vexet. — [*cum rapula.* Rapula neutrum plurale 25 est. Ordo: Cum sit plenus inulas mauult et rapula. 'Hoc rapum' 'huius rapi', deminutiuum 'hoc rapulum'. — *plenus.* Aut satur aut indigestus aut plenus deliciarum laudas inulas

1. 2 proceros od. lup.] Quia etc. *Fabr.* · 8 unde datum sentis *Fabr. Med. in lem. Vt nos codd. Pat. nisi quod* uide *habent* 9 non *om. Fabr. Med.* (adp. *Mon.*) maiorem — adpetis *om. Mon. (per oculorum aberrationem)* 10 laxos *Fabr. Med.* 10. 11 odoris *Fabr. Med.* oderit *rell.* 12 raris *in lem. codd.* rare animus inuenitur *codd.* 14 arpiis *cod.* 18 quamquam *om. Fabr.* 23 qui inuocare dicitur *codd.* qui inuocati exaud. debent *Fabr. Med.* qui rino canti exand. dicuntur *Pat.* 25 sollicitat] Vexat *Fabr.*

1* *Georg. I 10*

ait. —] *aut acidas m. i.* Acidas ait inulas non quia acida est haec herba sed quod cum coquitur aceto conditur. [*Inula* autem genus est olerum; *acida* quae quasi acidum sapit] *ACR.*

atque acidas m. i. Inula dicitur herba quae incocta aceto
5 conditur et fastidium decutit *POR.*

44—48. *necd. o. a. p.* [Id est: Adhuc de parcitate antiqua sunt quaedam uestigia; quae cum dicit ostendit recentem luxuriam conuiuiorum; i. e. adeo uiliores epulae utiles sunt ut reges quoque illis utantur. *Pauperies* autem mode-
10 rata temperantia. — *epulis reg.* Id est] Quamuis reges copiose uiuant nondum tamen pauperum epulas excluserunt mensis suis. — *haud i. p.* [Redit ad inuidiam luxuriae. —] *Galloni p. e.* Gallonus quidam fuit praeco qui habebat apparatum conuiuium; quem L u c i l i u s etiam pulsat. Hic etiam
15 accipenscrem suis conuiuiis exhibebat. [*Accipenser* genus piscis est. —] *infamis.* In opinione posita i. e. famosa et celebrata sermone *ACR.*

Galloni p. e. acipensere m. Gallonius hic est qui primus acipenserem conuiuiis adposuit — *infamis. quid? tum.*
20 Figura nota apud Horatium transeundi ad aliam rem ita tamen ut intellegatur ab acipensere ad rhombum, ut: [1*] C a e c u b u m e t p r a e l o d o m i t a m c a l e n o T u b i b e s u u a m m e a n e c f a l c r n a t e m p e r a n t u i t e s *POR.*

49—52. *tutus e. r.* Quia adhuc ignotus crat Romanis
25 [licet abundantia esset earum rerum tamen qui eas exhibuisset pro luxurioso habebatur.] — *donec u. a. d.* Asellius quidam praetor fuit qui usum comedendarum ciconiarum primus inuenit. Alii Sempronium praetorem uolunt qui post multa etiam ciconias ct pullas earum docuit esui essc posse.

1 ant *cod. Med. Om. Fabr.* (atque *codd. Horatt.*) Acidas ait inulas *om. Fabr.* 5 et *om. codd.* 16 Impia (impie *Med.*) posita *cod.* 18 accipensere *cod. Pat.* acip. *Mon. Om. rell.* Gallonis hic est *codd.* Galoni hic est *Pat.* Huic est *Fabr.* Hic est *Med.* 20 Transeundum *Edd.* transeundo *Mon.* transeundi *cod.* (rombum *codd.*) 22 domita *et deinde* uua mea *codd.* (uu amea *Mon.*) 29 etiam ex ciconiis docuit. Videri autem uult *sic cod. Med. Ceterum post hoc schol. in cod. scholia in nouam satiram incipiunt uerbo* Sordidus

1* *Hor. Carm. I 20, 9*

Vult autem uideri non in pretiosis piscibus atque conuiuiis esse iucunditatem sed in consessu hominum *ACR.*

donec u. uictor d. Plocius Plancus praetorius. *Victor* legitur et *auctor.* — *ergo siquis n. m. s. e. a.* Rufus practorius instituisse traditur ut ciconiarum pulli manducarentur isque 5 cum repulsam in practura tulisset tale epigramma meruit: [1*] 'Ciconiarum Rufus iste conditor Hic est duobus elegantior Plancis; Suffragiorum puncta non tulit septem; Ciconiarum populus ultus est mortem' *POR.* 10

53. 54. *sord. a. t. u.* [*Sordidus* nimis auidus. Interesse debet inter sordidum et parcum; nam frustra laborabis si dum curas nimis parcus uideri sordidus fueris. Haec qui decenter dixerit intelleget siquas desideret uirtutes eas in confinio positas uitiorum. —] *distabit O. i.* Ofellus cum locupletissi- 15 mus esset et moderatam uitam ageret subito proscriptus ferebat se parum iniquitatem sentire fortunae quoniam quidem nihil illi durum in egestate pristinae consuetudinis exercitatione uideretur. Ipse est de quo etiam superius dixit. — *iudice.* Pro 'iudicante', ut: [2*] non uobis rege Latino pro 20 'regnante' *ACR.*

sordidus a. t. In sordidos incipit haec ecloga *POR.*

55. 56. [*si t. a. pr.* Non erit sordidus qui frugaliter uiuit. —] *cui canis.* Auidienus canis dicebatur *ACR.*

Auidienus. Hic nimium parcus sed diues fuit, et est 25 sensus: Vano luxuriam ex una parte ex altera auaritiam inminere *POR.*

58—60. *mutatum.* Defecatum [deprauatum acetum factum]. — *licebit.* Quamuis. — *ille repotia.* Repotia dicuntur septimus dies quo solet noua nupta redire ad parentes suos. 30

3 uictor *in lem. codd. Pat. Med.* auctor *Fabr.* Plocius Pl. praet. *om. Fabr.* (Plotius *cod.*) 3. 4 Auctor legitur et autor *Fabr. et paulo post* Docuit praetorius] Ruffus *etc.* 5 traditur *codd.* creditur *Edd.* 7 Ruffus *hic et supra Edd.* hic e duobus *codd.* hic ei duob. *Med. Pat.* hic est duobus *Fabr.* 20 nobis *Fabr.* uobis *rell.* 22 *Ab his uerbis schol. in nouam eclogam incipiunt cod. Pat.* 26 Vano *om. Fabr. Med.* ex una parte *om. Mon. in marg. add. cod.*

1* *Incerti auctoris epigramma* 2* *Aen. VII 261*

[Alias: repotia sunt quae Graeci dicunt *ποδοστρόφια* aut mutuae inuitationes; uel dies secundus a nuptiis quo uirgo ad muliebrem habitum componitur.] Hic pro festis diebus ponitur *ACR.*

5 *ille repotia.* *Repotia* dicebatur dies post nuptias *POR.*

61—64. *cornu i. b.* Cornu quod sextarium capit; sunt enim in uenalibus cornua quae [hanc] olei habent quantitatem, sextarii mensura. — *uet. n. p. a.* Ac si diceret: in eo solo non auarus, ea quae sunt inutilia liberaliter fundit. —
10 [*quali i. u. s. u.* Interrogatiue a quocumque. — *utrum im. Vtrum* pro 'quemuam', Auidienum sordidum an Gallonium praeconem cui acipenser infamem fecerat mensem? — *lupus.* Prodigus luxuria. — *canis.* Perditus auaritia] *ACR.*

non parcus. *Παρὰ προσδοκίαν.* — *hac urguet l. h. c. aiunt.*
15 Per lupum et canem significat ex una parte luxuriam ex alia auaritiam inminere *POR.*

65. 66. *mundus e.* Id est: mundum sequitur uictum qui neque in sordidam neque in luxuriosam uitam sit inclinatus. — [*qua n.* Qua i. e. ratione i. e. quatenus non erit sordidus.
20 — *in neutram p.* Id est: in luxuriosam uel sordidam uitam sentiet. Ait aeque eum miserum esse i. e. anxium et qui de relicto uestis torqueatur et qui extremam necessitatem sordium patitur. — *cultus.* Ornatus; genetiuus est. — *hic.* Aut iste uictus aut qui sequitur moderatum uictum] *ACR.*

25 *qua n. offendat sordibus.* Sensus: Vita beata erit quae sordes excesserit. — *in neutr. p. c. m.* Cultus .... est, unde et alibi: [1*] Qui feros cultus hominum; Vergilius: [2*] cultus feros mollite colendo; Salustius: [3*] atque ipse cultus rei *POR.*

67. [*Albuti s. e.* Albutius quidam luxuriosus quando

7 habeant *Fabr.* 14 *λιπτοτη Med. Pat. λειπτότης Fabr. Vt nos codd.* hac canis aiunt hac lupus urget (urguet *Mon.*) *codd. Pat.* 16 inminere *Mon. (etiam supra)* 25 qui *Fabr. Med.* q. *Pat.* qua *codd. Deinde* sordidus *rell.* sensus *om. Edd.* 26 Cultus saenus est *Fabr. Med.* Cultus .... est *Pat.* cultus *των εσων* est *cod.* cultus *των μεσην Mon. Fabricii scriptura inepta est nec melius COM. CR.* nomen genitiui casus. *Dicere noluisse scholiastam* cultus nomen est *exempla adlata docere uidentur sed graece dixit*

1* *Hor. Carm. I 10, 2* 2* *Georg II 36* 3* *Salustius (?)*

mittebat seruos suos ad obsonia comparanda mortem eis minabatur nisi pro uoluntate eius comparassent. Alias: Albutius cum conuiuaretur seruis suis officia distribuebat et antequam aliquis eorum peccaret caedebat eos dicens, uereri se ne cum peccarent caedere illi postea non uacaret. Ergo non 5 erit hic similis Albutio. — *dum munia didit.* Dum officia distribuit *ACR.*]

Albuci senis. Hic est Albucius qui et auarus et elegans conuiuiorum apparator est habitus in seruos saeuus; qui ob cupiditatem nimiam habendi alienam uxorem suam ueneno 10 necauit *POR.*

68—70. *saeuus erit.* Neglegens ad comparanda obsonia. — *ut simpl.* Multum remittens seruis. — *Naeuius.* Pro: inunctis calicibus Naeuius curando unctam aquam conuiuis praebebat; nam ut Albutius rigidus ferebatur in domesticam 15 disciplinam ita per contrarium Naeuius remissior. — *uitium h. q. m.* Neglegentia si nimium quis innocens sit. — *uictus t.* Modeste moderatus nec sordidus *ACR.*

70. *accipe n. u. t. q.* Dicit quae bona conferat tenuis uictus quae mala copiosus *POR.* 20

71—79. *in pr. u. b.* Enumerat commoditates tenuis uictus. — *uariae r.* Amplior apparatus luxuriosior cibus. — *simplex.* Id est, una quam facile digesseris. Cum digestione in digestionem uenerit esca quae non bene digeritur magis

8 Albuti *per* t *ubique Edd. per* c *codd.* 9 saeuus *Mon.* (saeuus est hab. in seruos *Edd.*) 12 erat *Fabr.* 13 *pro altero scholio et eis quae secuntur usque ad u. 101 cod. Med. haec tantum:* Accipe n. u.] Alias dicit commoditates eius qui utitur uictu tenui: commoditates sentit festorum dierum et languidum corpus facilius recreat et senectutem facilius consolatur. — Quae simplex] i. e. una quam facile digesseris. — in bilem] i. e. pestem. — Pituita fortis indigestio. Tibi quidnam accidat ad istam. Te autem quid poterit delectare in senectute aut post aegritudinem cum nihil noui derelictum est? Dura ualitudo non epithoton ualetudinis quia potest esse et bona ualitudo. Tellus propria quia dicitur ante deos nata terra esse. Das aliquid famae: interrogatiue; putat hoc ad famam pertinere. Non nihil putas esse opinionem bene pascentis et laudari propter optima conuiuia. Vis habere famam ut latas discaris per aedes. Fama gratior quae carmine animos delectat et docet. *Ascripsi haec et reliqui Fabriciana scholia intacta; neutra sanare potui*

cumulatur in stomacho. — *sederit.* Bene in digestionem uenerit. — *miscueris.* Stomacho, comederis. — *in bilem.* In pestem in digestionem. — *tumultum.* Molestiam dolorem. — *lenta.* Fortis indigesta. — *pituita.* Longa causa metri. — *uides ut*
5 *pall.* Id est: uides quemadmodum omnis de cena uaria surgat aegrotus? — *dubia.* Luxuriosa magna. — *hest. uit.* Hesterna cruditate uel intemperantia. — *diuinae p. a.* Diuini spiritus partem i. e. animam *ACR.*

77—79. *cena des. d.* Lauta; sicut Terentius in Phor-
10 mione: [1*] c é n a dubia adpónitur. — *diuinae p. a.* Animum dicit. Sic et Vergilius: [2*] Aetherium sensum atque aurai simplicis ignem *POR.*

80—82. *alter.* Qui tenui contentus; ordo est: Dicto citius praescripta ad munia surgit, i. e. ad necessarias functiones
15 et absoluenda officia. Alias: Parcus membra uel otio reficit, ille autem et animum deprimit ad humum et praegrauat corpus. — *curata.* Sufficienti cibo refecta, recreata prandio. — *uegetus.* Alacer laetus. — *praescr. a. m.* Aut quae ipsum agere placuit aut quae ab aliis iniuncta. — *hic.* Qui paruo conten-
20 tus est. — *ad melius p. t.* Alias dicit commoditates eius qui utitur uictu tenui. Commoditates sentit dierum festorum et languidum corpus facilius recreat et senectutem facilius consolatur ampliore cibo propter nouitatem. — *quondam.* Quandocumque aduerbium medii temporis *ACR.*

25 *alter ubi d. citius.* Ait: is uero qui citius conquiescit nec diu uigilat ob longam cenam. — *curata s. m. d.* Cibo modeste fota. — *uegetus p. a. m. s.* Is qui dicto citius membra quieti dedit ualens ad sua officia surgit. — *hic. t. a. melius.* *Melius* 'lautius' significat. — *quondam.* De futuro, ut Vergi-
30 lius: [3*] nec romula quondam Vllo se tantum tellus iactabit alumno *POR.*

25 ait *om. Edd.* 26 *hoc alterum schol. om. Edd. sed lemma priori scholio praemittunt pro:* alter ubi d. citius 31 *post* alumno *addit cod.:* Et alibi: Ast ubi digressum siculae te admonuerint unde *lacuna maiore sequente. Eadem Mon. sine illa lacuna*

1* *Terent. Phorm. II 1, 28 (342) Fleckeis.* 2* *Aen. VI 747* 3* *Aen. VI 876*

83—88. *sine d. f. r. aduexerit a.* Et luxurioso et frugi senecta accidit quae se mollius tractari uult quam iuuentus; sed cum iuuenis delicate uixeris omnia dura futura sunt; nihil erit quod recreare possit si languere coeperis aut senescere. — *tenuatum.* Aegritudine seu languore. — *ubiq. accedunt a.* Supple 'melius' i. e. et ubi senectus aduenerit melius eam potest tractare. Omnia orta occidunt et aucta senescunt. — *tibi q. acc.* Te autem quid poterit delectare in senectute aut post aegritudinem cui nihil noui derelictum est? — *dura u.* Non est epitheton ualetudinis quoniam potest esse et bona ualetudo *ACR.* 5 10

86. *tibi q. acc. a. i.* Hoc ait: licet uelis ad istam tuas delicias adicere, profecto non póssis; tantae enim sunt ut addi ei nihil possit *POR.*

89—93. *rancid. a.* Lardum leuiter putentem; et corruptum carmen rancidum dixerunt. Antiqui omnia custodiebant et quauis uetustate laudabant. — *non quia n. i. n. e. Nasus* pro 'odore'. Et 'hoc nasum' et 'hic nasus' dicitur estque incerti generis. — *hac mente.* Hac intentione. — *quod h. t. adu.* Ordo cum hoc sensu: Quod commodius hospes uitiaret seruatum quam totum dominus absumeret. — *uitiatum.* Putidum. — *integr.* Aut totum aut non corruptum. — *edax.* Vorax, glutio. — *tellus m. p. t.* Quia dicitur ante deos nata Terra. Mire ait *prima tellus;* illo enim tempore quo mundus ex discordibus in hanc concordiam formatus ex Terra generati traduntur heroes indocilis turba uitiorum *ACR.* 15 20 25

89. *rancidum a. a. l. Ἀντὶ τοῦ:* 'dum seruatur rancidum factum' *POR.*

94. 95. *das a. famae?* Interrogatiue; putas hoc ad famam pertinere si agitas magna conuiuia? Sed forte dicis: Volo habere opinionem bene pascentis et laudari propter opima conuiuia. Vel: nonnihil putas opinionem bene pascentis et ideo uis habere apparatam mensam i. e. uis habere famam ut lautus dicaris; sed est fama gratior quae carmine animos delinit et docet. — *quae carm. g. Τῷ ἀκροάματι;* nam ἀκρόαμα dicitur quod auditu delectat. Antisthenes philoso- 30 35

27 ἀντιτου codd. hoc est *Fabr. Med. om. spatio uacuo relicto Pat.*

phus cum uidisset adulescentem multum aeroamatibus delectari: O te, ait, infelicem qui summum aeroama non audiuisti i. e. laudes tuas; quia plus delectamur laudibus nostris *ACR.*

5 *quae c. g. a. occupat.* Hoc Antisthenes dixisse traditur; is enim cum uidisset adulescentem luxuriosum aeroamatibus deditum ait: [1*] 'Miserum te adulescens qui numquam audisti summum aeroama i. e. laudem tuam' *POR.*

97—99. *adde i. p.* Adde quod etiam haec incommoda 10 affert apparatus mensae quod se laedit et damna conficit qui aliis multa exhibet. — *te tibi i.* Quia sibi iniquis est qui multa exhibet *ACR.*

te tibi iniquum. Ineptum *POR.*

99—102. *as laq. p.* Vnde emas tibi laqueum. — *iure* 15 *inquit.* Quasi aliquis dicat de diuitibus et luxuriosis. — *Trauius istis i. u.* Trauius quidam fuit pauper prodigus et luxuriosus. *Iurgatur* autem 'increpatur' 'culpatur'. — *ego u. m.* Satis arrogantes opes suas rei publicae comparauit. [Et non dixit *uectigalia* propter natos reditus. — *tribus ampl. r.* Quae 20 sufficiant tribus regibus. —] *ergo q. s.* Horatius respondet Trauio; *quod superat* quod super abundat tibi i. e. tuis usibus, non potes alia re melius erogare, uincit te. *Superest* autem cum relinquendum est *ACR.*

as laq. q. Plautus in Pseudulo: [2*] Sed quid de dragma 25 facere ius restim mi emere qui me faciam pendulum. — *iure inquit Trauius istis.* Trauius pauper et luxuriosus fuit. Verum in sequenti *uectigalia,* quod ait, 'reditus priuatos' significat cum 'publicos' tantum alii posuerint *POR.*

103. [*cur eget i.* Scilicet egestate qui non mercatur egere. Pro interiectione ut sit 'indigne' *ACR.*]

6 acromatibus *cod. Pat.* aromatibus *Fabr. Med.* 13 *hoc schol. om. Fabr. Med.* (te tibi unquam ineptum *cod. Pat.*) 19 *certe scr.* pro priuatos reditus *Cfr. Porph.* 20 ergo q. s.] ergo quod abundat non potes alia re melius arrogare *cod. Med.* 24 ad *cod. Pat.* (cum deerit egenti *lem. in Fabr. Med.*) sed qui adraema *Mon.* 25 mi *om. Fabr. Med.* ni *Pat.* faciem *Mon.* 28 publicos *codd.* paucos *Edd.*

1* *Antisthenes philosophus* 2* *Plautus Pseudol. I 1, 88 Fleckeis.*

cur eget i. Sensus est: Cur te diuite aliquis pauper est? *POR.*

106—109. *uni n. t. r.* [Cum uaria sit fortuna quare non cogitas uices mobilitatemque fortunae, uel prorsus tu eris solus beatus semper et felix? Per hoc memento condicionis hu- 5 manae quae est semper immutabilis.] Id est: credis te semper esse felicem et ideo non promittis quaedam beneficia quae sis relaturus alia succedente fortuna? [Alias: semperne habebis diuitias? Poterit tua inmutari fortuna.] — [*r. t. s. erunt r.* Secundum fortunam ut putas. —] *o. m. p. h. i risus.* 10 Cum patrimonium omne per luxuriam consumpseris [aut si fortuna commutata fuerit] risui omnibus inimicis eris. — *uterne.* [Vtrum frugi an luxuriosus, interrogatiue] *ad casus d. f. s.* Qui magis habet fiduciam illo qui cum habuisset et luxuriis fuerat obligatus i. e. in egestate. Quia magis sibi fidit ille 15 paruo contentus fuit, an ille qui semper usus est luxuria. — *pluribus.* Deliciis atque apparatibus. — *assuerit m.* Pro 'assuefecerit': quia luxuriosus multis rebus assuefacit et corpus et mentem: nam multis initur (?) qui plura desidera *ACR.*

uni n. recte tibi s. erunt res. Sensus: Parcendo prospi- 20 cis ne unquam tibi desit quod egente re publica contingere tibi non possit. — *ad casus d. f. s. c.* Hoc ait: Quis magis uidetur tutus aduersum fortunac incommoda, utrum qui lautis epulis semper usus est an qui simplici uictu? — *pluribus adsuerit.* Pro 'adsuefecerit' *POR.* 25

111. 112. *in pace.* In prospera fortuna. In diuitiis qui est et uiuit paruo contentus ita se parat ad inimicam fortunam quemadmodum sapiens parat bello necessaria in pace. Bello comparat egestatem. — *quo m. h. cr.* [His] uerbis meis

12 eris risus omnibus inimicis tuis *cod. Med.* *pro* uterne *e. q. s. usque ad u. 112 cod. Med. haec:* uterne a. c. d.] Ad dubios casus qui magis habet fiduciam ille qui cum habuisset praestabat illi qui luxuriose fuerat obligatus ac per hoc memento conditionis humanae quia semper est instabilis. — hic q. pl.] Qui luxuriosos facit multis in rebus assidue et corpore et mente nam qui multis utitur plura desiderat. *Sed neque haec neque Fabriciana corrigere potui; uideant alii* 20 uni n. *lem. in Fabr. Med.* (recte s. erunt res *codd. Pat.* tibi *omisso*) 25 adsuerit *Mon.* (Pro adsuefecit *Mon.* Pro assuefecit *cod. Pat.*)

quibus dixi melius esse uti exiguo uictu, audi quod dixit Ofellus *ACR.*

112. *quo m. h. cr.* Bene quasi persuaserit iam *POR.*

113. 114. *paruus O. i. o. n.* Ofellum quendam dicit pro-
5 scriptum qui ita dicebat: Non me terret fortuna proscripti quia et antea cum essem diues moderate uiuere consueui. [Alias: Ofellum uicinum suum abstinentem dicit, qui cum fuisset proscriptus ager eius et Vmbreno militi condonatus aequaliter uixit diues et postea pauper.] Alias: Iste Ofellus
10 proscriptus est quia fuit in parte Cassi et possessio eius tradita est militibus Augusti; quam Ofellus postea ab eis conduxit. — [*accisis.* Imminutis proscriptione. — *metato i. a. Metato* ad mensuram diuiso cum limite diuiso et conducto a milite Augusti ab eo cui fuerat ademptus] *ACR.*

15 *non e. n. t. Non* bis intellegitur ut sit: noui non temere narrantem i. e. uere, non quicquam in usu habuisse praeter olus et fumosam pernam. — [*luce profesta.* Ante festa; nam ut quidam 'non festa' falsum est. *Non ego narrantem,* ex superioribus '*noui*'. Ordo est: non ego narrantem temere quic-
20 quam audiui praeter edi luce profesta olus cum pede fumosae pernae] *ACR.*

edi luce profesta. Id est: non sacra *POR.*

118—122. [*ac mihi s. l.* Zeugma usque ad 'bene erat': continua uerba sunt Ofelli usque ad finem. —] *operum uacuo.*
25 Vacanti, nihil agenti, propter imbrem conuiua factus. — *sed p. a. haedo. p. u. s* Aut ordinariae sunt mensae quae ad satietatem aut secundariae quae ad delectationem proficiunt. [*pensilis uua.* Pomorum dicit ut nouimus mensas. — *secundas o. m.* Secunda mensa dicitur in qua non editur sed datur opera poculis] *ACR.*

123—125. *post hoc.* [Post pullam et hoedum. —] *ludus erat* [*culpa p. m.* Ludebamus poculis indulgentes uino prae-

1 quod dixit *cod. Med.* quid dicere solebat *Fabr.* 3 iam *om. Fabr. Med., sequenti lemmati add. codd. Pal.* 9 *tertiam interpretationem sic primo loco ponunt cod. Med.* Iste O. p. e. cuius paterna res et possessio trad. e. m. Aug. quam postea Of. ab eisdem conduxit; *contra alteram omittunt* 11 qui *pro* quam *Fabr.* 16 praeter *etc. cum seq. schol. om. cod. Med.* 22 Id est *om. Fabr. Med.*

eunte quoque culpa: quia culpatur ille qui multum bibit. — *ac uenerata C.* Id est 'rogata' et est commune uerbum 'ueneror te' et 'ueneror a te'; est autem sensus: Rogata Ceres ut segetes crescerent per uinum molestiae obliuisci faciebat h. e. sacrificabamus Cereri et laeti efficiebamur. Alias:] Post 5 hoc rogabamus Cererem ut magno culmo messis [in]surgeret. — [*ut culmo s.* Quomodo coepit crescere. — *explicuit.* Cum explicuisset. Potest hic uersus ex persona Horati interponi, quae res explicaret ludos. — *seria.* Tristia] *ACR.*

post hoc l. e. Si quando libere potare uolebant antiqui 10 i. e. sine archiposia dicebant se magistram facere culpam. — *an uenerata C.* Rogata deinde Ceres ut perseueraret in fructibus ita ut se ostenderat tristitiam explicuit uino. Et *uenerata* passiua significatione posuit, ut Vergilius:[1*] c u r s u s q u e d a b i t u e n e r a t a s e c u n d o s *POR.* 15

126—128. [*saeuiat.* Verba Ofelli: Vtut insaniat fortuna non tamen nos laedet. Vel: Quantum uult fortuna in me saeuiat tamen nihil deterreor ipsius minis; nam et in diuitiis et in egestate una mihi consuetudo moderate uiuendi est. — *hinc.* De eo quod in usu habeo, de hac parsimonia de exiguo quantum 20 potest irata fortuna detrahere. — *parcius.* Minus, postquam huc uenit nouus incola. — *aut nos o. p. n.* Bene uixistis accepti estis. Sensus est: Cum eadem sit nobis semper fragilitas,] numquid ex quo agrum amisimus minus nituistis cum eadem nobis uita sit quae fuit dominis constitutis? [Pueri 25 autem aut filii aut serui. — *ut.* Postquam. — *nouus i.* Vmbrenus qui meum agrum possidet] *ACR.*

128. *uos o pueri instituistis ut huc n. i.* Vmbrenus nouus deinde incola uenit; non dominus talis est in superioribus:[2*] q u i d t u ? n u l l a n e h a b e s u i t i a ? i m m o a l i a e t f o r t a s s e 30 m i n o r a *POR.*

24 *ante* numquid *pro lem. est in cod. Med.* Quantum aut ego 28 Vmbreni sub nomine *lem. est in Fabr. falso. Vt nos codd. Pat. et sane memorabilis est scriptura* instituistis hic *Pat. cod.* huc *Mon. Med.* (*in qua lem. hoc:* uos o pue. ni. ut huc no. in. *sic!*) 28. 29 nouus mora deinde *codd. Pat. Med.* miles *Fabr.* (mora *quid sit nescio; fort. duo hic scholia conflata sunt*) 31 minora *in marg. ead. m. add.* maiora *cod.*

1* *Aen. III 460* 2* *Hor. Serm. I 3, 20*

131. *illum a. nequities.* Qui consumptis bonis agrum absumpsit; paupertatis enim est amica nequities. Item aliter: Aut per luxuriam amittet agrum uendendo eum, aut crimine aliquo reus factus perturbabitur patrimonio suo. — [*uafri.*
5 Astuti callidi. *Inscitia iuris* aut ignorantia iuris antiqui: uel committet aliquid inscius contra ius et perdet agrum] *ACR.*
aut uafri i. i. Vafri astuti iuris *POR.*

132—135. [*uiuacior.* Ad comparationem illius qui moritur. —] *nunc a. V.* Nomen est illius militis qui Ofelli agrum
10 possidebat. — [*proprius.* Perpetuus. — *fortes.* Forti animo] *ACR.*

136. *fortiaq. adu.* Pro: fortes estote aduersum fortunae incommoda *POR.*

SATIRA 3.

1. *Sic r. scribis.* Damasippum quendam inducit secum
15 loquentem qui sumpto patrimonio per luxuriam contulit se ad stoicam sectam. Dicit etiam de his qui aliena peccata notant obliti suorum. Iste autem Damasippus quodam Stertinio Stoico hortante coepit philosophari. [Alias: Iunius Damasippus consumpto patrimonio philosophari coeperat; ab hoc
20 Horatius desidiam suam castigari inducit cum ad uillam secessisset et nihil scriberet. Haec ergo satyra habet quasi dialogi genus. Alias: Saepe Horatius querebatur quod scribere in urbe constitutus non permitteretur modo conuiuiis modo diuersis occupationibus praepeditus. Et ideo compor-
25 tatis auctoribus graecis ad uillam secessit quasi ut uacuus aliquid dignum scriberet. Arguitur ergo a Damasippo quasi reprehendente desidiam Horatii qui ne in uilla quidem constitutus aliquid laborauerit] *ACR.*

Sic r. scribis ut t. n. q. a. In hac ecloga introducit Damasippum corripientem se tamquam desidiosum *POR.*

1 coges absumere *Fabr.* 7 *lem. om. Fabr. Med.* 29 si (c *supra scr.*) *r. scribes Mon.* (sic raro *lem. in Fabr.*) ecloga *om. Mon.*

[2. 3. *memb. p.* *Membrana* dicta eo quod membra tegat.— *retexens.* Recolens reprehendens reuisens relegens ac emendans more corrigentium qui antiqua dicta in suis cogitationibus ponnnt. — *uini s. b.* Qui te uino et somno reficis *ACR.*]

iratus t. q. u. s. b. Ipse tibi iratus quod uino somnoque indulgeas *POR.* 5

3. 4. *quid fiet.* 'Τπίρβατον a superioribus: 'si raro scribis quid fiet?' ac per hoc quid expedit ut neglegas et te incuses nec tamen emendes. — *ab ipsis s.* Impatiens frigoris fuit Horatius et constat illo tempore saturnaliorum in uilla 10 calidiorem focum fieri; et ipse sese impatientem frigoris probat in libris epistularum:[1*] Q u o d s i b r u m a n i u e s a l b a n i s i l l i n e t a g r i s A d m a r e d e s c e n d e t u a t e s t u u s e t s i b i p a r c e t. Decimo septimo decembris saturnalia celebrabantur *ACR.* 15

7. 8. *culpantur f. c.* *Frustra* quia non mereantur. — *iratis n. p. dis a. p.* Incerare parietes soliti erant poetae et ibi scribere siquid noctu in mentem uenisset *POR.*

iratis n. p. Solebant enim antiqui poetae parietes lectis suis proximos cera illinere et habere graphia iuxta ut si 20 forte noctu aliquid accidisset id ante obliuionem litteris notarent. [Hic stultitiam eorum arguit qui eum sententiarum siue uerborum urgeantur inopia contra parietes uelut minus commodos commouentur; *natus* autem paries i. e. factus uel aedificatus] *ACR.* 25

9—13. *m. e. p. minantis* [Hic] Promittentis [profitentis pollicentis], unde poeta per contrarium:[2*] p r o m i s i u l t o r e m pro 'minatus sum.' — [*uacuum.* Otiosum. *Tepido.* Temperato. *Villula.* Quia saturnalibus quibus frigora sunt. —] *stipare P. M.* [In uehiculo arctare eorum libros] i. e. Plato- 30 nem et Menandrum componere h. e. istos tecum auctores por-

5 sibi — indulgeat *libri* 9. 10 algosus fuit Hor. *cod.* 16 Frustra *om. Fabr.* qui nihil merentur *Fabr.* *Vt nos codd. Pat.* 17 inaerare *Fabr.* 20 illinire *Fabr.* 25 *post* aedif. *Fabr. haec add.:* Nil dign. serm.] Opinione praedicatione. — huc fugisti] At uillam ut scriberes quia festi dies erant in urbe. Et quasi malo auspicio, quia feriato die. — dignum promissis] Profiteris te poetam, dic aliquid dignum poeta

1* *Hor. Epist. I 7, 10* 2* *Aen. II 95*

tare ad agrum. — [*Eupolin A.* Comoediographi sunt isti philosophi quorum scripta portabat secum ad uillam et alios auctores ut legeret. — *tantos.* Ad codices rettulit. — *inuidiam p. p.* Inuidiam quae te uirtutis causa sequebatur placas dum 5 relinquis uirtutem iniquam. Sensus: Deserta uirtute desidiosus esse coepisti et ut desidia inuidiam minueres multos auctores tecum portas nihil ipse scripturus; aut certe ideo uirtutem et industriam deseris ne sequatur inuidia. Alias: Inuidiam quam patiebare in Rep. constitutus parasti placare uir-10 tute derelicta i. e. recedendo a cura Reip. Nam recedit a uirtute is qui deserit gubernacula ciuitatis. Alias: Publica conuersatione publicae famae eundo ad agrum id uolebat agere, placare inuidiam quam patiebare in publica positus facie] *ACR.*

inuidiam p. p. Sensus: Si uirtutem reliqueris propter 15 inuidiam incipies contemni; nam ita est natura hominum ut potentioribus inuideant humiliores spernant *POR.*

14—16. *uit. e. i. S. d.* [Quae Siren improba est nam delectando nocet.] Sireni comparat desidiam quia quemadmodum Siren cum pernicie delectat ita desidia non absque 20 damno delectat. Definitio desidiae: improba Siren. — [*aut q. u. m. p.* Si uis deponere quidquid laudis uel gloriae in negotiosa uita meruisti aut quidquid menti quaesieras honestiore proposito i. e. aut noli uitare desidiam aut hanc opinionem quam acquisiuisti positus in publica conuersatione con-25 temne. —] *di te D.* Promittant tibi philosophi quos sequeris barbam tondere; quasi ad eum loquitur qui barba demissa sit ritu scilicet Stoicorum *ACR.*

uerum o. c. d. tonsore. Iocatur in barbatum *POR.*

18. 19. *res m. I. a. medium.* [Ianus medius locus dic-30 tus prope basilicam Pauli ubi uana aenea uenumdabantur; uel: locus in rostris in quo expertus erat paupertatem; *ad medium* autem ideo quia in rostris simulacrum Iani erat ubi res pecuniariae agebantur per feneratores.] Iani statuae tres erant ad unam illarum solebant conuenire creditores et fe-

14 sensus est *Fabr.* 15 incipias *Edd.* 16 aspernant *Edd.* 26 sit simul rusticorum *cod.* sit sicut rusticorum *Med.* 28 tonsores *codd.* *Pal.* iocus *Fabr. Med.*

neratores alii ad reddendum alii ad locandum fenus. *Fracta* Comminuta perdita [consumpta] *ACR.*

postq. o. r. m. Ianum. Hoc ideo quia omnes ad Ianum in basilica consistebant feneratores. — *ad m. fracta e. Fracta est* minuta est *POR.* 5

20. 21. [*excussus.* Deiectus expulsus alienatus. —] *olim n. q. a.* [Consumpsit inquit patrimonium suum. Quaerebam inquit antiqua uasa comparare. — *quo uafer i. p. l. S. ae.*] Id est: uasa antiquitus facta. Sisyphus enim artifex fuit qui uasa aerea formabat [quique primus temperaturam aeris in- 10 uenit. Alias: Sisyphus rex Corinthiorum filius Aeoli.] Vel: Sisyphus negotiator erat stoicus qui uasa quae emerat pretio meliore uenumdabat *ACR.*

quo uafer ille. Vafer astutus. — *lauisset S. a.* Per hoc significat corinthiorum uasorum se amatorem fuisse *POR.* 15

22—25. [*infabre.* Imperite cui contrarium affabre. — *fusum.* Nam signa aerea funduntur. *Durius* non leuiter i. e. quae statua male formata esset. — *ponebam.* Aestimabam; aestimatorem fuisse aeris peritum commemorat. — *unus.* Solus et est poeticum. — *cum lucro.* Propter commodum quod 20 consequebar i. e. noui te habuisse hoc studium. Hoc cum miratione legendum; quisquis cum miratione emebat decidit tantum et spem omnem amisit. — *unde fr.* Ordo: unde frequentia compita imposuerunt mihi nomen Mercuriale. Mercurius est deus lucri unde negotiatores nomen trahunt. Auc- 25 tiones autem fere in compitis fiunt ex quibus se quaedam emere solitum et uendere significat. *Compita* dicuntur uiae latae ad quas ex multis regionibus conuenitur] *POR.*

25. *unde fr. M. inp. m.* Mercurialem quasi lucrosum qui *cocio* appellabatur; omnes enim cociones lucro student. 30 Item *compita* sunt loca in quae multae uiae conpetunt *POR.*

3 hoc ideo *om. Fabr. Med.* 4 stabant *Fabr. Med.* fracta] Diminuta *Fabr. Med.* (Fracta e. *post lem. unus Mon.*) 9 ficta *cod.* quia *Fabr.* 11. 12 *etiam* Vel Sisyph. *om. cod. Med.* 14 *prius lem. om. Fabr. Med.* Per hoc *om. Fabr. Med.* (signat *Edd.*) 15 se *om. Fabr. Med.*
29 *lemma et* quasi *om. Fabr. Med.* 30 cocio *cod.* cotio *sed hic* c *supra add. Mon.* cocciones *Edd. (Cfr. Festum p. 31. ed. Muell.) et Corssen* 'Ueber *Aussprache etc. d. lat. Spr.*' *I p. 25 sq.* 31 item *om. Fabr. Med.*

28—30. *in cor tr. l.* Interdum studio medicorum dolor capitis transit ad aliam partem, ut melius est lethargicum fieri quam melancholicum. [Nam solent medici ab alia parte corporis ad aliam deriuare morbum. Sensus est: Sicut medici
5 solent dolorem aegritudinis de uno loco in alium uertere, ita ego mutatus sum. Dicit Damasippus sese ex alio uitio in alium transisse; sicut solent hi qui lateris aut capitis dolore correpti sunt cardiaci fieri aut etiam qui fuerunt lethargici transeant in phreneticos. Est autem lethargus sopor ueternus
10 in obliuionem deducens; phrenetici autem diuerso ita uigiliis instigantur ut accedentes ad se pugnis feriant — *traiecto.* Mutato. Exemplum humanae naturae in qua morbus morbo succedit; nec immutatio est sed mutatio. —] *ut leth. h.* Qui multum dormit lethargicus: quos nonnumquam medici studentes
15 excitare phreneticos faciunt. — *cum fit p.* Contrarii sibi sunt hi morbi cardiacus et lethargicus, ille somno caret hic deditus est *ACR.*

traiecto l. Proprie; ita enim medici dicunt *μεταλαμβάνει θώρακα.* — *hic c. f. pugil. Pugilem* posuit pro phrenetico *POR.*

20 31. [*dum ne q. s.* Dummodo ne sis phreneticus esto quidlibet aliud. Irridens enm hoc dicit. — *o bone.* *Εἰρωνεία* subest: Damasippe dum ne phreneticus fias et me caedas qnouis labores morbo *ACR.*

dum n. q. s. h. Sensus: Dum ne et tu tundere me in-
25 cipias *POR.*

32—36. *insanis e. t. s. p. o.* Secundum opinionem Stoicorum qui dicunt omnes insanire praeter sapientes ac se tantummodo sapientes appellant. — *siquid Stert. u. c.* Stertinius Damasippum a pontis praecipitio renocauit et ad philoso-
30 phiam hortatus est cum ille bonis omnibus perditis cuperet interire. Fuit autem Stertinius de Stoicis qui omnes stultos insanos aiunt et in singulis insaniae uaria genera. — [*unde.* A quo Stertinio quem ego sequor. — *sapientem.* Irrisio phi-

1 *ante hoc schol. cod. Med. haec:* Et miror morbi *(sic!)* p. t. i.] Damasippe dum ne phreneticus fias et mecenas (mece. *Med.*) quo sis labores morbo *uid. ad u. 31* 18 *graeca om. Edd. Add. ex cod.* 19 frenetico *codd.* 24 et *om. Fabr.* tondere *Fabr.* 28 *alterius schol. lem. in cod. Med. est:* Atque a Fabricio *(u. 36)*

losophorum. — *pascere*. Stoicorum more. — *a Fabr.* Qui modo lapideus dicitur, 'pons Fabricius' habet a conditore uocabulum, qui iungitur insulae tiberinae; nominatus a Fabricio consule. — *non tr. p. r.* Vnde se praecipitare uoluit damni dolore commotus] *ACR.* 5

frustrere ins. Quia Stoici omnes homines insanos et stultos esse dicunt excepto sapiente. Stertinius autem unus e Stoicis fuit. — *iussit s. p. b.* Sapientem non quasi 'ipsum sapientem' sed 'barbam sapientem' iussit me pascere i. e. nutrire. — *atq. a. F. n. tr. p. r.* Pons Fabricius dicitur qui 10 est insulae illius quae in medio Tiberi posita est; ideo *Fabricius* quia a Fabricio factus *POR.*

37—40. [*male r. g.* Perditis meis substantiis. *Cum uellem mitt.* Dicit causam quia se uoluit abicere in fluuium. —] *dexter.* [Bonus felix fauens] propitius. — [*stetit.* Stertinius. —] 15 *Et caue f.* Notandum *VE* syllabam breuem cum secundae sit coniugationis, ut Persius *VIDE* breue posuit: [1*] u i d e s i s n e m a i o r u m t i b i f o r t e L i m i n a f r i g e s c a n t. — [*ins. q. i. u. i. h.* Inter insanos non est insania metuenda. Stulta uerecundia est uereri in his uitiis quae uidentur esse 20 communia] *ACR.*

in fl. dexter st. *Dexter* aut dextera parte aut bono omine. Et Vergilius sic: [2*] e t s i d e r a c a e l o D e x t r a f e r a s et Persius: [3*] d e x t r o H e r c u l e pro 'bono' *POR.*

41. *prim. n. i.* Ostendit quid sit furor ut L u c i l i u s *POR.* 25

42—48. *nil u. p. q. f. a.* Ordo est: nil uerbi addam quin fortiter pereas [ut coepisti i. e. nihil dico quominus te praecipites: si solus insanus es non prohibedo quin pereas]. — [*quem m. st.* Definit modo quid sit furere, ut in primo: [4*] u e l a t a q u e s t o l a et: [5*] i n s a n i r i d e n t e s p r a e m i a s c r i- 30 b a e et in Verg.: [6*] P o n i t e s p e s s i b i q u i s q u e s u a s,

7 exceptosapientes *Mon.* exceptos sapientes *cod.* 8 ex *Fabr. Med.* 9 sapientem. Iussit *etc. Fabr.* 11 in medium Tiberim *codd.* 17 est *Fabr.* sit *et Ritterus* breuem *Fabr.* (*item* maiorem). *Totum schol. om. cod. Med.* 22 a dextra parte *Edd.* 23 Sic et Virg.: Sic sidera *Fabr. Med.* 24 Hercule *codd.* herede *Edd.*

1* *Persius I 108* 2* *Aen. IIII 578* 3* *Persius II 11* 4* *Hor. Serm. I 2, 71* 5* *Hor. Serm. I 5, 35* 6* *Aen. XI 309*

ita et hic: quem mala st. communem syllabam fecit. — *Chrys. p.* Id est Stoici philosophi ἀπὸ τῆς στοᾶς i. e. a porticu Stoici dicti. —] *autumat.* Affirmat comprobat. — *nunc accipe.* Stertinius Damasippo. — [*aeque a. t.* Similiter quem-
5 admodum tu. — *qui t. n. i. p.* Id est: et illi insaniunt quibus tu uideris insanus; hoc te modo existima insanum ita tamen ut ille qui putat te insanum non sit sapientior] *ACR.*

52. 53. [*nihilo u. s. i. q. t. d.* Id est: non minus uitiosus ille qui te deridet quam tu.] — *caudam tr.* Prouerbium
10 est: 'caudam trahit' i. e. risu dignus est. Et nunc diuidit quod superius dicturum se esse promiserat. [Alias: Ita stultus sit ut pecus cauda pendente] *ACR.*

qui te d. c. tr. Vt pecus i. e. stultus; aut ex consuetudine puerorum sumptum est pro 'deridetur'; solent enim
15 pueri deridentes nescientibus a tergo caudam suspendere ut uelut pecus caudam trahant *POR.*

54—58. [*est genus u. st.* Vnum inquit genus stultitiae est quotiens non timenda metuimus, alterum cum uere timenda non metuimus. Proponit aliquos esse qui res faciles pro
20 difficillimis habent et semper timore depressi queruntur, aliquos rursus qui temeritate ac sponte ferantur in praeceps. — *alt. adhuc u.* Separatum contrarium diuersum; unde pedes in diuersum flexos habentes 'uaros' dicimus et distortas uenas 'uarices'. — *hic foss. e. i.* Si erat fossa si erat rupes quare
25 non uitabas? Ad perniciem currens nullo impeditur affectu. — *hic rup. m.* Quae utique nulla sunt opposita sed furiosis ita uidentur *ACR.*]

55—57 *alt. et h. u. Varum* [i. e.] diuersum ac distortum ac per hoc a re diuersum. — *amica m. h. s.* Melius est
30 sic accipi *amica mater* ut sit ex Graeco tractum φίλη μήτηρ quam per se 'amica', per se deinde 'mater' quia mentionem uxoris facit in sequentibus *POR.*

60—62. *non m. a. q. Fusius e. o. I. ed.* Hic Fusius actor

3 autumat. Aff. comp. *om. Fabr.* 11 *pro inclusis cod. Med.:* i. e. percussit caudam pendentem *(sic!)* 14 est *om. Fabr. Med.* 15 a tergo caudam *om. Mon., alt. man. in marg. add. cod.* 28 i. e. *om. codd. Pat.* 29 a te *Fabr.* melius est *codd.* melius i. e. *Pat. Med.* melius potest *Fabr.*

tragoediarum fuit qui cum Ilionam in tragoedia ebrius ageret et uellet eam simulare dormientem grauitate uini ad uerum somnum ductus est. Ita ergo non audit matrem uel uxorem seu patrem stultum implorantes auxilium quemadmodum nec Ilione cum ageretur ab ebrio Fusio potuit audire mille 5 Catienos. [Alias:] Ilione Priami filia Polymnestoris est sortita coniugium cum in belli desperatione positus Priamus Polydorum filium suum tutandum Polymnestori commisisset et eum uellet Polymnestor occidere Ilione loco fratris filium posuit. Ita Polymnestor deceptus filium trucidauit ut alii dicunt. Ta- 10 men manifestum est hunc Polydorum necatum fuisse et noctu sorori in somnis uenisse rogantem ut sepeliretur hoc dicentem: 'Mater te appello, soror surge et sepeli me'. Cum Fusius igitur Ilionam dormire simulasset casu uino confectus obdormiuit. [Cum ab alio actore partium assidue his uerbis 15 excitaretur in scena. Alias: Polymnestor cum auri cupiditate Polydorum uellet occidere, noctis errore deceptus ferrum detorsit in filium, cuius umbra noctu matrem uocans ut sepeliret rogauit. —] *catienis m. d.* Cantoribus a Catio [quodam uocis summae. Sunt qui Catienos in tragoedia secundas per- 20 sonarum partes accipiunt. — *mater t. a.* Haec uerba cantor ex fabula] *ACR.*

non m. a.q. Fusius e. o. Hic Fusius Phocaeus tragoediarum actor fuit qui cum uellet Ilionam dormientem exprimere ut at filii Polydori exurgeret uocem in scena obdormit. Et 25 *edormit* pro praeterito accipi non pro praesenti debet. — *non magis au.* Hoc uersu clamitabant qui est Pacuuii: [1*] Matér te appello túquae curam sómno suspensám leuas. — *catienis m. d. Catienis* cantoribus, a Catieno nobili cantore *POR.*

63—69. [*huic e.* Quem patiuntur in siluis. —] *insanit u.* 30

1 in tragoedia *cod. Ritterus.* tragoediam *Fabr.* 3 ductus *(non* dictus *ut apud Ritterum) libri.* adactus *Ritt. legi iubet* 4 stultus dantes sibi aux. *cod. Med.* 12 rogans *et* dicens *libri* 23 Fufius *codd.* 25 obdormit *codd.* obdormiuit *Fabr. Med.* obdormuit *Pat.* 26. 27 non — Pacuuii *om. Pat. Med.* mater te app.] Verba tragici: 'Mater etc.' *Fabr. Vt nos codd.* 28 caram *cod.* coram *Mon. Med. Om. Fabr.* cacienis *Mon. bis* 29 Catieno *add. ex Mon.*

1* *Pacuuii fragm. 197 ORibbeck.*

s. Interrogatiue [dicitur]. — [*creditor.* Qui tibi uendit statuam.] *esto.* [Concedo quod non insanit Damasippi creditor]. Concedamus interim creditorem sapere dum probamus magis hunc ipsum insanire quam Damasippum. — *reiecta p.* Re-
5 puditia et est figura διαστολή siue productio quia re cum sit breuis natura hic pro loco producitur. — [*praesens.* Propitius]. — *scribe d. a. N.* [Decem milia talenta siue tabulas.] Sensus est: Scribe tabulas a Nerio iuris studioso quibus alleget Damasippum: adde Cicutae centum alteras, non tamen
10 ita alligabis ut ille se non auferat. *Cicuta* [autem] fenerator fuit qui propter asperitatem et amaritudinem [morum] Cicuta cognominatus est. [Alias: Cicuta nescio quis fenerator fuit amarissimus et qui cautiones exquisitas quaerebat. Pro *Nerio* quidam *Anerio* quod unum nomen esse debet; alii uero
15 separant praepositionem et sic nomen inferunt *Nerio* ablatiui casus. Nerius autem siue Anerius et Cicuta feneratores fuerunt] *ACR*.

scribe decem a Nerio. Quidam Anerio ὑφ' ἕν legunt. Verum et hic et Cicuta iuris fuerunt studiosi quos quasi aua-
20 ros tangit. Sensus: pecuniam a feneratore acceptam lege decem tabularum quas Nerio instituit et aliis centum quas Perellius Cicuta anarissimus consignatores frustrabitur. — *scribe d. a Nerio.* Iuris uerbo *scribere* est mutuum sumere rescribere restituere *POR.*

25 70—73. *nodosi.* Scrupulosi, diligentis in accipiendis cautionibus [uel argumentosi qui multis uinculis teneat debitores. *Catenas* cautiones et nexus iuris]. — *sceleratus.* Saeuus ingeniosus. — *Proteus.* Damasippus accipiendus est aut quicumque durus debitor. Propterea Proteum dicit debitorem
30 quia saepe sese mutat ut Proteus; elabitur enim mille praescriptionibus et dilationibus. — [*malis r. a.* Per iracundiam

5 figurata productio *cod. Med.* quare cum s. b. per naturam hoc loco prod. *cod. Med.* 10 ferat *cod. Med.* 12 nominatus *cod. Med.* 18 a *in lem. add. ex Mon. etiam in lem. altero* ὑφην *codd. Om. Fabr. Med. et spatio uacuo relicto Pat.* 19 quos quasi *om. Fabr.* quos qui stauaros *Pat. Med.* 21 decem *Mon. Pat. Med.* duodecim *Fabr. et ascr. in marg.* decem *cod.* quas *om. Edd.* (Perillius *Fabr.*) 22 amarissimus *Fabr. Med.* furabitur *Fabr.* fruabitur *Pat. Med.*

fingentem se ridere. — *fiet aper.* Modo ferox erit. *Modo auis* i. e. fugax. *Modo saxum,* non respondebit ut saxum] *ACR.*

72. 73. *cum r. in ius m. r. a.* Graecus est sensus:[1*] *ὁ δὲ γνάθοισι γελῶν ἀλλοτρίοις;* quod significat: si in ius 5 rapere coeperis non ex animo ridebit. — *fiet a. m. a. m. s.* Et Vergilius:[2*] fiet enim subito sus horridus *POR.*

74—76. [*si male r. g.* Adhuc uerba Damasippi referentis sententiam Stertinii. — *bene.* Scil. rem gerere. — *sani.* Qui uult bene sanus esse ut sibi uidetur. Si insani est male 10 gerere rem] multo putidius est cerebrum Perelli Cicutae qui id dicat ita se dictare quod debitor numquam soluturus sit; *rescribere* enim est 'debitum soluere' h. e. scriptum debiti liberare. [Terentius:[3*] Sed tránsi sodes ád forum atque illúd mihi Argéntum rursum iúbe rescribi Phórmio 15 h. e. reddi per scripturam. — *Perelli d. Dictantis* aut dantis aut dictis exprimentis cautionum formulam. Quia cum damus dicimus: Scribe te accepisse cautionem pro ea pecunia quam dat.] Perellus famosus temporis illius fenerator fuit; quidam dicunt istum Nerium Perellum, alii dicunt alium 20 esse feneratorem *ACR.*

mihi c. Parelli. Parellius fenerator fuit et iuris peritus; et ait *putidius:* magis, inquit, insanus est; et *dictantis* pro 'dantis'; est enim sensus: id credentis quod recepturus non est. *Rescribere* 'reddere' *POR.* 25

77. *audire.* [Hoc aut dicebat Stertinius Damasippo aut Damasippus poetae dicit.] Hic ostendit etiam feneratores insanos [esse attentos esse et paratos ad audiendum et est *ὕστερον πρότερον;* nam prius attentos fieri mos ut sic audiatur. —

3 iura *Fabr.* in iura *Pat. Med.* in ius *codd. (Ceterum hoc schol. cum seq. sedem mutauit in libris)* sensus *et graeca om. Edd. (Pat. Med. spatio uacuo relicto). Cfr locum homericum infra scriptum, ubi tamen est: οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελοίων ἀλλοτρίοισιν Vt nos Mon. et rec. m. cod.* 13 debitum scripti *cod. Med.* 15 rursum *om. et Fabr.* 19 Perillus *ubique Fabr.* 22 Parelli *et* Parellius *codd. Pat.* Perilli *Fabr.* 23 et ait *om. Edd.* insanum est cerebrum *Fabr.*

1* *Hom. Odyss. υ 347* 2* *Georg. IIII 406* 3* *Terent. Phorm. V 8, 28 (921) Fleckeis.*

atque t. i. c. Nam qui male composita toga sedet uidetur neglegenter audire] *ACR.*

atque t. i. c. q. a. Sensus: Iubeo audire et ad praecepta nostra auaros intentos esse bene tectos; nam qui dissoluto
5 pallio audiunt neglegentes iudicantur et minime ad uirtutis honorem accensi. Ideo ait: *togam iubeo componere* quia hi diligentius audiunt qui cultu concinni sunt. Allegoricos totum *POR.*

79—83. [*tristiue s.* Inani religione quia superstitio tristes
10 homines facit. — *huc p. m.* Diligenter me audiri uolo ab his qui dissoluto pallio sedent nondum intenti et incensi ad uirtutis amorem. — *dum d.* Dum ostendo eos insanos esse. —] *danda est hell. m. p. m.* Multum hellebori dandum est auaris quasi maiore aegritudine laborantibus. [Videtur quibus-
15 dam Horatius non plene persecutus esse quod promiserat cum utrum insaniant debeat docere, praetergressus dicat de cura ipsorum, sane inconsiderate in uituperationem ruentibus. Quis enim ignorat his uidelicet adhibendam esse medicinam qui minus sani sunt? Helleborum herba remedium insaniae. — *ne-*
20 *scio an.* Bene scio; λιτότης figura. — *Antic.* [*r. i. dist. o.*]. Metonymia per id quod continet id quod continetur. Anticyra enim nomen est insulae Propontidis in qua multum hellebori nascitur quod quidem depellere dicit mentis insaniam medicina. Posuit autem Anticyram pro medicamine i. e. nescio
25 si omnis medicina danda sit auaris: magnitudinem uitii expressit. [Tanta est auaritiae dementia ut totius insulae helleboro sanari non possit] *ACR.*

nescio a. A. Anticyra oppidum et insula hoc nomine sicut Claranus testatur in qua elleborum nascitur; et alibi

4 nostra *codd.* uera *Edd.* cultos *Fabr. Med.* tectos *rell.* soluto *Edd.* 6 hi *Mon.* ii *cod. Pat. Med. Om. Fabr.* 14 Videtur q. H. n. p. p. c. q. p. c. u. i. doceret praetergr. de cura ips. dicit s. i. i. u. r. qui se enim ignorant his debet esse adhibenda medicina *cod. Med. pro eis quae infra ad u. 87—89 scripsimus praemissis hisce:* siue ego praue seu recte. Staberi uerba alicui loquitur increpanti 22 insulae in qua multa conficitur medicina: Posuit autem etc. *cod. Med. fort. melius* 29 Claranus *codd.* Claranius *Pat. Med.* Heleuius *Fabr.* (*Claranus hic idem esse uidetur atque is quem Martialis epigr. X 21, 2 una cum Modesto de quo praeter alios cfr. Surin-*

(u. 166): N a u i g e t A n t i c y r a m; et est Propontidis insula *POR.*

84. *heredes St.* Staberius quidam auarissimus fuit qui cum moreretur iussit heredes scribere in suo monimento quantum quisque a se relictum accepisset. — [*summam.* Relictam pe- 5 cuniam] *ACR.*

heredes Staberi s. i. Staberius homo auarissimus fuit, et eo usque magnitudine pecuniae delectatus est ut cum finem uitae adesse intellexisset et testamento ita inscriberet ut heredes sui sepulcro eius insculperent, quis quantum in partem sump- 10 serit; quod si in aliquo mentiti essent damnationis nomine paria centum gladiatorum populo exhiberent *POR.*

85. 86. *dare centum.* Quia uiuente patre ignorauerunt quid haberent; tantae cupiditatis fuit. — [*damnati p.* Destinati iuxta legem. — *arbitrio Arri.* Nomen cuiusdam luxu- 15 riosi] *ACR.*

damnati. Pro 'addicti.' — *atque ep. a. Arri.* Id est: ad Arri uoluntatem qui luxuriosus fuit *POR.*

87 — 89. [*siue e. pr.* Hoc dicebat Staberius et est *ἀνθυποφορά* ex persona ipsius Staberii. — *seu recte.* Inscribi in 20 sepulcro meo summam pecuniae. Et hoc dicebat Staberius ne quaererent heredes eius cur hoc fieri uoluerit. — *patruus m.* Seuerus contra me; ut supra:[1*] p a t r u a e m e t u e n t e s u e r- b e r a l i n g u a e. — *prud. a.* *Εἰρωνικῶς*] *ACR.*

89—93. *quid e. s.* Aut interrogatio audientis aut inter- 25 rogantis dubitatio. — [*canit a.* Nihil magis timuit quam paupertatem i. e. ut ne fieret pauper; nihil sic caute uitauit ut paupertatem. — *minus l.* Si forte unum quadrantem minus reliquisset] *ACR.*

garium III 87 sqq. commemorat) 3 noracissimus *cod. Med.* 7 Scaberi *cod.* et *om. libri.* 8 uitae *in marg. add. cod. contra* adesse *om. Mon.* 10 quantum a se in parte *Fabr.* quantum e se i. partem *Med.* quantum mihi in partem *Pal.* quantum in patrem *Mon. Vt nos cod.* 11 dampnationis *et paulo post* dampnati *Mon.* 13 *post lem. sic pergunt cod. Med.:* Ducentas libras nouem modios quia 17 *post* addicti *sic pergunt cod. Pal. Med.:* et epulum ad Arri uolunt. q. l. f.

1* *Hor. Carm. III 12, 3*

94. *ipse u. s. n.* Pro luxuriosior, ut et supra (II 2, 131): illum aut nequities *POR.*

96—98. [*diuitiis p.* Omnium rerum regina opulentia est sicut ille dicebat. — *contraxerit.* Congregauerit. — *ille cl. e.*
5 Quasi Damasippus dicat Stertinio. Respondet plus quam interrogatus fuerat. —] *hoc u. u. p.* Quasi uirtute paratas diuitias putauit ad uirtutem pertinere *ACR.*

97. *clarus e. f. i. sapiens.* Haec ironicos dixit *POR.*

100. [*gr. Arist.* Contemptor pecuniae quam a quodam
10 rege acceperat *ACR.*]

gr. Arist. Vult et hunc Aristippum insanum uideri qui pecuniam cum usus esset necessarius abiecerit *POR.*

103. *nil agit e.* Illud exemplum nihil est quod litem uertit in litem i. e. uitium in uitium quia dum damus exem-
15 plum Aristippi litem liti opponimus; nam si Staberus uitiosus Aristippus uitiosior ergo nihil ualet exemplum Aristippi aduersum Staberum. Ad rem dubiam aperiendam nemo utitur dubio argumento. Incertum est utrum insaniat qui despicit pecunias et nullo moderamine utitur ad eas dispertiendas. Et ait:
20 Quemadmodum insanit contemptor pecuniae ita et auarus. Sed et hoc incertum est utrum nimium contemptor pecuniae uideatur esse insanus. Quasi dicat Damasippus Stertinio: Non opus est exemplo ad dirimendam litem quia et de eo disputari potest. Ipse uidetur sibi subicere: nolo corrigas uitium
25 uitio; dum culpas auaritiam exemplum sumis insaniae quia non potest exemplum laudari cum ipsum uitiosum sit *ACR.*

nil agit e. q. l. l. r. Sensus [est]: Idem exemplum quod in se quaestionem habet non est uerum. Intellego, inquit, me contraria exempla posuisse; quoniam argumentatus non erat
30 uter ex his insanus esset nunc ait se probaturum *POR.*

1 et ut supra *Fabr. Med.* 2 illud: nequities *Fabr. Med.* illud aut neq. *cod.* illud aut et neq. *Mon.* 11 et hunc et Ar. *cod. Edd.* 12 coniussus esset necessarius abiecerit *Mon.* cum iussus esset necessarius abi. (*in marg. add.* dare necessariis) *cod.* quam potuisset dare necessariis abi. *Med. Fabr.* cum iuss. esset dare: dare necessariis abi. *Pat.* 17 dubitatam *cod. Med.* 26 exemplare *Fabr.* 27 est *om. codd. Pat.* 28 inquit *in marg. cod.* inquid *Mon.* 30 iis *Fabr. Med.* is *Mon.*

104—141. *siquis e. e.* Modo probat insanire auaros quemadmodum insaniant nimii pecuniae contemptores. —] *formas* Calopodias. — *nautica u.* Qui emunt necessaria quamuis alieni sint a mercaturis tamen emunt uela ut qui quamuis alieni sint a Musis tamen emunt citharas. — [*qui d. istis.* 5 *Qui* 'quomodo'. — *ter c. m.* Per interpositionem quasi parum dixerit amplius dicit. — *stramentis.* Vilibus stratis; stramenta dicuntur uilia quae substernuntur dormientibus. — *unde.* Vno minus die scil. LXXIX. *Vndeoctoginta* pro uno minus octoginta; apud ueteres sic dicebatur. — *blatt.* Blattae genus 10 uermium rodens uestes. — *max. pars h.* Non a paucis insanus uidebitur quia multi sunt. — 124. *summae c.* De summa decurtabit minuet amputabit. — *quisq. d.* Pro 'unusquisque dies.' — *pedum porr. Porrigo* morbus quidam capitis cariem faciens.] — *quare s. q. s. e.* Si contentus es paruo [et exi- 15 guum tibi sufficit] quare periuras ut habeas maximum patrimonium? Si mediocritate contentus es cur caedibus mercaris opulentiam [et sacrilegia]? Sed fortasse dicturus es: Quare ego insanus appellor cum hoc ego non faciam i. e. non occidam patrem ueneno? Quamuis non occidas matrem 20 tuam apud Argos aut ferro ut Orestes certe tamen insanus es. — [131. *laqueo u. i.* Propter hereditatem aut diuitias. — *incol. c. e.* Potest fieri ut sano sis capite? — *malis.* Aut magis aut malis furiis. — *hab. m. t. m.* Id est: postquam creditus est furiosus post parricidium. —] 141. *splend. bilis.* 25 Quae omnia in lucem profert; Persius:[1*] u i t r e a b i l i s quia numquam stat. Vel *splendida* 'lucida', quia nemo potest irasci ita ut non appareat eius iracundia *ACR.*

141. *quod spl. b.* Κατὰ ἀντίφρασιν 'atra' uel 'flaua' *POR.*

142. 143. *paup. Op.* Opimius quidam ditissimus et aua- 30 rus cum lethargico morbo laboraret a peritissimo medico ita sanatus est: Aurum multum posuit in mensa et fecit a multis numerari et dicebat [ille]: 'Ecce rapiunt multi aurum tuum'.

5 *pro inclusit cod. Med.:* Paucis. Sapientibus scilicet 18 opulentia *Fabr.* 29 *κατὰ ἀντ. om. Edd.* 31 ita *om. Fabr.* 33 ille — tuum *om. cod. Med.*

1* *Persius III 8*

Ille audiebat excitabatur et sanatus est. [*Pauper* autem dixit animo non fortuna, et *pauper argenti*, ut: [1*] Diues opum. —] *qui Vei.* Veientana ciuitas est Campaniae in qua nascitur pessimum uinum. [Persius: [2*] Veientanum rubellum.
5 Nunc addit aliud exemplum ad insaniam probandam] *ACR.*

pauper Opimius. Sic dicitur: [3*] magnas inter opes inops et hac figura dictum est qua: [1*] diues opum pro 'opibus'. — *qui Vei.* Pessimum uinum in Veiento nascitur; et Persius: [2*] Veientanumque rubellum *POR.*

10 144. *campana s. trulla.* [Trulla autem ligneum uas aut uimineum aut fictile. Alias:] Trullam dicunt deformem calicem uel rusticanum. — [*uappamq. p.* Corruptum nescio quid quod nec uinum nec acetum, uel uinum sine sapore, uel uinum cui miscetur aqua, uel uinum quod fit perfusa uinatia.
15 Hoc autem uinatium lectum est et haec uinatia] *ACR.*

145—152. *q. lethargo.* Morbo qui facit immemores nimio somno. — [147. *multum c. a. f.* Vtrimque illi concessit quod est medico necessarium scientiam cum diligentia copulatam.— 152. *men' uiuo.* Verba aegroti. — *ut u. i. u.* Verba medici.
20 *Διαλογισμός*] *ACR.*

153. *deficient i.* Sic ait ut inopia aliquem defecisse dicimus. Et Verg.: [4*] tuque o dubiis ne defice rebus *POR.*

[155—158. *tu cessas.* Haec aegrotus; cur, inquit, mihi
25 neglegentiae crimen imponis? — *ptisanarium.* Vas et fictile in quo coquitur oryza uel ptisana. — *octussibus.* Octo assibus; hinc 'octussis'. — *quisnam i. s.* Damasippum interrogat Horatius uel Damasippus consulit Stertinium *ACR.*]

158. *quisn. i. sanus.* Incipit de Stoicis disputare *POR.*

1 audiebat rapi et hoc modo excitatus sanabatur *Fabr. Vt nos cod. Med.* 6 Opimus *codd. Pat.* dicitur ut *Fabr.* 7 et figurate dictum est. Diues *sic Fabr. Med.* et hac figura d. e. quia diues *codd. Pat.* 8 in *om. codd. Pat.* 10 *quae Ritterus ad hunc Horati locum habet:* 'est trulla uas orbiculatum et circa summa angustius et utrinque ansatum PORPHYRION' *nec in codd. nec in Edd. meis extant* 21 aliquem *om. Fabr. Med.* 22 o *om. Mon.*

1* *Aen. II 22* 2* *Persius V 147* 3* *Hor. Carm. III 16, 28* 4* *Aen. VI 196*

[159—161. *quid siquis n. s. a.* Non sufficit ad sanitatem auarum non esse. — *cardiacus.* Insanus uigiliis. Cardiacus genus morbi uigiliis laborantis contrarium lethargo. — *Craterum. Craterus* fuisse dicitur illis temporibus opinatissimus medicus *ACR.*] 5

161. *Craterum d. p. Craterus* nobilis medicus Augusti temporibus fuit. De hoc Persius:[1*] Quid opus Cratero magnos promittere montes *POR.*

162. 163. *hic ae. r. e.* Si tibi dixerit maledicus de aegro quod non est cardiacus tu ais quod surget de lecto; iterum 10 medicus adicit quod non surget quod alio morbo laborat. Sic ergo dicis: Ille non [est] periurus neque sordidus immolet dis porcam sed est ambitiosus et audax, alio uitio laborat et debet ire ad Anticyram ut curetur. — [*acuto.* Penetrabili pernicioso graui, ut alibi:[2*] Cum semel accepit solem furibundus acutum] *ACR.* 15

morbo temptentur a. Graece ὀξὺ πάθος *POR.*

166. [*nauiget A.* Vbi elleborum nascitur quo perturbatas mentes medici sanare consueuerunt. —] *balatroni.* Scurrae et triuiali. Nam balatrones dicuntur rustici homines inepti 20 et triuiales. Publius Seruilius Balatro multa in Augustum amare nec sine ioco dixit. Fuit autem tantus deuorator ut simili uitio laborantes *balatrones* dicti sint. [Et est in iocoso uersu sensus: Quid interest utrum non utaris an in barathrum mittas? Quid enim prodest carere hoc uitio cum alio tene- 25 aris]. — [*donec q. h.* Eadem insania mentis est seruare et spergere] *ACR.*

quid e. d. baratrone. Baratro luxuriosus; sed quidam legunt *barathro* ut ueniat a nominatiuo barathrus *POR.*

168. *Seru O.* Hoc exemplum ad illud pertinet: Quisnam 30 igitur sanus?' Ergo qui sanus est talis est qualis Oppidius

17 tentantur *Fabr.* temptantur *Med. Vt nos codd. Pat.* Graeco *Fabr.* ὀξυανῷ *Fabr.* οξφ νοσω *Pat.* ὀξιανοσω *Med. Vt nos codd.* 19 balathroni *Fabr.* 23 *inclusa usque ad* tenearis *non esse Acroniana etiam Ritterus uidit* 28 balatrone *Fabr.* baratrone *Mon. et* h *supra add. cod. sed idem post lemma* barathro lux. 31 Opidius *cod. Med. bis*

1* *Persius III 65* 2* *Hor. Epist. I 10, 17*

de facultatibus suis circa liberos fuit qui iuxta antiquum censum diues inuentus est. — [*Canusi.* Apud Canusium oppidum Apuliae regionis] *ACR.*

S. Oppidius C. d. p. d. Hic est paruo censu diues *POR.*

5 169—175. [*ant. c.* Quia siquis antiquitus duo praedia habebat diues censebatur. — *diuisse.* Pro diuisisse. — *postq. t. talos.* Postquam, inquit, in te Aule luxuriam aut tenacitatem in Tiberio cognoui; *talos,* tesseras. — *donare et l.* Donare ad nuces ludere ad talos. — *cauis.* Locis absconditis.

10 — *Noment.* Prodigum et luxuriosum. *Cicutam.* Auarum quendam feneratorem *ACR.*]

175. *tu N. tu ne sequerere C.* Ne aut luxuriosus aut auarus euaderes; Nomentanus enim luxuriosus Cicuta auarus *POR.*

15 177—181. *tu c. n. m.* Bene uetat nam et minui uetat natura et augeri et monet quod sufficit appetendum; et est paternus affectus iunctus naturae. — [*titillet.* Ad se cum quadam iucunditate rapiat; ne uos delectet pulset atque sollicitet ambitio. — *ambo.* Pro 'ambos'. — *intestabilis.* De-

20 testabilis.] *Sacer,* Execrabilis. Sic dicebantur periuri tamquam sacri i. e. obnoxii per quod iurauerant. *Intestabiles* appellabantur quorum testimonium non ualebat *ACR.*

181. *is int. i. s. e.* Antiqui eos quos in testimonium nolebant admitti intestabiles uocabant [detestabiles] scilicet quo-

25 rum testimonium malum et execrandum esset *POR.*

182. *in cicere a. f.* [Antiquis temporibus haec dabantur ab his qui ludos exhibebant. Alias:] Haec enim [populo] a magistratibus ludis floralibus iactabantur [Vel: haec spargebantur in Circo et plausus illis fiebant qui cupidi erant

30 laudis.] uel aediles haec populis in Circo iactabant. Inuenta occasione carpit ambitionem et dat exemplum hoc ad insaniam *ACR.*

1 qui ita diues circa liberos qui *cod. Med.* 4 Opidius *cod.* (*Ceterum hoc schol. om. Fabr., lemma tantum exhibent Pat. Med.*) dicens *pro* diues *Mon.* 12 sequere *cod. Pat. Med.* 13 euaderet *Edd.* 23 in testamento n. dimitti *codd.* in testimonium n. dimitti *Pat. Med.* in testim. dim. n. *Fabr. Vt nos et Auctar. COM. CR.* 24 detestabiles *om. Mon., in marg. add. cod.*

in cic. a. f. Antiqui aediles huius modi res populo floralibus spargebant; inde et Persius:[1*] uigila et cicer ingere large Rixanti populo. Pauperes enim [initio Romae] fuerunt *POR.*

183—187. [*latus u. i. c. s.* Latus 'inflatus' ut superbus ambules.] — *Aut aen. u. st.* Vt habeas aeneam statuam. — [*nudus a.* Ideo nis patrimonium tuum consumere ut plausus habeas quales Agrippa habuit gener Augusti cum uis a stultitia uulpes ille uir a nobilitate ut leo. — *ast. i.* Quia quod leo uiribus hoc uulpes astutia agit.] *nequis h. uelit.* Damasippus ex persona plebeii cuiusdam per hanc historiam docet quod non tantum saeue sed etiam impie faciebant homines ambitione inflati, a qua non minus quam ab auaritia et luxuria commonet recedendum. — [*uetas cur.* Contra ambitionem *διαλογισμός* inter plebeium et regem Agamemnonem] *ACR.*

187. *neq. h. uelit.* Adnotandum quod dialogum confecit; introduxit enim quendam altercantem cum Agamemnone ut doceret saniores esse eos qui insani uidentur eis quos sanos putamus. Dogma autem Stoicorum quoddam *πραγματικόν* [*πάντας ἀνθρώπους μωρούς εἶναι*] quo continetur omnes homines insanos esse *POR.*

188. *rex sum.* Agamemnonis responsio. Ordo: Rex sum et aequam rem imperito i. e. iubeo [qui potui etiam iniquam;] uel rex sum et aequam rem imperito. Potestas non impedit aequitatem. — *nihil u. quaero.* Si hoc dixeris nihil ultra quaero a te *ACR.*

rex sum nihil u. Per hoc illud prouerbium[2*] uult interpretari: *Μωρῷ καὶ βασιλεῖ νόμος ἄγραφος POR.*

189. 190. [*inulto.* Impuni sine poena]. *max. r.* Plebeius respondet *ACR.*

2 nigra *Edd.* Vigila *codd.* 3 large *Auct. COM. CR.* uulgo *codd. Pal. Om. rell.* initio R. *om. codd.* 13 a quo *Fabr.* 17 uellet *codd. Pal.* uellit *Med.* 20 *πραγματικόν om. Edd., contra inclusa om. codd.* 21 continet *Fabr.* continent *Pal. Med.* 25 praecipio *pro* imperito *Fabr.* 28 Praeter hoc illud pr. int. *omissis graecis Edd.*

1* *Persius V 147* 2* *Prouerbium graecum*

191. *di t. d. c. cl. deducere Troia.* Homericum est:[1*] *Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι POR.*

192. *ergo cons.* Interrogatiue. Hoc sensu Socraticos dia-
5 lecticos imitatur et callide ambitiosos obtrectat et carpit et interrogat et cauillatur ad singula ut illi faciunt *ACR.*

185: *gaud. u. p. P.* Ideo non iubes eum sepeliri ut gaudeat Priamus? [Vt:[1*] H o c I t h a c u s u e l i t e t m a g n o m e r c e n t u r A t r i d a e] *ACR.*

10 196. 197. *per q. tot p. c. s.* Troiani scilicet. — *mille o. insanus.* Vt 'duo milia hominum' dicimus *POR.*

198—201. [*una mecum.* Me et eos. — *tu.* Plebeius respondet. — *mola.* Molam salsam dicit far et salem. — *rect. a. s.* Sanus esse potes? sanitatem habes? —] *quorsum insa-*
15 *nus?* Quia multa genera insaniae sunt, de quibus fuit insanus Aiax? in quo insanus? ob quam causam? uel in quam partem? *ACR.*

201. *quorum i. q. e.* Inter quos, inquit, insanus est utrum inter luxuriosos et auaros an inter ambitiosos? *POR.*

20 202—204. [*abst. u. u.* Ostendit magis Agamemnonem insanisse quam Aiacem. — *Teucrum.* Socium suum. — *Vlyssem.* Inimicum et defraudatorem suum *ACR.*]

204. *aut i. u. Vlix. Ipsum* subaudimus inimicum suum *POR.*

206—208. *plac. s. d.* Vergilianum illud:[3*] S a n g u i n e
25 p l a c a s t i s u e n t o s e t u i r g i n e c a e s a. — *nempe t.* Id est: certe tuo sanguine placasti. — [*sed n. f.* Quia haec feci pro gloria patriae.] — *qui s. a.* [*ueri sc.*] Qui facit scelus etiam propter aliquam commoditatem tamen iste necessario habetur insanus. Qui res facit non iustas mentis exagitatione is non
30 sanus habebitur. [Qui sub specie iustitiae tumultum i. e.

1 deducere troia *Mon. Pat. Med.* ded. troiae *cod. Om. Fabr.* 2 *ΥΜΕΙΝ· ΜΕΝ· ΘΕΟΙΛΟΙ. ΕΝΟ. ΛΙΜ...ΠΙΛ. ΛΩΜΑΤ. ΕΧΟΝΤΕC. ΕΚΠΕΡCΕ-CΙΡΙΛ. ΜΟΙΟΠΟ. ΛΙΝ. ΕΙΤΙΟΙΚΛΛΙ. ΚΕCΘΛΙ* sic *Mon. In cod. rec. man. ut fieri solet scripsit (εὖτ' οἴκ. cod. et Edd.)* 18 quorum *codd.* quorsum *Edd.* Inquit inter quos *Edd.* 23 Vlixen *Mon.* Vlyxen *cod. Pat.* Vlyssem *Fabr.* 29 modo iustas modo iniustas *Fabr.* 30 insanus *Fabr.*

1* *Hom. Iliad. α 18, 19* 2* *Aen. II 103* 3* *Aen. II 116*

scelus admittit insanus est]. *Tumultu* Perturbatione. Sensus: Qui sub specie iustitiae scelus admittit i. e. qui tumultum sceleris immiscet ueritati habendus est commotae mentis. — [*permixtas.* Confusione societatis ueritati contrarias] *ACR.*

208. *qui sp. a. ueri scelerisq.* Qui concipit animo suspitiones falsas et uera non uidet is demens est *POR.* 5

210—212. *stultitiane.* Furore et insania. Ad illud quod ait supra (u. 103): Nil agit exemplum litem quod lite resoluit. Nihil interest utrum per stultitiam peccet aliquis uel per iracundiam; eodem enim modo uterque appellabitur 10 insanus. — *ob titulos.* Ob gloriam uel propter inanes triumphos *ACR.*

o. t. com. inanis. Subaudiendum: non est insanus *POR.*

213—217. [*stas a.* Potes sanus esse et uitio carere. — *tumidum.* Turbatum,] *Rufam.* Nomen nobilis uirginis. — 15 *destinet.* Constituat spondeat. — *huic. o. a. i.* Insanis etenim interdicto praetoris bonorum possessio tollebatur et propinquis tuenda tradebatur. Item aliter: Apud ueteres insanis a praetoribus ius dominii auferebatur; ergo docet esse insanum qui haec fecerit *ACR.* 20

217. *interdicto h. o. a. i.* Insani solent accipere a praetore curatorem bonorum suorum ita ut illis uti non liceat nisi ad arbitrium alienum scilicet ne perdant *POR.*

219—222. [*quid s. q.* Argumentum a minore]. — *ne di xeris.* Quasi haec dicat Agamemnon i. e. ueritati contraria. 25 Sed hoc aut ille dicit qui insanos asserit aut plebeius. — [*qui scel.* Qui ducitur ambitione is insanus est. — *et furiosus.* Aut ad iracundiam aut ad desideria honorum pertinet.] *uitrea fama.* Fragilis [et inepta fama ambitionis.] Sensus: Eum qui famae seruiat insanire dicit sicut Bellonarii lacertos hu- 30 merosque concidunt *ACR.*

222. *quem cepit u. s.* Aut fragilis aut splendida *POR.*

2 multum *cod. Med.* 5 ueri celeriq. *cod.* ueris celerisq. *Mon. Pat. Med.* ueri sc. *Fabr.* 13 committit inanis *codd. Med. Pat.* admittis inanes *Fabr.* subaud. est insanus *sic Edd.* 20 dicit *Fabr.* 27 autem ille *Fabr.* 31 Bellonarii *cod. Med.* Bellonae cultores *Fabr.* 33 coepit *cod. Pat. Med.*

224. 225. ***nunc a. l. e. N.*** Dixit in auaros deinde in ambitiosos nunc in luxuriosos; uult enim etiam hos insanos docere. — ***arr. m.*** Aut uerba Stertinii refert Damasippus aut ex persona eius cum Horatio Damasippus loquitur: *Nunc*
5 *a. l.* Nunc, inquit, uideamus utrum luxuria non habeat stultitiam. *Arripe* aut ad iracundiam aut ad desideria honoris pertinet. — ***uincet e. s. r.*** Nam probabit ratio stultos esse omnes luxuriosos] *ACR.*

nunc a. l. e. N. Nunc luxuriosos auaros probat, [ut]
10 supra auaros et ambitiosos *POR.*

226—228. ***hic.*** Nomentanus [luxuriosus]. — ***sim. acc.*** Quando heres successit aut a tutoribus accepit. [Ordo: Omnibus qui obsonia uendunt edicit uti mane domum ueniant.] — ***Tusci t. i. u.*** [Tusci aliquando pulsi contulerunt se Ro-
15 mam et uicum qui modo Thurarius dicitur habitauerunt et ei nomen suum dederunt. Alias:] *Tusci uici* ideo quia ubi nunc uicus Turarius dicitur Tusci uicum acceptum habitarunt; inde nomen est uico. *Turbam* autem *impiam* aut negotiatores accipimus aut lenones sed melius negotiatores intellegimus qui
20 inhumanissimi sunt et neque misericordia neque precibus flectuntur; deinde quae in uico Turario antea meretrices prostabant nomen uico dederunt. [Vel Tusci uici impia turba quia locum suum dereliquerunt; nam ab Aricinis pulsi sunt. In hoc ergo uico meretrices esse consueuerant; impia ergo turba per-
25 iura aut quia omnes ibi habitabant negotiatores quibus studium est peierandi] *ACR.*

ac Tusci t. inpia uici. Lenones dicit [et ambitiosos]; ibi enim commanent. Tuscus dicitur uicus qua itur in Velabrum ubi harum rerum mercatores i. e. unguentarii consistunt
30 [Vel] *Turba inpia* quia in patriam Tusci redire noluerunt *POR.*

229. [***cum scur.*** Histrionibus. *Fartor* 'cocus'. *Cum Vel.*

4. 5 Nunc a. l. *et paulo post* Arripe — pertinet *om. Fabr.* 9 ut *om. codd. Pat. Med.* (et ambit. *om. Fabr. et male add. seq. schol*) 17 Thurarius *Fabr.* titarius *cod.* 19 melius lenones *Fabr.* 21 quod *Fabr.* 22 nom. uico ded. *om. Fabr.* *ex inclusis* Tusci uici *et* quibus stud. e. p. *om. cod. Med. Sed omnia interpolata esse uidentur* 27 inpia *Mon.* imp. *rell.* 28 tuscus *supra scr.* h *cod.* thuscus *Pat. Med.* qua *supra scr.* o *cod.* (*idem* ungentarii) 29 Vel *male add. Fabr.*

o. M. Locus Romae ubi uictualia distrahentes frequentabant. Notandum Macellum neutro genere *ACR.*

cum sc. f. *Fartor* nunc auium alias nomenclator *POR.*

233. [*i resp. aeq.* Aut proprium nomen Aequus aut est *εἰρωνεία* quia singulis dabat pro meritis *ACR.*] 5

respond. aequos. Ironicos *POR.*

234—238. *in niue luc.* Ineptiam notat luxuriosi quia cum leno loqueretur uenatori et piscatori respondet. — [*hib. e. ae. uellis.* Alii *uerris,* sed si *uellis,* cum difficultate trahis. — *tibi t,* O piscator. *Tibi tripl.* O leno. —] *unde.* A quo. Velut 10 uxor accersita de nocte mihi uenit. Vt cariorem meretricem faceret finxit nomen uxoris] *ACR.*

238. *nocte citata.* Legitur et *uocata POR.*

239. 240. *fil. Aesopi. Aesopus* quidam actor tragoediarum ditissimus fuit qui hunc luxuriosum filium reliquit. [Hic Me- 15 tellae quae eum deperibat ablatum unionem et aceto dilutum sorbuit. Alias:] Caecilia Metella filia Metelli Aesopum adamauit; eius uxoris ac Aesopi filius diues et luxuriosus fuit qui gemmam triuit et misit in poculum ud uideretur decem milia deuorare quo suas posset superare diuitias. — [*exsorberet.* 20 Quasi multum in hoc ualeret quod census eius non minueretur] *ACR.*

filius Aes. d. e. a. M. Aesopus tragicus magnas opes M. Aesopo filio luxurioso reliquit. Hic cum uellet patrimoniam animo euincere, dicitur decies sestertium concupisse 25 una hora absumere atque ita bacas detractas uxori Metellae in aceto diluisse. De hoc Maeuius poeta scribit de quo Vergilius: [1*] amat tua carmina Maeui. — *scil. ut deciens s. absorberet a. Solidum* 'integrum' *POR.*

241—243. *diluit i bacam.* Attriuit pretiosum unionem. 30 In conuiuio dum omnium rerum uile putaret dispendium gem-

6 aequos *codd.* aequus *Pat. Med.* accipe q. c. i. *lem. in Fabr.* 24 M. *add. ex codd.* 24. 25 patrem an'mo uincere *Fabr.* patrem a. euincere *Med.* patronum a. euinc. *Pat. Vt nos codd.* 25 sextertium *Fabr.* 26 hora *cod. in marg. add.* ita *om. Edd.* (bacas *codd.* baccas *Edd.*) 27 deluisse *Mon.* deluisse *supra scr.* i *cod.* 28 deciens *Mon.* decies *rell.* (sorberet *cod. Pat.* absorderet *Mon. Om. rell.*)

1* *Bucol. III 90*

mam pretiosissimam deuorauit in aceto solutam. — *qui sanior a. s.* Non minus sanus, inquit, quam si illud ipsum decies abiecisset in cloacam. —] *par nobile.* Notum famosum [uel aequaliter generosi] *ACR.*

5 244. *et amore gemellum.* Pro 'gemellorum' *POR.*

245—246. *luscinias s. i.* Lusciniae magno pretio uendebantur. — [*quors. a.* In quem numerum isti discedant in bonorum an malorum? An creta notandi sunt ut boni uideantur an carbone ut mali? Alias: In quam partem abeant, carbone 10 notentur ut insani an creta ut sani? Bona enim albo signabantur aduersa nigro. Vel: quorsum abeant i. e. cui parti eos aggregabimus bonis an malis. Persius:[1*] Illa prius creta mox hoc carbone notasti] *ACR.*

inpenso pr. co. Inpenso pro 'magno' posuit. — *quors. a.* 15 *sani. Quorsum,* in quam partem discedant? *POR.*

247—250. [*plostello.* A plaustro deminutiuum] — *ludere p. i.* De illo dicit cum quo pueri soliti sunt ludere inter se, quando premunt copiam nucum uel castanearum manibus, tunc quando simul ueniunt ad ludendum laxo sinu ueniunt et gy- 20 rum inter se faciunt et proponunt sibi problema. Tunc cooperta manu quisque ostendit suo compari et infit; 'quot insunt'? si alius augurare potuerit aufert illi. Sic tam diu hoc certant donec unus deoneret alterum. — *sic p. h. r.* Si ratio probabit nihil referre utrum in puluere ludas ea quae lusisti 25 in pueritia an plores amore meretricis nonne probaberis insanus esse? *ACR.*

aedif. c. Haec omnia infantes faciunt. — *ludere p. inp.* Vni duo. — *ament. uerset.* Alio nomine amentiam suam appellet. — *si pueril. h. r. esse.* Si optinere potuerit puerilius esse

14 inpenso *bis Mon.* imp. *rell. (Ceterum prius lem. om. Fabr.)* *post* posuit *add. codd.* De ematoribus 15 insani *in lem. codd. (post lem.* quorsum *om. Fabr. Med.)* 22 poterit *Fabr.* tam *om. Fabr.* 23 certant ut uter d. *cod. Med.* 23 si *in lem. Fabr.* sic *rell. Post lem. cod. Med. sic:* Sic ratio comprobat magis puerile esse amare meretricem quam ludere cum illa 29 sic *Fabr.* si *rell.* esset *codd. Pat.* obt. poterit *Edd.*

1* *Persius V 108*

amare quam ludere puerili ratione editum esset i. e. amentiam suam tum excusaret *POR.*

254. *mutatus Pol.* Polemon Atheniensis perditae luxuriae fuit qui ad scholas Xenocratis philosophi ebrius uenisse perhibetur ac floribus redimitus; cum ab auditoribus perturbaretur prohibuit magister et luxuriae crimina accusare coepit in tantum ut luxuria relicta Polemon praecipuus auditor extiterit atque ita in amorem philosophicae disciplinae uenit ut post magistrum ipse docuerit. Aliter: Polemon adulescens ad scholas Xenocratis ebrius uenit quando illi disputabat de continentia pudicitia iustitia temperantia et sobrietate diciturque insignia luxuriae deposuisse cum fuisset philosophiae ratione commotus. Fuit autem Xenocrates philosophus continens nimis de quo Lais meretrix sponsionem fecerat quod eum ad suos sollicitare posset concubitus et nocte quadam terrorem finxit et confugit ad eum et quasi necessitate coacta cum eo mansit; ille immobilis iacuit postea cum soluere sponsionem cogeretur respondit: 'Ego non de statua sponsionem feci' *ACR.*

mut. Polemon. Polemon fuit Atheniensis iuuenis luxuriosus et perditus qui cum comissabundus incederet per urbem audisse fertur e proximo Xenocratis uocem disputantis; deinde introisse ad deridendum eum ut erat coronatus unguentatusque. Quo uiso senex perseuerauit et inuectus in luxuriam coegit Polemonem poenitere sui et coronas abicere; sumptoque philosophi habitu tantus postea fuit ut dignus existimatus sit qui Xenocrati succederet *POR.*

255. [*fasciolas.* Ornamenta capitum cum mitris. — *Cubitale.* Ceruical. —] *focalia.* Torques uel coronas quas habebant in collo *ACR.*

1 qua *Fabr.* editam *codd. Pat.* 2 tum *Mon.* cum *cod. Om. Edd.* excuset *codd. Pat.* (*Ceterum hoc schol. sanandum aliis reliqui*) 16 necess. coacta *COM. CR.* nocte hac *libri* 17 mansit — soluere *et* cogeretur *om. cod.* dum *Med. Fabr.* 20 Palemon *cod.* 21 cum *om. codd.* commisabundus *codd.* comessab. *Edd.* 25. 26 Is sumpto ph. *Fabr.* 26 tantus uir *Mon.* 27 socrati *Mon. et in marg. ascr.* Xenocrati *cod.* 29. 30 habeat *Fabr.* habebat *rell.*

fasc. cubital foc. Aut allegoricos tamquam de aegro haec aut quia solent amantes talia insignia gestare ut mulierculis placeant *POR.*

258—263. *porr. i. p.* Vt ostendat non esse sanum ama-
5 torem et puerum. — *sume catello.* Verbum blandientis est. — [*amator ex. quid d.* Terentianum hoc est. —] *haeret.* Stupet [fixus. — *finire dolores.*] pudore deterritus nequis intellegat eum fuisse luxuriosum. Et stat ante molestas sibi fores aut ex quibus fuit ante exclusus *ACR.*

10 262. *nec nunc c. m. uocet ultr.* Totus hic locus de Eunucho Terentii est[1*] *POR.*

269. *fluctantia.* Incerto casu currentia *ACR.*

271. 272. *insanire p.* Quam si des operam ut cum ratione insanias. — *quid c. P.* Inter *Picenum* et *Picentem* hoc
15 interest: Picenum uas dicimus Picentem uero hominem; quod solent, inquit, ingenio leues facere ut expresso digito semine pomorum cameram ferire conentur, tu reddidisti ad mentem tuam? *ACR.*

quid c. P. e. Solent amantes semina ex malis orbicu-
20 latis duobus primis compressando digitis mittere in cameram uelut augurantes si cameram contigerint posse sperari ad effectum duci quod animo conceperunt *POR.*

274—276. [*b. feris.* More pueri balbutientis. — *aedif. c.* Sicuti solent. — *cruorem st.* Crudelitatem amori. — *ignem.*
25 Amoris calorem *ACR.*]

quid c. b. f. annoso u. p. Quid cum per delicias balbutire affectas senex et puerilia imitaris? — *atq. i. ql.* *Πυθαγορικόν* est:[1*] *Πῦρ μαχαίρᾳ σκαλεύειν* *POR.*

277—280. *Hellade p.* Marius quidam ob amorem Hella-

1 cubital *Mon.* cubitale *rell.* aut *post lem. om. Fabr.* 4 *prius schol. in cod. Med. hoc:* Amatorem puero comparat *contra* Vt osteudat — puerum *addunt post* exclusus 10 *lem. om. Fabr.* 10. 11 eunuco *cod.* eunocho *Mon.* 15 Picentem hom. esse *Fabr.* 17 conentur. Tu redisti ad m. t. *Fabr.* 19. 20 sorbiculas *cod.* 20 compressare *libri* easque mittere *Edd.* 21 augurium ut si *Fabr. Med.* auguriam aes si *Pat.* 27. 28 pythagoricum *Edd.* 28 *ΠΥΡ ΜΑΧΕΡΗ ΜΗ СΚΑΛΕΥΕΙΝ Mon.* *πῦρ μαχίρη μήσκαλεύειν* cod. *Om. Edd.*

1* *Terentii Eunuchus I 1* 2* *Prouerbium pythagoricum*

dem quandam puellam occidit cum ab ea contemneretur et se postea praecipitauit. Quid ergo? dicis illum non fuisse insanum quem sceleratum fuisse non negas? Aliud enim putas esse insaniam aliud scelus facere, cum omnes qui aliter faciunt quam debeant insani habendi sint. — *cerritus f.* Cerriti proprie dicuntur qui a Cerere percussi sunt. Vult probare crudelitatem insaniam esse. — *absol. h.* Sensus est: Ex duobus si alterum negas uideris ex una parte eum absoluere, sed aliud crimen necesse est ut confitearis et uerum ei nomen imponas, [ut aut cerritum dicas aut motae mentis propter crudelitatem; nam si pronuntiabis non esse insanum pronuntiabis esse crudelem] — *ex more.* Ex consuetudine uulgari putant alium esse insanum alium crudelem; ego autem stultos et insanos utrosque appello. — [*cognata u.* Diuersa quidem sed non multum inter se distantia. — *rebus.* Id est criminibus. Cum non insanum dicit sceleratum plane confitetur; aut enim crudelitate peccat aut mentis insania] *ACR.*

278. *cerritus f.* *Cerritus* furiosus commotae mentis i. e. insanus *POR.*

281. [*lib. er.* Liberti filius. —] *q. c. compita.* Compita dicuntur ἀμφόδια; iusserat enim Augustus in compitis deos penates constitui ut studiosius colerentur; erant autem libertini sacerdotes qui Augustales dicuntur. — [*siccus.* Sobrius ne possis dicere quod ebrius fecerit. Nunc transit ad superstitiosos] *ACR.*

lib. e. q. c. c. Hic incipit de superstitiosis et religiosis loqui. — *qui c. c. s.* Ab Augusto enim lares i. e. dei domestici in compitis positi sunt et libertini sacerdotes dati qui augustales sunt appellati *POR.*

284. 285. *sanus u. a. a. o. m. n. l.* Quia hi qui uendunt mancipia solent hoc adicere: 'sanum corpore et animo,' hunc superstitiosum negat sanae mentis fuisse, et dicit allegorice: sanum esse omni corpore putes nisi litigiosus dominus exciperet i. e. interposita fide asseueraret *POR.*

6 sunt *libri.* Ceritus *apud Acr. et Por. Fabr.* 28 ex libertinis *Fabr. Med.* ex libertini *Pat.* 30 quia *cod. Pal.* qui *Fabr. Med.* quia hi qui *Mon.* 31 adicere *Mon.* adducere *cod.* adiicere *Edd.* 33 putes *om. Edd. Sequentia Fabr. sic:* Excip. dom.] Id est *etc. ut nouum schol. existat*

mentem n. lit. e. d. Ostendit etiam superstitiosos non esse sanos; i. e. confiteretur mentem sanam non habere seruum superstitiosum quem uendebat nisi forte amat litem quia licebat emptori agere contra uenditorem si inueniebatur po-
5 stea seruus uitiosus. Iuris erat apud ueteres ut cum seruum distraheret quis eius omnia uitia uel corporis uel animi publicaret; ergo dicit hunc furiosum cuius mens excipienda esset *ACR.*

286. 287. [*hoc q. u. Chr.* Chrysippus Stoicus de familia
10 Meneniorum cum nimia religione teneretur i. e. superstitiosos dicit esse. Meneniorum familia fuit superstitiosa quam et uulgus et Chrysippus appellauit insanam. — *fec. i. g.* Quia multi erant Menenii temporibus Horati *ACR.*]

Chrysippus p. Hoc ait: eiusmodi stultorum copiam et
15 multitudinem Chrysippus philosophus inter Menenios haberi dicit. Menenius autem fuit illis temporibus insanus uel certe plebeius qui uideri uoluit a Menenio qui senatum et populum in gratiam reduxit; et mire fecundam mentem stultorum ait i. e. multiplicem. Chrysippus Stoicus fuit sed Menenium me-
20 lius furiosum accipimus uel potius stultum; unde 'M e n e n i a e s t u l t i t i a e uel i n e p t i a e' *POR.*

288. 289. *Iupp. i.* Et hoc probat superstitiosos et stultos esse et insanos. — [*cubantis.* In infirmitate iacentis] *ACR.*

291. *illo m. d. q. t. i.* Die Iouis *POR.*

25 293—295. *ex prae.* Ex desperatione et periculoso morbo. — *quone m.* [Qua causa.] Id est: Insanit naturae uitio an instinctu numinis? — *timore d.* Responsio] *ACR.*

296. *sap. oct. a.* Quia Graeci septem sapientes dicunt quibus hunc addit. . . . . *POR.*

30 297—299. *compellarer i.* 'Insanus dicerer.' Compellare

1 Ostendit — sanos *om. Fabr.* 2 confiteretur *cod. Med.* confitetur *Fabr.* 17 qui *om. libri praeter Fabr.* Menenio (esse) qui *Ritterus* 22 Et hoc *om. Fabr.* 25 uel desp. uel peric. *Fabr.* 28 quia *om. Fabr. Med.* qui *Pat.* 29 *post* addit *lacunam habet Put., Mon. haec: ΕΠΤΑCΟΦΟΙ-ΧΑΙΡΕΤΑΙΤΟΝΟΥΚΑΤΑΘΟΝΟΠΙΚΟΡΥΒΟΝΟΥCΥΝΑΡΙΘΜΕΟΜΕΝ. cod.: ἕπτα σοφοὶ χαίρετε. τὸν οὐκ ἀγαθὸν ἀπὸκοριβόνου συναριθμέομεν, de quibus redintegrandis admodum dubii lacunam signare maluimus Om. Fabr. Med.* 30 Insanus dicerer *om. Fabr.*

enim est iniuriose alloqui quemlibet, ut Cicero in Philippicis:[1*] Laudat an compellat edicto. — *dixerit ins.* Si quis me dixerit insanum discet a me uitia sua quae pendent a tergo. — *ignoto.* Id est: 'reposito'; ex Aesopi fabula quae duas peras dicit habere posse mortales in illa posteriore uitia sua, in prima aliena cognoscimus facilius; nostra enim uix uideri possumus. — [*prud. t.* A tergo i. e. ex dorso pendere dicuntur uitia eorum qui cum aliorum notent sua non uident. Persius:[2*] Sed praecedenti spectatur mantica tergo] *ACR.* 10

299. *discet pend. t.* Hoc ideo quia Aesopus tradit homines duas manticas habere unam ante se alteram retro; in priorem aliena uitia mittimus, ideo et uidemus facile; in posteriorem nostra quae abscondimus et uidere nolumus. Hoc Catullus meminit:[3*] [sed non] uidemus manticae quod 15 in tergo est; ait et Persius:[4*] spectatur mantica tergo *POR.*

300. [*Stoice.* Ad Damasippum redit Horatius Damasippus uenditis omnibus philosophatus est. *Post damnum* quod e luxuria fecerat *ACR.*] 20

post damnum s. n. o. p. Bene quia ille bonis suis uenditis philosophari coepit; et dicit hoc Damasippo. — *insanire putas?* Interrogatiue dicit *POR.*

303—308. [*quid c. abscissum.* Quid mirum si uideris tibi sanus esse? Quando per insaniam ferebat caput filii sui 25 Agaue non intellegebat se insanam esse. Pentheus aspernabatur sacra Liberi unde iratus furorem matri eius immisit quae proprium occidit filium. — *ueris.* Veritati. —] *longos im.* Hoc est: longo sanguine cretos; ambulas elatus et proceros imitaris et nobiles. Hoc propter Maecenatem qui tunc 30

12 ante et aliam *Fabr. Med.* 15 tullimus *Mon. puncto sub* m *posito.* tullius *sed in marg.* Catullus *cod.* sed non *om. codd. Pat. Med.* 22 de Damasippo *Fabr.* 22. 23 insanire putas *Mon.* aegrotare putas *supra scr.* insanire *cod.* aegr. putas *Pat. Med.* aegrotare putes *(u. 307) Fabr.* 29 *post lem. cod. Med. sic:* i. fretus ambulas et proceros *etc. (De script. Fabr. dubito)*

1* *Cic. Phil. III 7* 2* *Persius IIII 24* 3* *Catullus XXII 18* 4* *Pers. IIII 24*

hortos aedificabat magnos. Alias: Diuites imitaris ac te in altum erigis cum sis pauper et pusillus *ACR*.

hoc est longos i. Longos 'diuites' significat *POR*.

309. 310. *ab imo a. s. t. m. b.* Id est: a pedibus neque 5 ad caput totus duorum pedum es et ita studio aedificas altiorem domum, tamquam non te capiat haec in qua manes. — *Turbonis. Turbo* quidam dicitur fuisse gladiator siue miles exiguae staturae sed magni animi et in proelio fortis cum esset armatus *ACR*.

10 *rides T. i. a. Turbo* gladiator fuit paruo corpore sed animosus in pugna. Quid rides, si turba cum longioribus certat cum tu te diuitibus compares? Et fuit Thrax Turbo *POR*.

311—314. *qui rid. m. i.* Id est: quare minus tu ridearis 15 cum rideas gladiatorem illum qui fuit breuis staturae? Aliter: Quomodo potes minus ridiculus esse quam gladiator Turbo cum sis eadem statura? et tamen cum derides. — [*uerum e.* Id est: rectum est facere.] — *absentis r. p.* Exemplo siue fabula uult ostendere insanos esse eos qui imitantur eos qui-20 bus sunt longe inferiores. Notatur hoc quod dixit pullos filios ranae. Debuit, inquit, minores ranas *ACR*.

te q. uerum e. Verum est pro 'aequum est' et Vergilius:[1*] me uerius unum Pro uobis foedus luere et decernere ferro *POR*.

25 316. 317. *belua c. elis.* Adnotandum quod hoc loco *cognatos* pro filiis posuit i. e. secum natos i. e. congeneratos. — *non tandem suffl.* Adnotandum *tandem* pro 'tam' positum i. e. tam magna *POR*.

318. *mai. dim.* Vt unum et semis haberet magnitudinis 30 modum *ACR*.

321. *adde p.* Nunc ad insaniam illam quam pateris aedi-

1 ac *pro* alias *cod. Med.* 2 pusio *Fabr.* 3 Per longos *Fabr.* 12 me *Fabr.* compararee *codd.* threx *Mon.* 19 esse qui *Fabr.* 22 Verum est *post lem. om. Edd.* 23 foedus l. e. f. *sic codd. Pat.* 25 belua *cod.* belba *Mon.* bellua *Edd.* (deliserit *Mon.* eliserit *supra scr.* d *cod.* eliserit *Edd.*) hoc loco *Mon.* hoc in loco *rell.*

1* *Aen. XII 694*

ficando adde istam insaniam faciendi poemata, et hanc poetae insaniam leuiore nomine appello quia uitio tuo parco *ACR.*

321. 322. *adde p. n.* Sensus: Adde illud quod poeta es i. e. praeter reliquum errorem poetarum iure insanis et usus uulgari prouerbio. — *oleum.* Incendium. — *sanus facis et tu.* 5 Non dico, inquit sanus, non dico horrendam rabiem, ut tibi parcam non dico poeticam rabiem esse *POR.*

324—326. *maiorem c.* Quia cum multum non possides uteris pretiosa ueste. [Dammasippus uestitum arguit supra censum]. — *mille puell.* Haec Damasippus. — *o maior t.* 10 Haec Horatius: i. e. comprime te tandem Damasippe cum scias etiam pueros insanos esse *ACR.*

326. *o maior t. p. i. m.* Vehementer furiose te tuis uitiis redde quibus te liberatum dicis; cum superior sis parce minori insano *POR.* 15

SATIRA 4.

1. *Vnde e. q. Catius.* Catius Epicureus fuit qui scripsit quattuor libros de rerum natura et de summo bono. Sub huius nomine poeta Epicureos ita risurus est ut in proxima Stoicos. Epicurei enim summum bonum dicunt uoluptatem rerum honestarum, contra Stoici uoluptatem gulae et libidinis [luxuriam 20 dicunt.] Aliter: M. Catium inducit ordine cenarum praecepta tradentem, deinde loquitur de secta Epicurea quomodo secuit alibi Stoicos. [Obuiam Horatio factus est Catius qui philosophum audierat de ciborum qualitate tractantem; nam Epicurei summum bonum in uoluptatibus ponunt. — *non e. m.* 25 *t.* Verba Catii; *auenti* cupienti] *ACR.*

1. Catium interrogat cenarum auctorem cenae praecepta. *Vnde e. q. C.* Catius Epicureus fuit qui scripsit quattuor li-

1. 2 poetae *cod.* poeticae *Fabr.* poetriae *Med.* (leuiorem *cod. Med.*) 2 quasi *Edd.* q̄ *cod.* 4 poetam *codd. Pat. Med.* 5 uulgari est *Fabr. Om.* est *codd. Pat. Med.* 12 suadeas *cod. Med.* 14 reddis *Fabr Med.* 20. 21 lux. dicunt *eicienda uidentur* 27 Catium — praecepta *post lem. ponit Fabr.* 28 Epicurus *codd. Pat. Med.*

bros de rerum natura et de summo bono. Sub eius nomine quomodo in proxima Stoicos ita in hac Epicureos inrisurus est qui dicunt summum bonum ἡδονὴν rerum honestarum. Vnde Stoici gulae et corporis libidinem criminantur τὴν ἀταραχίαν
5 τῆς ψυχῆς h. e. nihil timere nec cupere summum bonum esse. Vnde Varro[1*] dicit λογομαχίαν inter illos esse. Ergo Catium interrogat philosophum Epicureum de cenarum ordinatione et uoluptate quia Epicurei summum bonum uoluptatem dicunt *POR.*

10 2—7. [*ponere s. Signa* i. e. definitiones; *nouis* magnis. Dare praecepta aut signa uiuendi; quemadmodum in uia ne erretur signa ponuntur ita et uita sequitur signa in qua multi uidentur esse errores. Alias: *nouis* i. e. miris uel recentibus. Deridet autem sectam Epicureorum.] *Pythagoran.* Pythagoras
15 Samius tyrannos suae patriae fugiens apud Crotonem physicam phylosophiam docuit suadens inter cetera propter μετεμψύχωσιν ab animalibus abstinendum; et cum multos iuuenes auditores haberet ne ab his ciuitas teneretur a principibus occisus est. — [*A. reum.* Anytus et Meletus accusatores; ab
20 Anyto accusatus Socrates quod per omnia animalia tamquam per deos iuraret; ipse sibi poenam ueneni sumendi decreuit. Fecit hic et Platonem reum qui male instituerit iuuentutem et plerumque iuraret μὰ τὸν κύνα, μὰ τὸν χῆνα, uolens dicere omnibus deum animalibus permixtum. Alias: Hic Anytus
25 etiam Socratem ob eandem causam de Lyceo egit in carcerem; qui uenenum sumpsit ne quemquam rogaret. — *quod si i.* Quia scio te mox posse repetere siquid tibi exciderit; scio te posse in memoriam reuocare siquid tibi ex interpellatione mea in obliuionem uenerat. — *repetes m.* Commemo-
30 rabere. Gradus enim est memoriae. —] *siue e. nat. siue a.* Tres philosophiae partes sunt: moralis rationalis naturalis;

2 inris. *Mon.* irr. *rell.* 3 ἡδονὴν *codd.* uoluptatem *Edd.* 4 in hanc *Fabr.* 4. 5 *THN ATAPAXIAN THC ΨYXHC Mon. ut nos cod. rec. man. ut solet. Om. Edd. (Idem est ἀταραξία cfr. Epicur. apud Diog. Laert. X 82)* 6 λογομαχίαν *add. ex codd. Om. Edd. et Fabr. sic:* Vnde Varro dicit hoc inter illos interesse (!) 15. 16 physicam *om. Fabr.* 16 ad haec *pro* suadens *cod. Med.*

1* *Varro (?)*

harum duas tetigit naturalem et rationalem. — *mirus u.* Es optimus in utroque et in arte et in natura *ACR.*

2. *ponere s. n. p. Ponere* 'conscribere' 'consignare' noua praecepta. — *Anytiq. reum.* Socratem significat quem Anytus accusauit et Meletus quod iuraret *μὰ τὸν κύνα καὶ μὰ τὴν* 5 *χῆνα*; quo ostendebat deum omnibus animalibus iunctum. Huic quoque obiecerant et stupra puerorum et quod noua prodigia pro dis haberet quae nulla maiorum religio meminisset. — *quod si int. t. n. a. Interciderit* pro 'exciderit.' — *siue e. nat. h. s. a.* Siue e rationali siue naturali philosophia descendit uel 10 siue doctrina siue ingenio. *Εἰρωνεία POR.*

8—14. *quin id e.* Certe hoc mihi erat nunc curae meditari ea quae audiui a magistro. — *cuncta.* Quae a magistro meo Epicuro audiui.] *utp. r. t.* Haec sunt enim quae difficilins tenentur. — *ipsa m.* Celat nomen anctoris quia scit 15 odio esse Epicurum quasi uoluptatis auctorem. — *longa q. f. o. e.* Bene ab ouis coepit i. e. ab initio cenae, ut alibi (Serm. I. 3. 6): a b o u o u s q u e a d m a l a c i t a r e t i o B a c c h e. — *et succi mel.* Crede quia meliora sunt longiora oua quam rotunda et albiora aut fortiora aut melioris saporis. 20 — *marem.* Fortem [uel] durum. *Cohibent* 'constringunt' unde cohibere dicitur gallina h. e. confouere[; *callosa.* Rotunditas ouorum strictior callosa dicitur. *Vitellum.* Pro gallo] *ACR.*

14. *ponere n. m.* Apponere aut existimare. — *cohibent c. u. Vitellum* oui pars media; et nota qnod cum hic mas- 25 culino genere dicat alibi feminino sic (uers. 57): Q u a t e n u s i m a p e t i t u o l u e n s a l i e n a u i t e l l u s. Est anaphora ad pullum *POR.*

1. 2 qui es o. i. u. paratus etc. *cod. Med.* 3 ponere *post lem. om. Edd., deinde* et consignare. *(Alterum scholion huc reduximus nam in libris post Εἰρωνεία adparet)* 6 Melitus *Edd.* *ΜΑ ΤΟΝ ΚΥΝΑ ΚΑΙ ΜΑ ΤΗΝ ΧΗΝΑ Mon.* *μάτον κῆνα καὶ ματὸν κύνα cod.* per herbas et bruta animalia *Med. Fabr. Pro utrisque spat. uacuum Pat.* 8 maior *Edd.* 9 Intercederit *post lem. om. Edd.* 10 Siue moralis s. nat. philosophia descendit *codd. Pat.* Siue m. s. n. philosophiae dicit *Fabr. Med.* 11 *ΙΡΩΝΙΑ Mon.* *ἰρωνία cod.* Ironia *Pat.* 14. 15 difficile *Fabr.* 15 ipse *Fabr.* ipsa *cod. Med.* 19 qui longiora oua et meliora sunt q. rot. et albidiora. — Et ut magis alba] Magis alba sint et non rotunda. *sic Fabr. Vt nos cod. Med.* 27 Et anafora ad pullum *codd.* Et anachora ad pulsum *Pat.* Et

15—18. *cole.* Hoc est 'caule', ut 'clode' pro 'claude, 'sorices' pro 'saurices', 'coda' pro 'cauda'. Caulis, inquit, dulcior est qui nascitur in aridioribus locis. *Suburbano* quia suburbana loca riuis abundant. — *elutius.* Limatius [i. e. minus
5 sapidum.] — *si uesp.* Si amicus, inquit, uespertinus i. e. insperatus subito uenerit. — *responset.* Resistat reluctetur in faucibus *ACR.*

20. 21. [*pratens.* In prato crescentibus. — *male.* Quia periculose *ACR.*]

10 *prat. o. f.* Propter uenenum; dulces sunt enim de prato *POR.*

24—27. *Aufid. f. m.* Aufidius conditum de falerno uino faciebat sed stulte quia austerum est et non debebat nisi mollis uini conditum ieiunus gustare. [Miscebat autem propter
15 constitutionem uentris.] — *leni p. m.* [Mulsum est commixtio aquae purae et mellis incocti; id autem] mulsum et conditum dicitur melicratum. — *prolueris.* Profuderis *ACR.*

28. 29. *mitulus e. u. p.* Mitulus piscis uel concha magis. — *non sine Coo.* Vinum a Coo insula. *Breuis* supra signi-
20 ficat 'non diu uigens' ut [Verg.]: [1*] breue lilium *POR.*

30—34. *lubrica.* Introrsum limpida. Conchylia implentur luna crescente. — *gen. testae.* Id est: 'conchylii': — *lucrina p.* Quae in lucrino sinu nascitur, ubi meliores murices nascuntur quam in baiano littore; *murex* autem genus est piscis
25 ut Lucilius: [2*] murexque marinus *ACR.*

inpl c. l. Dicuntur enim crescente luna inpleri minui decrescente. — *lucrina P.* Non dicit melior est lucrina peloris quam murex baianus sed dicit quam murex baianus melior peloris; sed ita lucrina peloris est melior muricibus. —

anachora pulsum *Med. Om. Fabr.* 18 mitilus *bis Fabr. Med.* Mitillus — Mitilus *Pat.* 19 Coo ins. *codd.* Co ins. *Edd.* breuis herba] Non diu uig. *etc. Fabr. Med. ut nos rell. nisi quod cod. Pat. habent* significauit 20 breue lilium *apud Verg. non extat sed est ipsius Horati; quare aut alius locus Vergili excidit aut* Verg. *delendum* 25 Lucilius *om. cod. Med.* 26 Dicuntur conchylia accresc. *etc. Fabr. Med.* Dic. acresc. *Pat. Vt nos codd.* (inpleri *Mon. contra in lem. cum rell.* impl.)

1* *Hor. Carm. I 36, 16* 2* *Lucilius inc. libr. fragm. 106 ed. Gerlach*

pectin. p. Natura *patulis,* ut Vergilius:[1*] patulae sub tegmine fagi *POR.*

35—39. *nec sibi c. q.* Nemo debet arroganter dicere se scire apparare cenas; etenim artificii est eas diligentius apparare. [Non facile omnes disponere possunt conuiuium nisi qui eius nouerunt rationem.] — *nec satis e. c.* [*p. auertere m.*] Cara mensa ideo dicitur piscatoria quia carius pisces quam caro alia distrahuntur. — [*ignarum q. e. i. a.* Sensus est Non sufficit pretiosos mensae pisces inquirere eum qui ignarus est quod ius piscibus aptum sit. Atqui assi meliores sunt ita ut eos satiatus conuiua repetat. —] *Languidus. Languidum* uino dixit i. e. bene saturum recusantem cibos iam fastidio faciente *ACR.*

piscis auerrere m. Mensam piscatoriam [caram] dicit. *Auerrere* [autem] abstrahere auferre. — *languidus i. c. i. s. c. reponit.* Id est: qui iam ebrius iterum eorum sapore inductus cenare uelit; ut alibi:[2*] et cubito remanete presso *POR.*

40—46. *Vmber.* Id est de Vmbria aper suauis; i. e. crassitudine sua lances paene curuat, eas scilicet lances quae uitiant corpus hominis [et iners faciunt multas atque uarias escas subministrando. — *pinguis.* Insuauis. — *capreas u. s. e.* Quia per hiemem macrae sunt et non eduntur]. — *fecundi l.* Aut quia dicitur saepe in anno parere aut quia uno coitu concipit [quia dicuntur semper praegnantes esse lepores. — *armos.* Sumen pro lumbis. — *palatum.* Saporem] *ACR.*

carnem u. i. Pinguem. — *non s. edulis. Edulis,* quas edere uelis. — *capreas.* Pro haedis; et est amphibo aut

1 Natura patulis *codd.* Id est os aperientibus *Fabr. Om. omnino rell.* 11 lang.] Id est nesciens: quia si secundum qualitatem suam pisces in coenam fuerint apparati quod etiam fatigatus cibo et ebrius conuiua potest suauitate reuocari ad coenam *sic Fabr. Vt nos cod. Med.* 14 piscis auerrere *bis codd. Pat.* pisces auertere *bis Fabr.* caram *om. codd. Med. Pat. item* autem 16 reponit *codd. Pat. Om. Fabr. Med.* 17 ita et alibi: ut *Fabr.* et alibi: ut *Pat. Med. Vt nos codd.* remanente *codd. Pat. (cum Bernensi A apud Horat.)* 27 edules *in lem. Fabr.* edulis *rell. (post lem.* Edulis *add. ex codd.)* 28 edis *cod. Pat. Med.* aedis *Mon.* ἀμφιβολογία *Fabr.* amphibologia *Med.*

1* *Bucol. I 1* 2* *Hor. Carm. I 27, 8*

'non semper summittit' aut 'non semper edulis'. — *fecundi l. s.* Fecundum leporem ait ideo quia semper praegnans dicitur. *Sapiens* hic a sapore non a sapientia *POR.*

47—54. *sunt q. ing.* Sunt qui in inueniendis tantum crustulis ingeniosi sunt; ideo non satis est idoneus apparator conuiuiorum qui nouit quae sunt optima placenta. — *securus.* Neglegens [inscius]. — *crassi.* Asperitatis molestiae. — [*integr. p.* Nulla uina perdunt saporem nisi quae colantur lino aut quando linteo ligata immittimus condimenta. — *lina uit.* Quae premuntur per pannos *ACR.*

47. *crustula promit.* Opus dulciarii. — *massica suppones si caelo.* Quae cras poturus es. Et ostendit actionis genus. — *odor neruis inimicus.* Quia si inmaturum fuerit neruis nocet. — *lino uit. saporem.* Per saccum colata *POR.*

56—59. *uina l. c.* *Limum* faecem dixit. — [*quat. i. p.* Colorem enim amittunt faece multa nisi hoc remedio emendentur. *Aliena:* inuidia. *Vitellus:* superflua rotunditas. —] *testis.* Aut frictis aut assis intellegunt. [*Marcentem:* Languidum uino uel bene saturum recusantem cibos iam fastidium patientem; *squillis*: pisciculis; *recreabis:* refocillabis; *potorem:* ebriosum. —] *nam lactuca i.* Laedit et acrem facit stomochum *Innatat* ergo dicit quia quidquid insederit stomachum laedit *ACR.*

59. *lact. innatat acri.* Hinc apparet apud ueteres ultimis mensis lactucam dari solitam *POR.*

60. *perna m. e. m. h.* Ita reficitur per has res i. e. pernas et hillas conuiuae stomachus ut non omnia malit quae uenduntur in popinis mundis. *Hillae* dicuntur salsa intestina hirci; positum est diminutiue 'haec hilla;' quidam in diminutione neutri generis esse dicunt; alii dicunt 'farta salsitia' *ACR.*

63. *est o. p. d.* Qui attendit operam exhibet; qui admouet aures ad audiendum opera utitur. Huius operae pre-

5 non *om. Fabr.* 11 promunt *codd.* supponas *Fabr.* suppones *rell.* (*In Horati codd.* si caelo suppones) 12 Et ostendit Alconis (!?) genus calori neruis inimicum quia si *etc. Fabr.* Et ost. Achionis g. calori n. inimicus quia *etc. Pal.* (Alchonis *Med.*). *Vt nos codd.* 14 collata *male Edd.* 24 innata agri *cod. Pal.* innatat agri *Mon.*

tium habetur ab eo qui audit; proficiet enim multum. [*dupl. iuris.* Ex oleo et liquamine omne ius constat] *ACR.*

65. *pingui miscere mero muriaq. Pingui mero* 'musto'; *miscere* [autem] temperare *POR.*

muriaq. d. Muriam antiqui dicebant liquamen et Syrorum lingua sic dicitur *ACR.* 5

68. *corycioque c. s. s.* Aut proprie *croco* aut pro uino crocum posuit, ut Vergilius:[1*] croceos ut Tmolus odores *POR.*

[70—71. *tiburtia.* A Tibure oppido. — *facie.* Pulchritudine. *Venucula:* uuae genus est cuius botryones ollis seruarentur. — *faec. p. e. halec.* Vt halec condimento misceretur *ACR.*] 10

faecem. Condimenti genus sic appellatur. — *et allec.* Nota quod *allec* neutro genere dixit *POR.* 15

74. 75. *piper a.* Aut per antiphrasin *piper album* pro sale albo posuit aut quia quando teritur album fit. — [*incretum* permixtum. *Catillis:* Deminutiuum a catino *ACR.*

75. *incretum.* Non cretum *POR.*

[81. *uilibus i. sc.* Parui pretii habendis *ACR.* 20

uilibus i. sc. i. mappis. Mappas antiqui dicebant quae nunc '*mantelia*,' unde Lucilius ait:[2*] et uellit mappas. Et ait: quanto in his exiguus est sumptus tanto culpandi facilis offensus *POR.*

83. 84. *ten l. u.* Eclipsis est; *decet* enim supple. [*Lapides u.* Diuersa marmora; *radere:* uerrere. — *illota t.* Sordida uestimenta] *ACR.* 25

lapides uarios. Marmora dicit *POR.*

3 misceri *codd. Pat.* mureaq. *cod. Pat. Med.* murtaq. *Mon. Om. Fabr.* mulso *Fabr. Med.* 4 misceri temperari *codd. Pat. Med.* (autem *eidem om.*) 7 Aut proprie croceo (croco *Pat.*) geuere dixit *totum schol. est in Edd. Vt nos codd. nisi quod Verg. locum sic exhibent:* croceus ut malos odores 14 et allec. Nota allec neutro g. o. *codd. Om. Edd.* 22 mantelia *Mon. et pr. m. cod.* mantilia *Edd.* unde *add. ex Auctar. COM. CR.* Lucili ait *codd.* uelli mappas *cod.* uellifnappas *(sic!) Mon.* 23 in his magis exig. *et* facilior *Auctar. COM. CR.* (magis ex. *sed* facilis *Fabr.*) 25 ten l. — supple *om. Fabr. Contra inclusa om. cod. Med.*

1* *Georg. I 56* 2* *Lucilius ex inc. libr. fragm. 103 Gerlach.*

85. *quanto c. s.* Quanto, inquit, minore labore haec adquiruntur tanto iustius reprehenderis si non habueris mappas mundas et scopas [mundas] quam si non habueris optimos pisces quos non solent habere nisi diuitum mensae *ACR.*

5 [88. *docte Cati.* Iocatur poeta *ACR.*]

92. 93. [*uult h. h.* Pronuntiationem et gestum]. — 93. *non m. p.* Pro 'magno ducis'; *quia contigit:* Tibi uidere magistrum *ACR.*

95. *h. queam u. p.* Ironicos totum *POR.*

SATIRA 5.

10 2. *Hoc q. Tires.* Inducitur persona Vlixis ad Tiresiae umbram loquentis apud inferos quomodo amissas opes repararet; et hoc ex Homeri Odyssea sumptum est. Aliud [autem] agens artem heredipetarum lacerat. [Tiresiam quoque multa dixisse ait eum praeter narrata. — *praeter n.* Praeter ea 15 quae mihi dicta sunt a te] *ACR.*

Hoc q. Tiresia. In hac ecloga introducit Vlixem quaerentem apud inferos a Tiresia quemadmodum possit rem familiarem reparare. Hoc fuit apud ueteres moris ne praesentes sugillarent aut praesentis saeculi lacerarent mores *POR.*

20 [3. *doloso.* Tibi astuto uel ingenioso *ACR.*]

7. *aut apoth. p. i. e.* Id est, maior necessitas est comparata substantiae; omnia, inquit, procorum turba consumpsit *ACR.*

8. *et genus e. u.* Dicit: tametsi quis sit generosus et 25 fortis, tamen si rem non habet uilior est alga *POR.*

7 *schol. ad uers. 93 om. Fabr.* 9 quam *codd. Pat. Med.* hironicos totum *codd.* ironicos t. *Pat. Med.* εἰρωνικῶς hoc totum *Fabr.* 13 *pro inclusis cod. Med. haec:* Tiresiam nam multa dixisse ait eum praeter naturam 16 Teresia *codd. ubique* ecloga *om. codd.* introduxit *Mon.* (Vlixem *Mon.* Vlyxem *cod. Med. Pat.* Vlyssem *Fabr.*) 17 possit *om. Edd.* 18 repararet *Fabr. Med.* ne *codd.* ue *Pat.* ut *rell.* 19 suggillarent *Mon.* saeculi *om. Edd.* (aut saeculi pr. lac. *Mon. in marg. sec. m.*) 24 qui *codd.*

9—12. *quando p.* Id est: remotis omnibus difficultatibus accipe quomodo diuitias compares. — *siue aliquid p. d. t. Priuum* est quod unius cuiusque proprium est ct alterius non est. Legitur et *primum* ut 'prima poma'. Priuum autem est quod unius est; unde et *priuilegium* ut hoc Plautinum indicat:[1*] Exite et ferte fustes priuos in manu. — [*cultus.* Bene aratus.] *ACR.*

siue aliud priuum. Priuum: priuatum *POR.*

14. 15. *ante larem g.* [Ante te tuam uxorem] i. e. antequam primitias laribus tuis offeras mitte diuiti qui scil. est ipsis dis uenerabilior. — *sine gente.* Ignobilis sine nobilitate *ACR.*

ante l. g. Prius diuiti quam lari portes primitias. Consuetudo fuit ut rerum primitias laribus ponerent. — *sine g. cr. Sine gente* ignobilis aut peregrinus *POR.*

16—22. [*cruentus s. f.* Parricida.] *Fugitiuus.* Aut quia *sine gente* dixerat aut quod *sanguine fraterno cruentus,* [ita] ut propter scelera patriam deseruerit. — *exterior.* Sinisterior, in sinistra parte positus. — [*spurco.* Abiecto. Sunt autem Vlixis uerba.] *certans s. m.* Certans datiuo casu iungitur ut Maro:[2*] Certent et cygnis ululae et:[3*] solus tibi certet Amyntas. — *et quond. m. t.* Hoc item Vlixes, ut:[4*] O passi grauiora et idem:[5*] o fortes peioraque passi. — [*ruam.* Eruam congregem.] *ACR.*

22. *diuitias aerisq. ruam. Ruam:* 'eruam' *POR.*

24—36. *uafer.* Vrbanus astutus. — [*test. s.* Vt senes te faciant sibi succedere heredem.] *insidiatorem p.* Insidiatorem eum dicit qui non honoris causa fert primitias et quaecumque bona sed captandae gratia hereditatis. — *praeroso f. h.* Id est: consumptis omnibus tuis alium feceris heredem. [Metaphora a piscibus qui cum semel euaserint hamum in

2 aliquid *Fabr. Med.* a. *sic cod.* (aliud *libri Horatt.*)   8 aliud *codd. Pat. Med.* aliquid *Fabr.* (Priuum *post lem. om. Edd.*)   10 qui est ipsis scil. dis *cod. Med.*   13 poetas *Mon.* portes *supra scr.* a *cod.*   14 primitiae — ponerentur *Fabr. Med.*   *lemma* sine g. cr. *om. Edd.*   22 Hoc item Virg.: O *etc. Fabr.*   28 eum *om. Fabr.*

1* *Plautus*   2* *Bucol. VIII 55*   3* *Bucol. V 8*   4* *Aen. I 199*   5* *Hor. Carm. I 7, 30*

retia non facile incidunt. — *improbus u.* Quamuis sit improbus quamuis peiorem habeat causam tamen ipsum defende. Sensus: Quicumque e litigatoribus diues et sine filiis fuerit eum defende etsi rogatus non fueris ut ei adsis. —] *priorem.*
5 Meliorem. — *Quinte p.* Hoc dicit ut accedens non nomine sed praenomine honorifice appellet. — *ius anc.* Id est conuersum uel obscurum quod potest utrique parti prodesse pro ingenio interpretantis. — *eripiet quiuis o. c. m.* Id est: facilius patior me omni labore torqueri quam te pretium nucis
10 amittere. — *cassa.* Fracta. *Pauperet:* 'fraudet' 'spoliet' *ACR.*

36. *contempt. quassa n.* Hoc ex consuetudine, nequis tibi minimum quid auferat aut te contemnat *POR.*

37—39. *neu sis i.* Neu sis ludibrio cuiquam [et facile perdas. Alias: Ne sis contemptibilis quia possis inuadi; nam
15 loca uacua facile inuaduntur.] *atque pell c.* Iube eum corporis sui habere curam. — *cognitor.* Defensor. — *persta [atque o.* Per]mane et perseuera. — *rubra.* Ardens. — [*canicula.* Pro feruore aestatis[*ACR.*

49. *canicula findet.* Pro sole ardenti *POR.*

20 40. 41. *infantes.* Mutas quae loqui non possunt. — *se pingui t. o.* Distentum Furium dicit omaso aut edacem aut sordidum. *Omasum* dicitur intestinum bubulum aut carne pingui i. e. bubula. Furius Bibaculus in pragmatia belli gallici:[1*] I u p p i t e r h i b e r n a s c a n a n i u e c o n s p u i t A l p e s. Aliter:
25 Furius poeta immanis uentris qui niuem s p u m a m I o u i s dicit; ideo hoc eius personae dedit quasi ipse spuat *ACR.*

infantis st. Quae fari non possint. — *Furius hib. c. n.* Hic uersus Furi Bibaculi est: ille enim cum uellet Alpes nubibus plenas describere ait: I u p p i t e r h i b e r n a s c a n a
30 n i u e c o n s p u i t A l p e s. Ergo tumidum est et *κακόζηλον POR.*

8 quis *pro* quiuis *Fabr.* 9 partem *Fabr.* pretium *rell.* 10 cassa *cod. Med.* quassa *Fabr.* 11 cassa *Fabr. Med.* quassa *rell.* 12 contempnat *Mon.* 22 Omasus *Fabr.* ut *cod. Med. Om. Fabr.* 23 Viuaculus *cod.* binaculus *Med.* gallici *om.* 24 conspuet *libri.* conspuit *recte scripsit ad Porphyr. Ritterus* 25 sputum *uult Heindorfius* 27 infantis *codd. Pat. Med.* infautes *Fabr.* possint *codd.* possunt *Edd.* Turius *(bis) Pat.* (Fusius *COM. CR.*) 28 Furi *codd.* Furii *Edd.* 30 consuit *(sic!) codd.* et *xaxozelov codd. Om. Edd.*

1* *Furius Bibaculus Pragmatia belli Gallici*

42—44. *nonne u. a.* Ordo: Aliquis [te] prope stantem tangens cubito dicat: nonne uides ut patiens? — *cetaria.* Officina in qua liquamen conficitur. [Alias: loca in quibus salsamenta fiunt cetaria dicuntur. Sensus est: Venatus hominum tibi deesse non poterit, quia dixerat: Praeroso fugerat hamo] 5
ACR.

46. 47. [*haec a.* Vt in cassum ueniant.] *sublatus.* Susceptus natus. — *caelibis.* Hominis sine liberis *ACR.*

53. 55. *sic tamen u. l. r.* Obliquis oculis raptim legas. — *quid pr. s. c. u. u.* Id est: prima tabula. Prima cera se- 10
cundo uersu heredis continet nomen. — *multisne c.* Deest *sis.* [Recoctus denuo factus uel saepe factus. [*plerumq. rec. Recocti* dicuntur scribae qui saepius pro consulibus ad prouincias missi exercitatiores facti sunt ex ipsa frequentia ex ipso usu. Solent autem quinque uiri mitti; inde *ex quinqueuiris.* 15
Hoc ergo uult dicere: Vt ne sic captes ut in impostorem incurras qui te specie institutionis irrideat. Aliter: Scribae ibant in prouincias cum magistratibus et cum redissent uendebant decurias suas et quinqueuiri dicebantur. Quod si uoluissent iterum magistratus appetere et fructus priores perci- 20
pere recocti dicebantur *ACR.*

quid prima s. Bene hoc et iuxta ordinem quia prius testatoris nomen secundo heredis. — *plerumq. r. Recoctus* iterum scriba factus *POR.*

56. *coruum deludet h.* Homo exercitatus facile eludit aui- 25
dos et appetentes rei alienae. Et perstringit fabulam Aesopi quae est talis: Coruus cum praedam ore portaret laudatus a uulpe quod bonam uocem haberet clamare incipiens omissam praedam perdidit. Et recte dixit coruum quia morsibus (?) pascitur *ACR.* 30

1 te prope *Fabr.* prope te *rell.* 2 tangens cubito *libri* 7 *inclusa ne suo loco quidem posita (u. 50) sunt* 8 *post* liberis *cod. Med. add.* ludit. fallit 14 et ipso *Fabr.* 16 nec *cod. Med.* in posterum *et* spe *libri. Vt nos COM. CR.* 17 irrideat *om. cod. Med. Quae secuntur in libris male seq. schol. adiunguntur post* pascitur 23 secundo *Edd.* sic *Mon.* secundo *supra add.* sic *cod.* (*fort. post* nomen *addendum* scriptum est *uel* scribitur) recoctus *post lem. om. Edd.* 25 *lem. om. cod.* 29 perditi *Fabr.*

coruum deludet h. c. d. Hoc allegorice posuit ex fabula Aesopi in qua scriptum est ut uulpis coruum inluserit cum eum uidisset caseum ferentem dicens: se esse illo meliore uoce; et prouocauit ut clamaret; quod cum facere uoluisset caseum
5 demisit ac perdidit *POR*.

57—80. *dabit ris. N. C.* Quod Coranus fecit qui Nasicae filiam accepit et auaritiam soceri testamento delusit [qui sperabat hereditatem generi]. — [*o Laertiade.* Iocatur in Apollinem ut satyricus cuius ambiguae fuerunt sortes. Alias:
10 Satyrice iocatur insectans illos qui diuinandi artem profitentur. Alias: Iocatur in ambigua responsa sed uera affirmat; nam quidquid dicat sic aut non ita erit. — 61. *ede. Explana,* quia dixit: *coruum deludet hiantem.* — 64. *nubet.* Pro 'nupsit'. —] 62. *iuuenis.* [Octau.] Augustus quia Persas uicit. —
15 65. *met r. s.* Id est: nolentis reddere integram dotem ne quid solido desit patrimonii ac per hoc 'ualde cupientis et auari.' — 66. *tum g. h. f.* Sic dicit quasi per diuinationem hoc praedicens futurum Tiresias quod iam fuerat factum. — *dabit.* Pro *dedit,* obseruatis hoc modo in tota narratione temporibus.
20 — [69. *nil s. l.* In tabula scriptum. — 70. *dolosa.* Viri moribus non obtemperans. — 71. *temperet.* Regat, in potestate habeat. — *illis acc. s.* Etiam aliud dico praeceptum quo possis diuitias comparare. —] 73. *sed uincit l. p. i. E. c.* Id est: Valde melius est si quorum hereditates affectas eos blan-
25 ditiis habeas superatos. *Expugnare* [autem], obsequis tuis nincere [ut capias illum obsequiis tuis. — 74. *scribet m. c.* Si insanus poemata componit is quem capias laudato. — 75. *ultro.* Tua sponte, non rogatus. —] *Penelopen f. p. t.* Facilis esto et quasi potiori deduc uxorem ad domum. — 78. *quam n. p.*
30 *r. d. c.* Quam non [a tramite] poterunt [i. e.] a recta uia deducere et a disciplina. — 80. *nec t. V. q. s. c.* Hoc fecit Penelopen castam esse quia illi magis studebant uentri quam Veneri *ACR*.

1 deludit *Fabr.* 2 uulpi coruus *Med. Fabr.* inluserit (*non ill.*) *Mon.* 3 ab illo meliorem uoce *cod. Pat.* illo meliorem in uoce *Fabr. Med.* ab i. meliore u. *Mon.* 5 dimisit *Fabr.* 7 delusit *om. cod. Med. item quae inclusa sunt et lemma* 19 pro dedit *om. Fabr.*

82. 83. *part. lucellum.* Ὑποκοριστικῶς lucrum. — *ut canis a. c. numq. abst. u.* Prouerbialiter: Numquam deerit hoc facere *POR.*

84—95. *anus imp.* Anus quaedam a captatore nudo nudam sese efferri uoluit ea uidelicet cogitatione ut uel mortua 5 humeris eius elaberetur quae elabi captione eius uiua non poterat. — 87. *scil. e. si. p.* Sensus ita declarat: Anum testatam esse ut si cadauer eius elapsum esset is qui non pertulisset ille careret hereditate. Hoc autem dicit ut heredipetas moneat nimia obsequia declinare; [nam ob hoc anus sic 10 testata est ut impudentem deterreret et tamen factum est ne hereditatem perderet.] — [88. *cautus a.* Diligens esto circa nos quos captas. — *operae.* Obsequiis in loquendo. — *immoderatus.* Non debes plus tacere quam oportet. —] 91. *non e. sileas.* Neque nimis sileas neque nimis loquaris sed ita 15 callidus esto ut Dauus qui inducitur in comoedia. — 91. *obstipo.* Inclinato. — [*obsequiis gr.* Frequentia aggredere. —] *aurem substr. l.* Caute admoue aures tuas eo loquente *ACR.*

92. *stes c. obst.* Tristi ac seuero; Scaurus 'inclinato' dicit. — 95. *a. substringe loquacem.* Loquacem aurem intende 20 loquitur *POR.*

96—98. *importunus.* Pro 'importune.' — *donec ohe i.* Tam diu laudato quam diu bene habeas ipse dicat. — *cresc. t. i. s. u.* Gaudentem tumoribus lauda illum falsis laudibus. Quemadmodum enim uter nil capit immisso flatu nisi solum tu- 25 morem ita et qui falso laudatur; [i. e. quanto magis uidebitur cum laudabitur erigi paulo magis laudate] *ACR.*

serm. utrem. Velut utrem *POR.*

99. *cum t. s. l.* Cum mortuus fuerit diues uel cum te heredem fecerit ut eius causa seruias imperabis *ACR.* 30

1 a lucrum *Fabr.* 2 desinet *pro* deerit *Fabr.* 4 captatore nudam s. eff. u. e. u. co-. ut si ipsa mortua nudis humeris heredipetae oleo unctis ad sepulcrum delata esset partem testimonii haberet captator. — scil. *etc. sic* cod. *Med. Neutra sana* 17 Deposito *pro* incl. *cod. Med.* 19 Scaurus *Mon. (et Estré l. l. p. 5)* securus *cod.* secus *Edd.* uel ut Scaurus *cum COM. CR. Duentzer.* 20 obstringe *cod.* distringe *Pat. Med.* loquacem *codd.* loquaci *Edd. cum libris Horatt. Post lem.* loquacem *add. ex codd.* 25 inter *Fabr. cod.* 27 *pro* paulo *certe* tanto *scr.* 28 uelut rē *sic man. rec. Mon.*

cum t. s. l. Hoc est: cum decesserit *POR.*

100—107. *et cert. u.* [Iucunde quasi hoc saepe fiat et eam secutus te uideas quartum heredem.] Quia solent homines quod cupiunt per somnum uidere. Ergo noli te he-
5 redem factum credere nisi illud uigilans uideris. — 103. *sparge s.* Frequenter dicito: unde mihi tam fortem amicum? — [*et si p. p.* Ἐπεξήγησις. —] *est.* Id est 'iuuat'. — *arbitrio.* Id est 'tuo'. *Sine sordibus*: sine tenacitate. — 107. *huic t. d.* Huic te dic libenter uendere quidquid hereditatis ipse desiderat
10 *ACR.*

108. *siue domus s. e.* Quia lege cautum erat nequis [rem uel] agrum uel domum alicuius in testamento donatum donaret: ut uiderentur emisse nummum dabant sicut donabantur *POR.*

15 [109. 110. *gaud. n.* Et uno nummo qui erat imaginaria uenditio pro donatione. *Sed me.* Vmbra Tiresiae haec omnia loquitur *ACR.*]

SATIRA 6.

1. 2. *Hoc erat i. u.* Haec satira de iucunditate secessus sui qua in Sabinis fruebatur et de incommodis urbis loquitur
20 quae passus est dum obsequitur Maecenati. [Vult autem ostendere quietiorem uita urbana rusticam]. — *modus a. n. i. m.* Hoc inquit optabam ut haberem modicum agrum et in eo fontem et uicinam siluam. Plus autem concessit fortuna quam optaram; *iugis a. f.* Perennis continuus *ACR.*

25 *Hoc erat i. u. m. a. n. i. m.* Laudat rus et securitatem eius exponit; per quod significat rus se habere et amare. — *iugis a. f.* Qui cum sit iugis domui [eius] sit proximus *POR.*

3—5. *et paulum s.* Recte ad omnia respondet: 'Foret' ut

11. 12 rem uel *om. codd.* (ne rem uel agrum *Fabr.* Verum uulgarum *Pal. Med.*) 13 et ut *Edd.* 13. 14 donabat *Pal. Med.* donabant *Fabr.* *Vt nos codd.* 22 optaram *Fabr.* 23 optarem *libri* 25 *lem. om. codd. neque eis quae secuntur schol. in nouam satiram incipiunt* Laudatus rus *Fabr.* 27 eius *om. codd. post* proximus *add. Edd.*

sit: ubi et hortus foret et fons et paulum siluae. — *Maia n.* O Mercuri. —] *propria.* Perpetua rata firma i. e. fac mihi patrimonium meum certum esse, si non habeo mala [et stulta] uota *ACR.*

nisi ut propria. *Propria* 'firma', ut Verg:[1*] propria haec si dona fuissent *POR.* 5

9. *denormat.* Deturpat et inaequalem facit. Est autem norma ad quam mensuras dirigunt habita perpendiculi ratione *ACR.*

den. ag. Extra modum procedens denormem facit; uel illud designat et uelut norma posita definit *POR.* 10

12. 13. *diues.* Deest 'factus'. — *amico Herc.* Quia ei per quietem thesaurum traditur demonstrasse. Aut Herculem mercenarius coluit quo merito thesaurum repperit *ACR.*

diues a. H. Ideo quia thesauris praeest; et sunt qui eundem incubonem quoque esse uelint, unde putant et quod res rustica in tutela sit eius. Nam illi sacrificia reddunt rustici cum iuuencos domauerint. Praeterea etiam traditur fabula, fuisse quendam mercenarium qui semper Herculem deprecatus sit ut sibi boni aliquid praestaret. Quem Hercules ad Mercurium duxit et obsecratum thesaurum fecit ostendi quo effosso ille eundem agrum in quo operam mercenariam faciebat comparauit et labori solito operam dedit; sicque probauit Mercurius quod deo praedixerat Herculi nulla re illum posse beatum uiuere cum in eadem opera post inuentionem thesauri perseuerauit. Persius:[2*] Dextro Hercule pupillumue utinam quem proximus heres Inpello expungas. Quia deus lucri est thesauri dicitur *POR.* 15 20 25

5 propria mihi *in lem. codd.* firma *codd.* uera *Edd.* 8 sine *pro* habita *cod. Med.* 11 designat *codd.* desinit *Pat.* definit *Med.* deficit *Fabr.* uelud *Mon.* (desinit *uitio operarum Ritterus*) 25 amicus *in lem. codd.* thesauris *Mon. et infra* 18 domauerint *codd.* domuerint *Edd.* 21 obsecratur *Mon.* obsecratum *cod.* obserata *Pat.* obseratum *rell.* 22 in *om. Mon.* 24 mercenarins *Fabr.* Mercurius *rell.* deus *Fabr. Med.* deos *Pat.* deo *Mon. et supra scr.* us *cod.* illum *codd.* nullum *Pat.* ullum *rell.* 27 imp. (*non* imp.) *Mon.* 28 expungas *codd.* expungam *Edd.* 28 lucri et th. *Fabr. Med.* lucri ex th. *Pat.* lucri deus est th. *Mon.* *Vt nos cod.*

1* *Aen. VI 871* 2* *Persius II 11 sqq.*

14. 15. *et cetera.* Segetes et uineta et si qua sunt similia. — *cust. m. m. adsis.* Mercurius enim dicitur esse dator opum; Hercules uero custos uel quia in Philippis eum liberauit. Et in Carminum libris ait, [1*] Mercurii se ope seruatum cum Mercurius illum pauentem sustulit in aerem *ACR.*

16. *et in a. e. u. r.* Belle dixit, uelut rex in uillula mea uelut in arce positus eram; uel ideo quia in monte posita est *POR.*

17—19. *musaq. p.* Quia pedibus stet. — [*ambitio.* Visitatio amicorum — *plumbeus.* Noxius pestilens: —] *autumnusue g.* Quia per autumnum quo pomis arbores adgrauantur plurimi moriuntur. Quo se non uere dicit continentia securum. Est autem *Libitina* locus in urbe quo constituuntur qui efferenda corpora conducunt et praebent funeribus necessaria *ACR.*

18. *n. plumbeus a.* Id est 'grauis' *POR.*

20. *Matutine p.* Matutinum uocat tempus quo cogitur uigilare qui in urbe est. Et quoniam dixerat quam gratum et amabile sibi esset rus nunc e contrario uult dicere quam plenum taedii sit in urbe uiuere. Aliter: Matutinum patrem uocat Ianum quia ipse dicitur praeesse rebus incipiendis, et ideo omnes qui incipere uolunt aliquid ipsum inuocant. Aut quia qui uult aliquid incipere matutino tempore incipit; aut quod eo i. e. matutino temporo conueniri solet. Vel ideo primus Ianus est inuocandus ut precibus nostris ad deum aditum praestet et ianuam. — [*Iane.* Ianus deus temporum et dierum] *ACR.*

23—30. *Romae s. m. r.* Si inquit Romae sum cogis me sponsorem esse. — [25. *radit.* Stringit. —] 26. *inter d. gyr. t.* [Strictiore per diem breuiorem cursu.] Circulo minore per hiemem uel exiguo spatio peruia, quia quando est uentus per hiemem angustior uia fit in uertiginem euntis niuis. [Diem autem trahit i. e. breuiorem facit quia hieme dies sunt breuiores.] 27. *quod mi obs.* Si quid libere et uere dicam: [2*] uéritas odiúm parit. — 28. *tardis.* Tarde uenientibus ad

7 eram *Mon.* erat *rell.* 10. 11 autumnusue *libri non* auctumnusque 11. 12 adgrauatas arbores *cod.* arb. aggrauantur *Edd.*

[1*] *Hor. Carm. II 7, 13* [2*] *Terent. Andr. I 1, 41 (68) Fleckeis.*

iussum. — 29. *quid tibi u. i.* Cum praecedentes impellimus. — 30. *iratis pr.* Imprecationibus *ACR.*

30. *tu p. o. q. o.* Pro 'ualeas' 'caue ualeas' et similia dictu *POR.*

31. 32. *ad Maec.* Si Maecenatem in animo habeas uel eius causa iter Romam facias; haec enim afferunt uoluptatem i. e. habebis in memoria beneficia Maecenatis. — *melli e.* Suauitati et dulcedini i. e. ad mel, ut:[1*] dis pietas mea Et musa cordi est. — *at s. a.* [*u. e. Esq.*] *Esquiliae* in quibus domus Maecenatis fuerat; in quibus locis antea mortui ponebantur; postea erant horti Maecenatis *ACR.*

et melli est n. m. Pro: 'iucundum est' *POR.*

35. 36. *ad puteal.* Locus Romae ad quem ueniebant feneratores. Alii dicunt in quo tribunal solebat esse praetoris. — *scribae a. nouatae.* Scribae et nouatae quibus spoponderant. *Nouatae,* quia nouauerant debitum; unde *nouatio,* cum contractus aut creditoris persona mutatur. Hic ostendit de numero se fuisse scribarum *ACR.*

36. *de re com. scr. m.* Hoc loco significat se Horatius decuriam habuisse *POR.*

38—46. *impr. his.* Ordo: Vt Maecenas tabulis signa imprimat. — *dixeris.* Id est: si dixeris; *experiar* si possum impetrare a Maecenate. — 42. *reda.* Curru. — 43. *et cui concr. n.* *Nugas* potest et excusantis modo fingere, potest et in Maecenatem figuratum esse, ut Persius:[2*] Omne uafer uitium ridenti Flaccus amico Tangit. Purgat autem se apud eos qui putant eum apud Maecenatem plurimum ualere. — 44. *hoc genus.* Hoc genus erat nugarum quod dicebatur. — *Thrax e. g. S. p.* Thrax inter gladiatores dice-

3 pollo *(sic!) pro* pro *codd.* 6 affert *Edd.* afferant *cod.* 8. 9 dis pietas et mea musa *Fabr.* 9. 10 Aesquiliae *Fabr.* 10. 11 antea locis mort. cremabantur *Fabr.* 11 post quas *libri* 12 melius *codd. Pat.* mellis *Med.* 13 conueniebant *Fabr.* 15 Scribae] Quibus spopunderant. — noua] Quia *etc. Fabr. Vt nos cod. Med.* 16. 17 cum contractus aut cred. *Bland. cod. antiquiss. teste Cruquio.* cum eodem contractu aut cr. *cod.* cum eod. contractu etiam cr. *Edd.* 23 reda *cod.* rheda *Edd.* 29 Thrax dicebatur secutor redarius mirmillo. Gallina nomen gladiatoris *sic cod. Med.*

1* *Hor. Carm. I 17, 14* 2* *Persius I 116 sq.*

batur retiarius mirmillo secutor. *Gallina* proprium nomen gladiatoris item Syrus. — [*matutina*. Autumnalia pestifera.] — 47. *et quae r. b. d. i. a.* Id est: ea mihi credebat et de his loquebatur mecum quae sine periculo garrulis commit-
5 tuntur. Aliter: Haec inquit mihi credita sunt quae prodita nocere non possunt. *Rimosa* enim patula uerba sunt quae nihil secretorum teneant. Terentius:[1*] Plenús rimarum sum *ACR.*

46. *et quae rim. b. d. i. a.* Id est: ea dicebant quae
10 bene committuntur auribus rimosis h. e. quae facile proferantur in medium, nihil scilicet de secreto habentia et hoc de terentiano illo dicto sumptum est:[1*] Plenús rimarum sum hác atque illac pérfluo *POR.*

48—55. [*nostr.* Ita dicebant inuidi. —] *luserat i. c.* Si
15 lusissem cum Maecenate omnes dicebant: 'ita amat fortuna illum ut filium suum', quia omnes uiceram. Solebant enim ueteres Romani filios suos ad campum martium mittere ut illic pila luderent. — 50. *frig.* Noxius aut magis uanus; [*per compita:* per diuersas uias.] — 52. *deos.* Augustum et Mae-
20 cenatem ut Vergilius:[2*] Nec tam praesentes alibi cognoscere diuos. — 54. *di exagitent m.* Id est 'persequantur'; contra alibi:[3*] Numque deos didici securum agere aeuum et alibi:[4*] Scilicet is superis labor est ea cura quietos sollicitat. — 55. *Triquetra.* [Sicilia latine
25 quae] Graece *τρινάκρια* dicitur *ACR.*

55. *quid m. p. Triquetra. Triquetra praedia*: 'sicula' quod in tres partes i. e. promontoria diducta sint et separata, uel quadras *POR.*

Thrax gladiatores dicebantur, Retiarius, mirmillo secutor etc. *Fabr. Neutra sana sunt; sed probabiliter sanare non potui* 9 dicebat *Fabr. Med.* 11 in medio *Edd.* scilicet *om. Edd.* habendis *(sic) codd.* 12 terentiano *om. Edd.* 21 exagitant *Fabr.* 25 trinacria dicuntur *cod. Med.* tr. dicitur *Fabr.* 26 Triquetra i. e. sicula *Fabr.* 27 promunturia *Mon. ubique.* promuntoria *cod.* deducta sit *Fabr.* did. sit *Pat. Med. Vt nos codd. (Ceterum pro* partes *fort. scr.* ἄκρας)

1* *Terent. Eunuch. I 2, 25 (105) Fleckeis.* 2* *Bucol. I 41* 3* *Hor. Serm. V 101* 4* *Aen. III 379 sq.*

59—62. *perditur.* Consumitur. — [61. *inert. h.* Quibus nihil agitur.] *ducere.* Otiose uiuere *ACR.*

62. *ducere soll. iuc. o. u.* Id est: 'potare,' quia uina sepeliunt omnem sollicitudinem *POR.*

63. *faba Pyth.* Pythagoras philosophus ab omnibus animalibus abstinens etiam a faba abstinuit quod uiridis in pyxide aerea seruata uertatur in sanguinem. Vnde fertur maluisse eum in latrones incurrere quam per fabae segetem transire cum aliunde refugium non haberet. Fabam quoque animal esse dicebant quod cocta sanguinis humorem ex se emitteret. [Alias: Pythagoras legumen omne negauerat comedendum, praecipue fabam ueluti parentem coluerat; nam colorem eius dicebat ueluti humano sanguine infectum. *Cognata*: a quâ sic abstinuit quasi cognata sua esset] *ACR.*

Pyth. c. s. Ideo ait *Pythagorae cognata* quia traditur inflare praecordia, quo argumento Pythagoras spiritalem adseuerans uelut a cognata abstinebat. Pythagorei enim nullo animali aluntur; quos inridet hic *POR.*

65—72. *cenaeq. d.* Cenas deorum dixit quae sine sollicitudine sunt. — *ante larem.* Aut ante deos domesticos aut ante larem proprium. — 67. *libatis d.* Degustatis escis et deminutis. — *siccat.* Ebibit. — 69. *legibus ins.* Insanas leges archiposiam dicit. Nam qui ad legem bibunt tantundem bibunt. Ergo hic Horatius dicit quod quantum uolebat tantum bibebat. — *acria.* Grandia. — [70. *humescit.* Inebriatur.] — 71. *Lepos.* Nomen opinatissimi saltatoris *ACR.*

72. *nec m. necne L. s. Lepos* nomen archimimi qui eo quod iucunde et molliter et saltaret et eloqueretur sic appellatus est *POR.*

73—117. *et nescire m. e.* Hoc scire uolumus quod nescire crimen est; de hoc disputamus quod ignorare non expedit. — 75. *quidue a. a.* Multi dicunt amicitias propter utilitatem accipi, multi utilitatem propter amicitias euenire. — 76. *et quae s. n. b.* Epicurei uoluptatem esse summum bonum Stoici

7 uertitur *Fabr.* 10 dicebat *cod.* 15. 16 inflamare *cod.* 16. 17 adseuerans *et paulo post* inridet *Mon.* (spiritualem *nescio unde Ritterus*) 20 *in priore schol. comparat COM. CR. Horat. Serm. V 101 cfr. supra ad uers. 54* deos *om. Fabr.* 30 quod — non *om. cod.*

honestatem dicunt. — 77. *garrit.* Narrat explanat. — 78. *ex re.* Pro commodo. [Id est non sine causa sed ad exemplum rei propositae pertinentia. — *Arelli.* Cuiusdam auari. Ordo est: Nam si quis Arelli laudat diuitias Ceruius has fabulas de
5 muribus contra infert. —] 79. *sollicitas.* Quia nimius census sollicitos facit. — [*ignarus.* Id est nesciens; quia non diuitiae faciunt beatitudinem sed animus paruo contentus. Vult hoc loco ostendere beatam uitam non constare diuitiis sed *αὐταρκείᾳ.* Negat autem Cicero *αὐτάρκειαν* uno uerbo posse dici:[1*]
10 *Αὐτάρκεια* est, inquit, quae paruo contenta omne respuit quod redundat. — 82. *asper et intentus.* Qui moderate utebatur adquisitis, ita parcus ita tenax, et tamen se largum circa hospitem esse cupiebat. — 84. *longae i. a.* Quia auenae longus est culmus. — 86. *cupiens u. f. c.* Cu-
15 piens superbiam muris urbani repellere. — 88. *horna.* [Annotina i. e.] Vnius anni unde et hornotina. — 92. *feris siluis.* Desertis regionibus. — 95. *aut magno a. p.* Aut diuiti aut pauperi aut ignobili. — 97. *haec ubi d.* [Verba] Postquam sollicitauerunt murem ut domum suam desereret. — 99. *auen-*
20 *tes.* Gaudentes. — 101. *cum.* Quo tempore. — 104. *superessent.* Remanerent; *fercula* sunt et pulpita in quibus deorum simulacra tolluntur et uasa quae pulmentariorum sunt et ponuntur in canistris cum his quae superfuerint. — 105. *procul. Procul* est subtus, *prope* iuxta positus. — 109. *continuat.* Al-
25 ternat opponit. — *uernaliter.* Id est 'luxuriose' ab eo quod serui qui domi nascuntur delitiosi sunt. — 109. *praelambens.* Praegustans. — 112. *lectis e. u.* Iucunde *lectis excussit,* [quasi] delitiis inspiratis. — 114. *molossis.* Id est canibus cretensibus a Molossa ciuitate Cretae. — 116. *cauusq.* Foramen ubi ante
30 habitabat. — 117. *eruo.* Eruum genus est leguminis *ACR.*

---

23 quae *cod. Med.* cum *Fabr.* 24 procul est prope iuxta positis *cod.* 27 satis exc. *cod. Med.*
1* *Cicero (?)*

SATIRA 7.

1. *Iam dudum a.* [Haec satyra libere pulsans domini uitia quae celat et aliter quam promiserat uiuit.] Inducitur seruus sicuti in comoedia, qui dicat se non posse ferre dominum quia alia laudet alia faciat. Ex persona sua Horatius aliena uitia carpit. [Alias: Inducit seruum loquentem cum 5 domino de uariis hominum moribus] *ACR.*

Iam dud. a. Haec ecloga *περίοδον λόγων* habet: loquitur enim cum seruo Horatius *POR.*

3. *et frugi.* Iam frugi est ut optet eum dominus uiuere; *putes* autem pro 'uelis,' i. e. talis est seruus ut eum uelis esse 10 uitalem; etenim qui nimii sunt in bonis eos uitales esse non praedicamus *ACR.*

4. *ut uitale p.* Ideo hoc ait quia ferme citius moriuntur serui qui frugi sunt *POR.*

4—17. *age lib. dec.* Habeas licentiam et libertatem di- 15 cendi quae uelis; quia saturnalibus libertas seruis concedebatur et omnes exaequabantur ut saeculi aurei quo Saturnus regnauit esset imitatio. Decembri autem mense Saturnalia celebrantur et mutatio fit condicionis; nam et liberi ex seruis et serui ex liberis fiunt. Ordo: Age utere libertate decembri. — 6. 20 *pars h.* Iam serui sunt uerba, quae habet in uitiis stando et perseuerando; *constanter:* pertinaciter; *et urget p.:* perdurat et perseuerat in uitiis [incerti propositi est.] — 7. *nata.* Inconstans est; *recta*: absolute neutro. — 8. *prauis.* Vitiis poenis; *notatus*: i. e. uisus. [— 9. *cum tr. an.*] Antea enim et cer- 25 tae dignitatis homines et singulis utebantur; ideo notatus ex numero quia tres. — 10. *uixis i.* Dubius et mutabilis; *clauum ut. m. i. h.* Quasi sui propositi gubernator; *clauum* autem

3 quia *cod.* 4 qui *Fabr.* 7 Haec peridia logon *Mon.* H. peridia lo*g*gon *cod.* H. praedia longa *Pat. Med.* H. proelia longa *Fabr.* (*Fort. poteram et περιοδίαν λόγων scr.) Ceterum in codd. scholia huius sat. non separatae sunt ab eis quae praecedunt* 10 item *pro* i. e. *libri* 17 exaequebantur *Fabr.* exequebantur *rell.* 18. 19 celebrabantur *Fabr.* 26 natus *Fabr.*

propositum uitae aut purpurae. — 11. *aedibus e. m. s.* De ambitiosa domo [subita] migrat in eam domum in qua uix manere dignabatur pauper i. e. in eo cenaculo unde mundior exiret libertinus. — 12. *mundior.* Pro 'mundus'; *honestior* i. e.
5 paulo liberior. — 13. *iam.* Modo. — *doctor A. u.* Dicitur enim iste Priscus orator fuisse. — 14. *Vertumnis.* Id est: quia omnia temptat et in nullo perseuerat. *Vertumnus* dictus quia humanis mentibus praeest a uertendo; hic quondam Romae colebatur. Alii deum Tiberis uolunt qui uerterit eius alueum.
10 Aliter: Vertumnus dicitur deus qui praeest sensibus ab eo quod uertat et mutet cogitationes humanas. Scribitur itaque multiformis. Is autem dicitur iniquo Vertumno natus qui nescit se regere. — *quotq. s.* Supple 'Vertumni'. Ideo dixit quoniam iste deus positus erat in multis locis ciuitatis; fere enim
15 omnibus municipiis Italiae consecrabantur eiusmodi simulacra quibus ambigui uultus essent; prout dedissent eis habitum, ita in diuersas facies numinum uerterentur; ac per hoc Priscus deis iratus natus. *Iniquis*: iratis. — 15. *scurra.* Vrbanus. *Iusta*: bene *iusta* quae eius puniret insaniam; nequam enim
20 fuit. — 16. *contudit a.* Propter metrum corripuit. — 17. *pyrgum.* Tabulam; alii *fritillum* dicunt *ACR.*

17. *mitt. in phimum. Phimum* quod nos *fritillum* dicimus, in quo coniectae tesserae agitataeque mittuntur *POR.*

18—25. *constantior.* Pertinacior. Iste quanto pertinacior
25 erat in suo proposito tanto felicior illo qui semper in diuersa uertebatur. — 19. *leuius.* Minus. [*Acrior:* Deterior]. — 20. *qui iam. Iam* hic 'modo' intellegendum: modo laxo modo contento, ut:[1*] I a m q u e e a d e m d i g i t i s i a m p e c t i n e p u l s a t e b u r n o. *Contento*: parco; *laxo*: luxurioso; *fune*: pro-
30 posito uitae. Mire in metaphora permansit; superius enim *clauum* dixerat; qui enim discunt natare funem solent primo tenere ne mergantur. [Sensus est: quem instabilitas uitae huc et illuc quasi ligatum fune trahit.] — 21. [*non dices h.* Verba

5 doctor *cod. Med.* doctus *Fabr.* 7 nullo *cod. Med.* illo *Fabr.* 9 colunt *(sic) Fabr.* 11 uertet et mutat *Fabr.* 22 fimum *codd.* pyrgum *Med. Fabr.* pygrum *Pat.* 30. 31 superius clauum *Fabr.* superius quam *Ritterus. Vt nos cod. Med.* 31 fune se solent *Ritterus unde nescio*

1* *Aen. VI 647*

Horatii;] *quorsum h. t. putida*: rancida inepta odiosa. — 22. *an te inquam*. Seruus. — *quo pacto*. Horatius. — *laudas*. Seruus. — 23. *mores a. pl.* [Id est] Antiquorum hominum uitam. Hic probat inconstantem esse Horatium. — 24. *usque*. Semper [uel ualde.] — 25. *aut quib. m. s.* Duas res dicit in- 5 teruenire quibus instabilis sit: aut quod non intellegat quae asserat aut quod non sit firmus ad ea tuenda quae dicat *ACR*.

25. *quod cl. r. e.* Duas causas inscitiae proposuit uel quia rectum uides et non intellegis uel quia in defendendo rectum non es firmus *POR*. 10

27. [*e coeno c.*] *euellere p.* Exire ex gurgite uitiorum *ACR*.

Romae rus optas. Et in Epistularum primo:[1*] R o m a e T i b u r a m e m u e n t u r u s T i b u r e R o m a m *POR*.

28—35. [*rusticus*. Si in rure es.] – 29. *leuis*. Incon- 15 stans. — 30. *laudas s. holus*. Domesticam cenam. Dicis nihil esse melius quam prandere domi. — 32. *nusq. t. s. p.* Epulandum; *iusserit a. s.:* deest *tametsi*. — 33. *serum*. Pro 'sero' *Sub*: 'ante', ut:[2*] S u b l u c e m e x p o r t a n t c a l a t h i s. *Prima* autem *lumina* dicuntur in initio noctis accensa. — 34. *nemon' ol. f.* Verba domini festinantis ad cenam libere seruus in- 20 ducit. — 35. *cum m. bl. cl. Blateras*: latras uociferas clamas sine ratione; unde et *balatrones* quasi blaterones; *blaterare* enim proprie est 'incpte clamare.' — *fugisque*. [*Μωρολόγησις*.] Expressit uelocitatem hominis festinantis ad cenam *ACR*. 25

magno bl. cl. furisque. Blateras 'latras' uel furiose clamas *POR*.

36—38. *Miluius*. Ordo: Miluius et scurrae discedunt precati tibi quae repetita non debebant audiri. Cum ieris inquit ad Maecenatem Miluius et ceteri parasiti tui discedunt 30

5 dicit *om. Fabr.* 6 intellegit *et* dicit *in fine Fabr.* 8 Duas c. i. p. u. q. rectum *om. Edd. et pro his habent* Nam. *Vt nos codd.* 13 epistularum *Mon.* epl'arum *cod.* epistol. *rell.* 14 Tiburim uenturus *(sic!) codd.* Tibur amem uentosus *Edd.* 18 tamen si *cod.* 23 quasi blaterones *om. cod.* 24 *Μορολόγησις Fabr. Med. Om. cod. Sed aut interpolata uox est aut certe ad schol. quod praecedit pertinet et ex μωρολογεῖν corruptum est* 26 furisq. *codd. Pat. Med. Om. Fabr.* furio *Fabr.*

1* *Hor. Epist. I 8, 12* 2* *Hor. Serm. I 1, 120*

tristes imprecantes tibi ea uerba quae non debes audire; ideo autem imprecantur quoniam dolent se priuatos cena patrono suo foris cenante; aut conuiuae sunt ab eo festinante derelicti aut clientes Maecenatis quos Horatius pascere consueuerat.
5 — *dixerit i.* Pro 'dixerat'; quae Horatii uerba sunt; *ille* et Miluius possunt dicere; uel Horatius hoc ait: Etenim fateor me risu dissolui si ille me auidi uentris dicat qui est gulosior quippe qui et meam appetat mensam. — *duci u. l.* Luxuriosam esse et duci escis pretiosis; *leuem*: sagacem. *Nasum*
10 *nid s.* Nidore supinatur [nasum] qui nimium delectatur et inclinatur odoribus pulmentariorum. *Supinor* autem quasi sequens odorem, ut solent facere qui aliquid odorantur *ACR.*

dixerit ille. Hoc seruus dicit sed ex Horati persona. — *duci u. l. n. Nasum* pro derisore posuit, *nidorem* pro risu a
15 quo uerbum fit *renideo.* — *supino.* Fastidio *POR.*

39—45. *popino.* Amator popinarum; 'hic popino' 'huius popinonis'. — 40. *tu cum s.* Hoc [ergo] item seruus libere satis quia dictum est: age libertate decembri. — 41. *uelut m.* Quia abstinentior et magis integer. — 43. *depren-*
20 *deris.* Inueniris; *aufer*: desine. — 45. *dum quae Cr.* De Crispino et in primo iocatur:[1*] ne me Crispini scrinia lippi compilasse putes *ACR.*

49—58. *turd. u. c.* Id est: uirilis membri pulsationes. — 50. *clunibus.* Suis; supple: cum ipsa iacet et ego supra
25 eam sum; equum appellauit membrum uirile ab eo quod supra illud sedet. Ideo permansit in metaphora dicendo *agitauit* i. e. quassauit; *supinum*: quia mulier ascendit supra marem. — 51. *dimittit.* Id est: dimittit me meretrix h. e. exeo de cella meretricis neque mala laborans fama neque sollicitus

3 conuiuae Horatii *cod.* 5 quae H. u. sunt *Fabr.* quasi H. u. sunt *cod. Med.* 5. 6 ille Miluius intellegendus est hoc tamen et Hor. et Miluius possunt dicere *etc. sic cod. sed ne his quidem locum corruptum sanare potui. Adde quod post* mensam *cod. Med. haec corrupta addunt:* nidore autem animi ab odore tractum sed risu unde et renidet; *cfr. Porphyrionica quae secuntur, unde si illa Acroniana sunt emendentur* 12 odorant *Fabr.* 14 derisione *Fabr.* 15 supino *codd.* supinor *Edd.* 19. 20 deprehenderis *cod. Med.*

1* *Hor. Serm. I 1, 120.*

ne alter me [aut] fortior aut ditior capiat amicam meam; *sollicitum*: timentem. — 53. *tu c. p. i.* Inuehitur in equitem romanum siue in Horatium qui deposito habitu ne cognoscatur exit de adulterio obtecto capite ne quis illum uideat; *anulo eq.*: Non licebat equitibus romanis anulis uti nisi a praetoribus donati fuissent; *anulo* ergo *equestri*, quem quasi eques bonus a praetore meruisti. — 54. *ex iud.* Ex electo uiro, quia iudices eligebantur. *Dama* autem seruile nomen est, ut:[1*] hic Dama est non tressis agaso. — 55. *obsc.* Tegente scil. ne possis agnosci. — 56. *induc.* Scil. in domum adulterae. — *atque altercante.* Repugnante, i. e. in te simul et timor et libido repugnat dum et cupis et times adulterium committere. — 58. *quid refert.* Id est: nihil interest inter gladiatorem et adulterum; nam gladiatores ita se uendunt et cautiones faciunt: uri flammis, uirgis secari, ferro necari. [Alias: Inter gladiatores moechumque nihil interest. Et haec uerba sunt uerba eorum qui gladiatores emunt cautiones proponentium quibus se uendunt; cautiones enim huiusmodi faciebant: uri flammis uirgis secari ferro necari] *ACR.*

58. *quid refert uri u.* Hoc ius in gladiatorem est constitutum *POR.*

59—64. *auctoratus.* Addictus condemnatus; qui se uendunt ludo auctorati dicuntur; auctoratio enim dicitur uenditio gladiatorum. — *an turp. c. i. a.* Id est: an in adulterio comprehensus claudaris in arca ab ancilla quae conscia est adulterii dominae suae ne te maritus inueniat. — 60. *pacc. c.* Ancilla pro ea cum qua adulterium commisisti an ancilla heri. — 61. *contractum.* Propter angustias arcae. Describit in angusta arca inclusum. — 62. *in ambos.* In adulterum et in adulteram; [*iuste potestas*: Apud Athenienses lex fuit ut adulterum cum adultera deprehensum marito liceret occidere. Haec lex abolita est lege iulia quae iussit cognitionem adulterii ad

1 formosior *Fabr.* fortior *rell.* 9 est *in Persii uersu om. Fabr.* non est *cod. Med. (Ceterum hic locus fugit OIahnium)* 12 repugnant *Fabr.* 18 *pro* quibus *legi iubet* iis qui *Ritterus recte; sed rectius totam hanc alteram interpretationem om. cod. Med.* 20 refertur uirgis *in lem. codd.* 22 condempnatus *cod.* 29 in *post lem. om. Fabr.*

1* *Persius V 76*

iudices referri et ita puniendum esse.] — 64. *non hab. m.* Quoniam potest ueniam sperare; [*superne:* manifeste] *ACR.*

64. *peccatue s.* Quasi superior peccat *POR.*

65—72. *cum te f.* Cum ad te non ueniat et refugiat. 5 — 66. *sub furcam.* In seruitutem; *prudens*: et *metuens* legitur et *prudens* sub eadem significatione; *dominoq. fur.*: Dabis illi omne patrimonium tuum pro adulterio. — 68. *euasti.* Pro 'euasisti'. *Credo met.* Ironia est: i. e. cum euaseris ex adulterio quaeres te in adulterium immittere ut comprehensus in- 10 cipias poenas timere et ultro ipse appetas mortem. — 72. *non sum m. ait.* Putas te moechum non esse si non palam in feminas irruis, et ego argentum quod palam furari non possum praetereo sed occulte fur sum ut tu adulter. —] *iam u. p.* Hoc uult dicere, quod interdum non committimus sce- 15 lus quia timemus poenam non quasi boni homines; ergo et ille moechus aut fur nindicandus est qui cum habeat cupiditatem adulterii siue furti timore poenae se abstinet *ACR.*

72. *non sum m. ais.* Hic sensus est: Non es moechus magis quam ego fur, qui ut fur non sim metu non uoluntate 20 cogor *POR.*

73—95. *periclum.* Poenam quam metuit unusquisque. — 76. *tot t. m.* Cum sis me peior in uitiis. — *uindicta.* Virga qua percutiebantur serui dum liberi fiebant, [uel uirga quae ante imponebatur super caput eorum qui manumittebantur; 25 tribus namque rebus manumissio fit nindicta censu testamento. —] 79. *sine uic. est.* Vicarius est qui seruo paret. [Vel uicarius est conseruus qui eius fungatur officio.] Soletis uos inquit ingenui disputare utrum seruus serui uicarius dicendus sit an conseruus; ergo cum tu dominus meus aliis seruias i. e. 30 uitiis et uoluptatibus, ego tuus conseruus sum an uicarius? — 80. *nempe.* Interrogatiue. [Collectionibus probat Horatius non esse dominum quia ipse seruiat uitiis. Ergo uel conseruus

3 peccatne *codd.* peccare *Pat.* quasi *codd.* quia *Edd.* 8 *εἰρωνεία Fabr.* hironica *cod.* 14 *inclusa om. cod. Med. contra* iam u. p. *om. Fabr. (Adde quod hoc schol. in cod. Med. cum seq. sedem mutauit)* 17 abstineat *Fabr.* 18 ait *omnes libri* es *Mon.* (*et hinc in lem. contra libros scripsi* ais). est *rell.* 23 fiunt *apud Ritterum* 26 *post lem.* Est seruus qui *Fabr.* qui *cod. Med.* (Vic. est *addidimus*) 29 aut *pro* an *cod. Med.*

uel uicarius. —] 82. *duceris ut n.* Id est: traheris aliena potestate ita sicut solet trahi alienis uiribus lignum immobile. [Ludus est quidam; plerumque enim simulacra de ligno facta neruis mouentur.] — 83. *quisnam.* [Id dicit] Horatius. — *sapiens.* Seruus. — 85. *respons.* Resistere contradicere. — 5
et in se t. t. Aequalis constans in se. *Teretes* dicuntur qui ab alio non quaerunt quid faciendum sit sed ipsi per se inueniunt. — 87. *ext. u. q.* Illecebrae et blandimenta non blandiuntur nobis; [*per l. morari*:] Methaphora a leui ligno siue marmore cui si quid imponas haerere non potest sed labitur; 10
ita et philosophum si tetigerint uitia haerere non possunt sed labuntur et cadunt ab eo. — 88. *in quem m.* Id est: quem circumagit et retorquet in uitium; *potesne*: non potes te dicere liberum esse qui seruis libidini. — 89. *exhis.* Quae dixi habere sapientem. — 91. *gelida.* Supple: 'aqua'. — *eripe t.* 15
c. i. Seruitio; nam seruus es mulieris propter amorem. — 92. *non quis.* Non uales. — 94. *torpes.* Obstupescis *ACR.*

95. *uel c. Pausiaca.* Pausias pictor nobilis fuit *POR.*

97. *aut Pacideiani cont.* Optimi gladiatores fuerunt *POR.*

97—102. *content. popl.* Quoniam gladiator dum dimicat 20
extendit suum poplitem aut quia dum attentus aliquid spectat erigit se et extendit poplitem suum; si, inquit, pictura fuero forsitan delectatus et moras fecero statim stomachatur dominus. — 98. *uelut si r. u. p.* Laus picturae i. e. ita uere pictos ut credas illos dimicare. — 100. *nequam et c.* Ego si 25
intueor picturam nequam audio, tu uero e contrario laudaris quasi bene sciens iudicare qui melior sit pictor. Ita ostendit interdum quoddam uitium liberis quidem laudem seruis uero culpam afferre, quoniam illos qui plus possunt nemo audet coarguere. — 102. *nil e. s. d.* [Id est: nullius momenti i. e.] 30
omnes me dicunt nihil esse. Aliter: Me si delectauerit bonus cibus, audio *nil* i. e. abiectus nullius momenti, luxuriae deditus *ACR.*

1 alia *Fabr.* aliena *rell.* 16 seruitio *om. Fabr.* 17 non uales *om. cod. Med.* 18 Pausius *codd.* Pausia heus *Pat.* Pausia hic *Med. Fabr.* 19 Pacide iani *Mon.* pacide iā *cod.* Placide iani *Med.* Plaacide iam *Pat.* Placideiani *Fabr.*

102. *nil ego si ducor.* Sensus: Ego nihil ducor i. e. nullius pretii si cibum adpeto *POR.*

104. *obseq. u. m.* Percontatiue legendum, ut supra (uers. 85): Responsare cupidinibus *POR.*

5 105—118. *impunitior.* Id est: non soluens poenas, ac per hoc: tu magis pendis poenas luxuriae quam ego; nam ego uapulo, tibi autem multo cibo et cruditatibus uexatur corpus. — 110. *furt. mutat str.* Ironice i. e. seruus qui strigilem furatur et mutat in uuam ut comedat crimine luxuriae nota-
10 tur; liber uero qui patrimonium suum luxuriae impendit non seruit gulae suae ac per hoc multo magis liber luxuriosus dum duceris uoluptatibus. [*Strigil* est instrumentum aeneum quo sudorem in balneis solent homines tergere, hodieque in campsariis multae sunt strigiles Romae.] — 113. *ponere.* Or-
15 dinare constituere tibi; nam male conscii sibi uolunt se ipsos declinare nomine. — 111. *non h. t. e. p.* Non es tecum h. e. non es sanus. — *erro.* Errore plenus. [Errones dicuntur qui inopes sunt consilii; 'hic erro' sicut popino uel ganeo.] — 114. *curam.* Malam conscientiam aut curam quam habemus
20 ex mala conscientia, quae exhortantur ad edendum; nam ita uellicant stomachum ad appetitum i. e. ad edendum. — 116. *unde m. l.* Horatius iratus Daui iniuriis, ac per hoc ostendit omnes irasci si quis illorum uitia conuincat. — [117. *aut ins. h.* Seruus. — *ocius h. t.* Horatius.] — 118. *acc. o. a. n.*
25 *s.* Quasi octo seruos Horatius miserit in ergastula agri sabini *ACR.*

---

1 sensus est *Fabr.* 2 librum *Fabr.* (adpeto *non* app. *Mon.*) 4 responsa *cod. Med. Pat.* 8 mutauit *Fabr.* *Εἰρωνικῶς* dicit *Fabr.* 16 *lem. om. libri, et cod. sic pergit:* non est h. e. non es sanus 21 *pro* appetitum *spatium uacuum cod.* comedendum *cod.* 25 misit *Fabr.*

SATIRA 8.

1. *Vt Nasidieni.* Nasidienus eques romanus in aliis elegans in numeratione autem lauticiarum suarum putidus. Quaerit nunc a Fundanio suo poeta quemadmodum eum Nasidieni iuuerit cena. Quae praecepta cenae dedisset superius [Catius] demonstrauit et quidem sine nomine. Iam hoc ex 5
sequentibus apparet quod idem Nasidienus Epicureus. — *ut.* Quomodo qualiter. — *iuuit.* Delectauit, *ACR.*

Vt Nasidieni. Hanc eclogam ad Fundanium scribit *POR.*

2. *here.* Pro 'heri'. — *illic.* Apud Nasidienum *ACR.*

5. 6. *iratum.* Esurientem famelicum. — *leni fuit.* Deest: 10
'qui'; *austro*: species pro genere *ACR.*

leni fuit austro. Hoc ideo quia adfirmant lassam carnem' apri i. e. requietam meliorem esse *POR.*

8. *rapula l.* Neutro genere [et diminutiue] dicit pro 'rapa' *POR.* 15

9—15. *peruell.* Cum quadam delectatione pungunt et suscitant. — 11. *gausape.* Mappa uillosa. — 12. *iaceret.* Remaneret. — *offendere.* Laedere oculos horrorem facere fastidium mouere. — *ut attica u.* Quae solet in capite sacra portare. — 15. *maris exp.* In quod aqua marina non mittitur, 20
sine marina aqua. In Graecia enim solet uino aqua marina misceri ut non facile corrumpatur. *Expers* ergo sine marina aqua; siue quod marina aqua ducat per mare dum transfertur; ergo *expers* quod per terram non per mare aduectum est *ACR.* 25

13—15. *ut attica u.* Illas dicit quas Tullius in Verrinis[1*] 'c a n e p h o r a s' ait. — 14. *fuscus Hyd.* *Fuscus* colore. — 15.

5 Catius *om. cod.* equidem *cod. Med.* et tum quid. *Fabr.* 7 iuuerit. Celectauerit *(sic!) cod. Med.* 8 eclogam *om. codd. Pat. Med. et post* scribit *add. Fabr.* 13 irrequietam *Fabr.* 14 et diminut *om. codd. Pat. Med.* 16 *om. Fabr.* 20 quo *libri* 22 *fort. scr.* admisceri 23 dum transf. — mare *om. cod.* 27 canoeforas *codd.* canephoras *Pat. Med.* *κανηφόρους Fabr.*

1* *Cicero* Verr. *II* 4, *3 Orell.*

Alcon Chium m. e. Quia in chium uinum marina non additur; inde institutum tradit Varro,[1*] ut delphini circa Liberum pingerentur *POR.*

16. *hic herus.* Hic apparatis ait Nasidienus *ACR.*

5 18. *diuit. mis.* Magnas aut sollicitas et deest: 'habeas' *ACR.*

19. *nosse laboro. Nosse* pro 'scire' *POR.*

20. *summus e.* Princeps in summa parte lecti et subaudiendum est 'eram' uel 'fui'. — *Thurinus.* De Thuri oppido 10 Calabriae siue de Thuriis; nam et 'hoc Thuri' per omnes casus singulares declinauerunt ueteres et 'hi Thurii' 'horum Thuriorum' 'his Thuriis.' Inter hos autem et ad dexteram intellegendum est Maecenatem fuisse cuius umbrae sunt *ACR.*

22. *Vibidius quos M. a. Quos* potest referri ad superiora 15 potest et ad Seruilium et Vibidium *POR.*

24. *absorbere placentas.* Pro 'absorbendas' *POR.*

26. *indice m. d.* Hoc ideo quia certis nominibus singuli digiti nominantur et sunt haec nomina: pollex index famosus medicus minimus *POR.*

20 28. 29. *noto.* Id est: omnibus usitato uel *noto,* quem Nomentanus et Nasidienus nouerant aut quem ego postea cognoui. — *celantia sucum.* Intra se continentia, et omnibus superius dictis naturaliter reddidit. — 29. *ut uel c. p.* Id est: intelleximus nouum et ualde optimum ea habere sucum *ACR.*

25 33—39. *ab ipso aud. m.* Ipse te melius docebit qui mihi narrauit. — 35. *uertere p. t. p. f. Parochi* dicuntur cui hospitibus publice exhibent necessaria; hic tamen pascentis et domini. — 37. *uel feru.* Id est: ideo quia multum biberunt iam nesciunt quod gustent; nam palatum ait multo uino sur-30 dum factum i. e. tale ut iam non possit sentire saporem. — *subtile.* Quasi subtiliter et satis perite; solet enim saporem dignoscere. — 38. *exurdant.* Surdum faciunt ut non sentiat

1 alcon *codd.* Alchon *Edd.* non *deleri uult Heindorf. propter ea quae secuntur* 2 delfini *codd.* 5 habebat *cod.* 9 turinus (*et similia deinceps*) *cod. Med.* 14 quos *in lem. libri, sed post lem.* quas *Mon.* 15 Seruilium et ad *cod.* 16 absorbendam *Mon.* 29 quid gustant *cod. Med.* quod gustant *Fabr.* 31 subtile *e. q. s. simul cum seq. schol. om. cod.*

1* *Varro (?)*

saporem. — 89. *inuertunt.* Exhauriunt; nam quando uas exhaustum fuerit inuertitur ita ut os ipsius humum tangat, *κατὰ κεφαλῆς*. — *Allifanis.* Allifanum oppidum Samniae uolunt ubi maiores calices fiebant; alii a uico ubi fictiles et subtiles in usu sunt *ACR.* 5

39. *inuertunt Allifanis.* Genus poculi *POR.*

46. *garo.* Genus salsamenti *ACR.*

47. *uerum c. m. n.* Italicum uinum dicit *POR.*

54. *interea s. grauis.* Quia consuetudo apud antiquos fuit ut aulaea sub cameras tenderent ut si quid pulueris caderet ab ipsis exciperetur *POR.* 10

55. *pulueris atri.* Deest 'tantum' *ACR.*

57. *nos m. ueriti.* Id est: maiorem ruinam timentes *ACR.* *nos m. uerite.* Veram ruinam timentes *POR.*

58—61. *erigimur.* Apparet hic conuiuas se proiecisse in terram. — *ut si fil. i.* Tamquam fuisset filii orbitate percussus. — *ni sapiens s. N. a. t.* Consolando his uerbis *ACR.* 15

61. *tolleret . . . . POR.*

62—72. *ut.* Qualiter; et quasi lamentando hoc loquitur. — 63. *mappa c. r.* Mappam enim in ore causa risus [uitandi] ponebant. — 64. *susp. o. n.* Quia omnia deridere solebat. — 66. *resp. n.* [*non est p. f. l.*] Superat factum tuas laudes h. e. condigne laudari non potes. Illi autem dicit balatro qui praebet conuiuium i. e. Nasidieno. — 67. *tene.* Supple '*decet.*' — *accipiar.* Pascar, ut: [1*] I l l o s p o r t i c i b u s r e x a c c i p i e b a t i n a m p l i s. — *patinam si fr. a.* *Agaso* proprie dicitur seruus qui iumenta curat. Hic autem satirice escarum ministrum agasonem appellauit quem uulgo dicunt infertorem *ACR.* 20 25

2. 3 catacefales *Med.* Spatium uacuum *cod.* *Om.* *Fabr.* 3 Allifanum opp. *cod.* *Med.* Allifae *Fabr.* Samuiae *om.* *Fabr.* 4 a *om.* *Fabr.* 6 alii fanis *codd.* *Pat.* 9 graues *Fabr.* 14 *hoc schol. Porph. et quae secuntur ad finem usque eclogae om. Fabr. Med.* 18 tolleret peritu tolleret *codd.* tolleret perire tollor et *Pat.* *Vnde quid eliciendum nescius lacunam signaui* 21 pouebat *Fabr.* 23 potest *Fabr.* 28 inferiorem *Fabr.* infertorem *cod.* *Med.* (*et Suringar l. l. p. 26*)

1* *Aen. III 353*

72. *si pat. p. l. f. Agaso.* Serui nomen. Ceterum proprie agasones dicuntur qui equos agunt *POR.*

73. *sed conuiu. u. d.* Quemadmodum dux exercitus in aduersis rebus probatur utrum sciat bene opitulari suo exer-
5 citui et tutari illum, nam et felicitas etiam et militiae imperium celat, ita conuiuatoris prudentia in aduersis rebus probatur quemadmodum sciat consolari suos conuiuas *ACR.*

79—86. *nullos his m.* Hoc Horatius; i. e. magis uellem hos cenantes spectasse quam quosuis ludos. — 80. *Vibidius.*
10 Fundanius. — 83. *secundo.* Ex tristi facto hilari. — 84. *mut. fr.* Iam laetior. — 86. *mazonomo.* Genus lancis est in qua portantur escae uelut grande salsare *ACR.*

86. *mazonomo.* Genus lancis est nunc *POR.*

88—92. *iecur.* A parte totum. — 89. *ut multo s.* Quia
15 in clunibus habetur aliquid tetri odoris et saporis minus iucundi. — 92. *si non causas n.* Ista pulmenta quae attulit nobis Nasidienus suauiter comederemus nisi nobis narrasset causam quare partes eorum non attulisset. Intellegimus enim Nasidienum dixisse se uermes inuenisse in cunctis partibus
20 quas non attulit *ACR.*

9 mallem *Fabr.* magis uellem *rell.* 11 hilaris *Fabr.* 14 *post hoc schol. in Mon. haec subscriptio est:* HORATI FLACCI SERMONVM LIBER II EXPLICIT. INCIP EPISTVLARVM LIB. I 17 nisi *cod.* 20 se *addidimus* cunctis *libri.* ceteris *COM. CR. fort. rectius* 21 non *om. Fabr.*

SCHOLIA

IN EPISTVLARVM LIB. I.

EPISTVLA 1.

Prima dicte m. s. d. camena. Flacci Epistularum libri titulo tantum dissimiles a Sermonum sunt; nam et metrum et materia et uerborum communis adsumptio eadem est. Quos operis sui ultimos esse ipse testatur Maecenati cum dicit, finire se operam uelle et philosophiae malle inseruire *POR.* 5

2—4. *donatum i. r. Rudis* est signum missionis artis gladiatoriae. — 3. *includere l.* Officio scribendi; *ludum* autem metaphoricos uocauit ut ostenderet periculosum opus esse scribendi quia post pugnam contulit se ad agriculturam. — 4. *Veianius a. H. a. p. f.* Nomen gladiatoris pugnacissimi; 10 et iucunde hoc exemplum attulit, quia superius dicit: *antiquo me includere ludo ACR.*

4. *Veianius a.* Veianius nobilis gladiator post multas palmas consecratis Herculi Fundano armis suis [tandem] in

1 POMPONII Porphyrionis in epistolas Horatii commentaria *inscrib. Pat. Med.* , epistul. *Mon.* epistolarum *rell.* 2 sermonum *codd.* sermonibus *Edd.* uam et metrum et uerborum com. assumptio. sui ultimos *etc. Pat. Med.* nam et metri et uerb. com. ass. quos ultimos *etc. Fabr.* nam et m. et materia uerb. et com. ass. (ads. *Mon.*) eadem est. Quos operis sui ult *etc. codd. Nos* et uerb. *transposuimus, quamquam ne sic quidem omni ex parte placent* 7 *altero schol. meliora exhibet COM. CR.* 13 Veianus *codd. bis* 14 tandem *et paulo post* iis *om. codd.* (armis eadem est quos operis suis in agellum *Pat. quibus cfr. quae supra ad uers. 1 adnotauimus*)

agellum se contulit. Cuius exemplo dicit aetatem suam et propositum inpediri ne in scribendis [iis] carminibus perseueret *POR*.

5—7. *abditus a.* Comparat se Veianio gladiatori nobi-
5 lissimo qui post multas palmas consecrauit Herculi arma sua contentus proprio agro. Cuius exemplo dicit aetatem suam et propositum suum impediri et non posse se perseuerare in carminibus sed potius uelle transire ad studium philosophiae relictis iocis et lyricis uersibus. — 6. *ne pop. e. to. e. harena.*
10 Quia gladiatores portaturi rudem ex media harena consueuerunt se ad crepidinem Circi demittere proximi ut possent populum tristi uultu uelocius exorare; i. e. sub circulo amphitheatri stans petat rudem; nam ibi consuetudinis est stantem gladiatorem petere missionem. — *est m.* Modo philoso-
15 phus qui personet aurem et faciat purgatam *ACR*.

10. *et cetera l. p.* Ait se depositis leuibus fomentis animi i. e. iocis ac uersibus transisse ad studium philosophiae et praecepta animo sapientium condere quae postea in usum rectae uitae proferri possint *POR*.

20 13. *quo m. d. q. l. t.* Nulli se sectae addictum ait sed ex omnibus quidquid optimum sit electurum esse promittit *POR*.

14—16. *add. i.* Methaphoricos locutus est a militia, quia iurabant milites in uerba ducis et sic ibant ad militiam. — *iurare i. u.* Id est: nulli sum obnoxius; omnes audio scrutan-
25 tes ad rem probandam. — *tempestas.* Aut fortuna aut casus aut animi inclinatio. — 16. *nunc agilis.* Id est: facilis et mobilis et diuersa appetens negotiosus accinctus apparatus ad laborandum. — *ciuilibus u.* Hoc est: morali philosophiae; et mire in metaphora perdurauit quia dixit *tempestas ACR*.

30 16. *et mersor c. u.* Inter Stoicam et Epicuream iactari se ait et ideo se undis ciuilibus mergi dixit, quia Stoici administrationem rei publicae probant Epicurei uoluptatem. Vnde furtim relabi se ad eam ait *POR*.

2 inpedire *Mon.* impedire (*supra scr.* a *litt.*) *cod.* 9 harena *bis Med.* 11 circi adeo prox. *sic Med.* 16 fom. leuibus *Edd.* 18 sapientium *Mon.* sapientiae *cod.* sapientissime *Edd.* 19 uitae recte *Fabr.* proferre possit *Mon.* 20 Nulli sectae add. se ait *Edd.* (quidquid *Mon.*) 21 dicturum *Edd.* 30 *fort. ante* iactari *excidit* sectā 32 Vnde *codd.* Inde *Edd.*

17. *uirtutis u.* Sectae, quia dicunt non esse peccantibus
ignoscendum *ACR.*

rigidusq. s. Bene *rigidus* secundum stoicen *ACR.*

18. 19. *in Ar. f. p. r.* Aristippus cyrenaicus fuit et epi-
cureus, qui summum bonum in uoluptate dicit; *furtim* autem 5
ideo quia Stoici dicunt fugiendam esse uoluptatem. — *et mihi
res.* Nam Stoici dicunt natum hominem ut a re publica re-
gatur, Epicurei uero ut homo rem publicam regat. — *subi.*
Quoniam auari pecuniis seruiunt, ideo Horatius quasi philo-
sophus ait: Conor ut mihi seruiant pecuniae non ego illis; 10
nam illa nobis seruiunt quae contemnimus. Aliter: Hoc Epi-
curei Stoicis opponunt sequentibus gloriam uirtutis quasi illis
rebus seruiant dum appetunt gloriam *ACR.*

18. *nunc i. Ar.* Quia Aristippus epicureae sectae prin-
ceps fuit *POR.* 15

20. *longa q. m. a.* Sicut longa nox est iis qui amicae
aduentum falsi expectant uel qui per diem operantur ut illis
dies longus est *POR.*

26. *senibusq.* Per hoc ostenditur omni aetati philoso-
phiam prodesse in quantum profecerit *ACR.* 20

28. *non possis oculo q. c.* His respondet qui a studio
sapientiae deterrentes negant perfectam sapientiam quemquam
adsecutum, dicens contentos nos esse debere quantulocumque
adfectu, quo carentes utique deteriores erimus *POR.*

30—34. *Glyconis.* Glycon athleta quidam fortissimus 25
fuit. — 32. *est quodam.* Quasi aliquis dicat: Quid studes
philosophiae rebus cum non possis ad summam philosophiam?
peruenire — *prodire t.* Vsque ad aliquantulum doctrinae perue-
nire, ut:[1]* Pube tenus. — 34. *sunt u. e. u.* Philosophiae
praecepta; uoces *τὸ αὐτό* i. e. id ipsum quia uerba et uoces 30

8 regibusq. *in lem. Fabr.* (*Ceterum hoc schol. cum sequenti in libris se-
dem mutauit*) stoicum *Fabr.* 9 seruiant *Fabr.* 14. 15 sectae *et* fuit
om. Mon. 16 longa nox *in lem. codd. Pal.* his *Mon.* 17 falso *Edd*
uel illis qui p. d. o. longus dies est *Fabr. Med.* 21 oculos *cod.* oculo
rell. 23 adsecutum *et* adfectu *Mon.* quant. praecepto. Eo enim utiq.
det. non erimus *Fabr. Med.* quant. profecta carentes ut. det. er. *Pal.*

1* *Aen. III 427*

idem sunt. Quasi non sunt habendi morbi auaritiae quia penitus uitia eruere nemo poterit *ACR*.

36. *laudis a. t.* Inanis gloriae cupiditatem ut pernitiosum uitium expiatationibus quibusdam sanari posse ait; itaque decenter subicit: *ter pure lecto libello;* uelut ad sacrificandum casto ac lotis manibus accedendum putat *POR*.

37. *ter pure l.* Ita ait *ter pure,* ut ter mergunt qui se purgant, ut Persius:[1*] t i b e r i n o i n g u r g i t e m e r g i s M a n e c a p u t b i s t e r q u e e t n o c t e m f l u m i n e p u r g a s. — *lecto.* Bene *lecto* atque recte sine agitatione libidinis *ACR*

40. *pat comm. a.* Omnis hic locus consonat T u s c u l a n i s q u a e s t i o n i b u s[2*] *ACR*.

45. *inpiger e. c. m. a. I.* Hoc loco Theognidis uersus imitatus est qui ait:[3*]

Χρὴ πενίην φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον
8—10. *quam c. toto.* Ideo ait ut quamuis partem ualidiorem ostendat quam animum suum. — 9. *quod l. aegr.* Vult dicere quod philosophiam implere non possit. [Quod leuet aegrum] Allegoricos i. e. quod animum reuocet ab erroribus. — 10. *medicis.* Qui animo mederi uolunt philosophia *ACR.* 15

10. *arcere uet.* Morbo quodam otii. Hoc ait: Non patiuntur me desidiosum esse *ACR.*

arcere ueterno. Ληθαργία *POR.*

13. *post haec ut ualeat.* *Vt* pro 'quomodo' *POR.*

14. *utque cohorti.* Adsessoribus *POR.* 20

17. *ut tu f.* [Quasi diceret: si in rebus laetis non effe-

1 *lem. in Fabr.:* Celso gaudere. *Om. rell.* 2 quicquam *codd.* quicumque *Pat.* quaecunque *rell.* 3 *post placere Fabr. add.:* Post haec ut ualeat quid agat interrogat *cfr. infra Porph. ad uers. 13* 9 *hoc schol. om. Med.* 11 *tria haec scholia Fabr. male PORPHYRIONI tribuit et ita quidem ut tertium cum lemmate* quia mente minus ual. *sit prius. Med. ordinem eodem modo inuertit et in tertio lem. habet* ualidus 13 *inclusa om. Med.* 15 hoc est philos. *Med.* 18 *ΛΗΘΑΡΓΙΑ Mon.* ληθαργία *cod. Spatium uacuum Pat. Med. Contra Fabr. haec:* Morbo quodam otii. Hoc ait: non patiantur me desidiosum esse. *Quae cum Med. ACRONI dedimus* 19 *hoc schol. cum eo quod praecedit in codd. Pat. Med. sedem mutauit (et Med. lem. tantum exhibet). De Fabr. uid. supra adnot. ad inscriptionem epistulae* 20 adsess. *codd. Pat.* ass. *Med.* assectatoribus *Fabr.* 21 *inclusa om. Med. Contra* Hoc est *e. q. s. Fabr. post lem. scholii p stremi PORPH. ita exhibet:* Hoc est — manebimus. Sensus est: Indicato *etc.*

raris facile eris omnibus gratus.] Hoc est: si felicitas immutabit te nos in amicitia tua non durabimus *ACR.*

ut tu fortunam sic n. t. C. f. Indicato ei, inquit, et insusurrato futurum ut ipse felicitatem suam et processum in 5 amicitiam Claudi non insolenter tulerit ita nos quoque tamquam non insolenti amicos futuros *POR.*

EPISTVLA 9.

1. *Septimius.* Hic est de quo superius ait: 1* Septimi Gades aditure mecum. Hac autem epistula Septimium Claudio Neroni commendat *ACR.*

10 Ad Neronem *POR.*

1. *Septimius Cl. n.* Septimium amicum suum Neroni commendat de quo et in Carminum libris: 1* Septimi Gadis aditure mecum ait *POR.*

6. *ualdius.* Ab eo quod est *ualde* 'ualdius' facit ut ab eo 15 quod est *ualidus* 'ualidius' *ACR.*

9. *dissimulator opis.* Hoc est: qui non ostendam quid possim uel celem opem apud te meam. — *comm. uni.* Hoc est: integram mihi gratiam reseruare beneficii *ACR.*

11. *frontis a. urb. Vrbanae frontis* ideo dixit quia qui 20 in urbibus morantur non ita sunt uerecundi ut qui ruri sunt. Et dicit se rusticam penitus ob petitionem amici pudorem postponere *ACR.*

13. *scribe t. gr. h.* Hoc est: aggrega eum et ascribe eum amicis tuis *ACR.*

---

3 fortuna *codd.* indicato *Mon.* iudic. *supra scr.* n *cod.* inquit *om. Fabr.* 4. access. *Fabr.* 5 insol. uel non ins. *et post* insol. aut non insòlenti *Fabr.* 8 Septimium epistola *libri* 10 Ad Neronem *om. Edd.* 12. 13 Gadis *codd.* Gades *Edd.* 16 *prius schol. om. Fabr., lem. tantum habet Med. Interpretationem ex COM. CR. adieci nisi quod hic habet* ut celem. *Praeterea alterum schol. cum seq. sedem in Edd. mutauit* 23. 24 asscribe eum *Fabr.* ascr. cum *Med.*

1* *Hor. Carm. II 6, 1*

EPISTVLA 10.

1. ***Vrbis.*** Hac epistula alloquitur Aristium scriptorem tragoediarum dicens se aetate et studio illi conuenire nisi quod Aristius in urbe morari desideret ipse rure *ACR.*

Vrbis a. Fusc. Ad Aristium Fuscum scriptorem comoediarum *POR.* 5

5. *ueteli n. c.* Quia plurimus amor columborum *POR.*

6. *tu nid.* Mire *nidum;* allusit ad nomen quod dixerat *columbi.* Seruas tu urbem quae quasi nutrit pauperes aut cenaculum in altiore loco constitutum *ACR.*

tu nidum s. Domi manes ut auis in nido *POR.* 10

10. *sacerd. fug.* Sacerdotum serui multa liba comedunt de sacris. Sensus est: Sic me fastidium assiduae urbis tenet et sic amo rura, ut fugitiuus sacerdotis seruus qui liba edere consuetus longo fastidio libaminum panem desiderat et descendit ad rusticum. Allegoricos ex satietate urbis fastidium 15 significat, ut seruo liba fastidium generant ut panem desideret *ACR.*

utque s. f. l. recuso. Sic, inquit, fastidium me adsiduae urbis tenet et rus egeo et amo, quemadmodum fugitiuus sacerdotis qui liba sit edere consuetus; cum fugit fastidio longo 20 libaminum, tantum panem desiderat et laudat, ita et ego rus ciuitatem neglegens. Totum allegorice *POR.*

recuso. Cum in seruis suspitio furti habetur ducunt ad sacerdotem, qui crustum panis carmine infectum dat singulis; quod cum adhaeserit ori manifeste furti reum asserit *ACR.* 25

12. *uiuere n.* Sensus est: Ita nobis instituenda est uita

3 in *addidi* desiderat *Edd.* 6 columbarum *codd. Pat.* 7 quoniam *pro* quod *Med.* 11 condunt *Fabr.* 13 et amo rura ut f. s. s. longo fast. lib. panem desiderat libaminum seruo. Alleg. ex sat. urbem fastidio ut fastidium uenerat et panem desiderat *sic turbat Med.* 14 liborum *pro* libaminum *corrigi iubet Ritterus; noli obsequi* 18 adsid. *Mon.* 19 egeo et *om. Edd.* 22 totum alleg. *codd.* canis. Totum alleg. *Pat. Med.* (canis *illud ex seq. lemmate huc translatum*) 25 quod cum ederit *Edd.* quod cum adh. ori '*ex antiquis scriptis*' *Cruquius*

ut primum auspicemur optimam sedem, quomodo area ponendae domui quaeritur *ACR.*

16. *leniat e. r. c.* Dicit ruri homines non laedi uel caniculae uel leonis signo *POR.*

5 24. *nat. expellas f.* Naturam expellit furca qui habitat in ciuitate et siluas habere desiderat. — *recurret.* Sensus est: Si quae natura sunt bona abicere uelis ex animo recurrent latenter. Nam qui agros fugiunt, tantum inter urbem et domos rus includunt in hoc, quia arbores quae ruri abundant in urbe 10 diligunt *ACR.*

27. *Aquinatem.* Aquinates purpurae similes sunt tyriis; multum ergo imperiti falluntur. Hoc ait: Patitur quidem damnum qui nescit discernere purpuras, sed maiore damno ille afficitur qui tantae inperitiae est ut ueritatem a falso nequeat 15 discernere *ACR.*

29. *quam qui n. p.* Hoc ait: simili genere et non minori damno adficietur quam negotiator qui ueram tyriam et fuco aquinate tinctam discernere non potuerit; nam tantum damni patietur quantum is qui uera bona falsis discernere non 20 ualebit *POR.*

37. *uiolens.* Facit aduerbium 'uiolenter' *ACR.*

40. *domin. uehet inpr. a.* Dicit: non debet quisquam amore pecuniae ita conflagrare ut in potestatem eius ueniat; illa enim homini subiecta esse debet non homo illi; ut supra hunc sen-25 sum: [1*] A c m i h i r e s n o n m e r e b u s s u b i u n g e r e c o n o r *POR.*

47. *imperat a. s. c. p. c.* Imperat pecuniae qui ea utitur, seruit qui parcus in amplianda ea laborat *ACR.*

1 aspiciamus *Edd. Vt nos COM. CR.* 1. 2 ponendae domi *Fabr.* domi *Med.* 5 expellas *Fabr.* expelles *COM. CR. Om. Med.* 9 arbores qui in agro habitant *Fabr.* quae in urbe habitant *Med. in quibus latet* quae ruri habundant *Vt nos etiam COM. CR.* 16 Hoc *om. Edd.* 17 adfic. *Mon.* 17. 18 et fuco aquinat et tinctam *Mon.* fuco inquinat et t. *cod. Med. Pat.* fuco Aquinate inqninat et tinctam *Fabr.* 18 poterit *Edd.* potuerit *codd.* 19 quam *libri* 22 uehit *Fabr.* uehet *rell.* (inpr. *Mon.*) Hoo dicit *Fabr.* debere usquam *codd.* debeã usq. *Pat.* 27 *lem. om. Med., contra post lem.* Imperat pecun. *om. Fabr. et sic male interpungit:* Qui ea utitur seruit: qui *etc.*

1* *Hor. Epist. I 1, 19*

48. 49. *tortum d. s.* Hoc est: quae magis uinci debet quam uincere trahi quam trahere. — *post f. p. Vacunae. Vacuna* apud Sabinos plurimum colitur. Quidam Mineruam alii Dianam putauerunt non nulli et Cererem esse dixerunt. Sed Varro [1*] in primo 'Rerum Diuinarum' Victoriam ait; 5 et ea maxime hi gaudent qui sapientia uincunt *ACR.*

49. *fanum p. V. Vacuna* in Sabinis dea quae sub incerta specie est formata. Hanc quidam Bellonam alii Mineruam alii Dianam dicunt *POR.*

EPISTVLA 11.

Quid tibi. Alloquitur Bullatium qui omnia loca uillarum 10 et regionum ac ciuitatum sordida putat ad comparationem Tiberis et Campi i. e. Romae, eo quod semper ibi commanens ad alia non transierat. Cui commemorat Horatius multa loca iucundiora et maiora quibus nihil ad uotum deest; non interesse in maiore aut in minore ciuitate uiuat cum utrobique 15 bene possit uiuere *ACR.*

Quid tibi. Bullatium alloquitur qui omnes regiones sordidas putabat ad comparationem urbis Romae eo quod ibi semper commanens ad alia non transierat *POR.*

4. *prae campo.* Hic locus Romae celeberrimus habebatur 20 eratque amoenissimus urbis locus *ACR.*

6. *an Lebedum.* Oppidum est desertissimum in Asia iuxta mare de quo nullus incola audet mare transire. Sensus est: An terra marique uexatus paratus es apud Lebedum residere ne ulterius nauiges? *ACR.* 25

7. *Gabiis d. a.* Gabii uicus in Sabinis iuxta Lucretilem montem; unde et aqua Gabia *POR.*

1 qui *Edd. Deinde* debet. Quoniam uinci est (uinci re *Med.*) trahi non trahere. *Vt nos etiam COM. CR.* 10 loca *addidi* 12 et C. i. e. Romae om. *Med.* 13. 14 interest *Edd.* 14 quom *hic Med.* 17 *hoc scholion om. codd. et sequens a scholiis Epistulae superioris nullo modo seiungitur ne litt. maiuscula quidem. Non deest in Edd. et Auctar. COM. CR.*

1* *Varro 'in primo Rerum diuinarum'*

9. *obliuisc.* Hoc est: Neque reuerti ad meos uellem dum in quiete essem neque redeundo iterum maria perferre *ACR.*

11. *qui Capua R. p.* Illi qui de Capua Romam pergunt prae longitudine uiae luto et imbre asperguntur. Sensus est: 5 Non debere nos propter interueniens incommodum totam uitam commutare *ACR.*

a. uolet in c. uiu. Quo colligit non debere nos totam odisse uitam propter interueniens incommodum *POR.*

13. *furnos et b. l. Furnos* hoc est nigros a nigro colore 10 dicimus propter fuliginem uel obscuritatem quam intus habent *POR.*

15. *nec s. t. u. i. auster.* Sensus hic est: Non, inquit, ea bona ducenda sunt quae necessitate diligimus uel comparatione peiora *POR.*

15 17. *incolumi.* Id est: nihil de statu suo requirenti et cui nihil desit ad uotum *POR.*

18. *paenula.* Nihil frigiditatis in aestate affert quia spissa

1 Hoc est: uel reu. a. m. inquiete esse *Fabr.* Hoc est: uel r. a. m. in quiete essem *Med. Vt nos COM. CR.* 3 de *om. Fabr.* 5 incouueniens *Edd.* 7 imbre l. aspers. *lem. in Fabr. Om. omnino lem. codd. sed post* iucommodum *Mon.:* Aspersus uolet et uouet. feliciter. *cod.:* Aspersus uolet et uouet. *Praeterea in codd. et quidem in Mon. cum inscriptione* DE SATVRA (V *ab alt. m. in* Y *mutato) haec adduntur:* 'Satura (satyra *cod. et alt. man. Mon.*) dicitur carmen apud Romauos uuuc quidem maledicum et ad carpenda hominum uitia archaeae comoediae charactere compositum, quale scripseruut Lucilius et Horatius et Persius. At olim carmen quod ex uariis poematibus constabat satura uocabatur quale scripserunt Pacuuius et Ennius. Saturam (satyram *cod.*) autem dictam siue a saturis (satyris *cod.*) quod similiter in hoc carmine ridiculae res pudeudaeque dicuntur quae uelut a saturis proferuntur, siue a satura lance quae referta uariis multisque primitiis in sacro diis apud priscos iuferebatur et a copia ac saturitate rei satura uocabatur. Alii autem putant a lege satura quae uno rogatu multa simul conprobat (comp. *cod.*) quod scilicet et in eiusmodi carmine multa simul poemata conprehendantur (compr. *cod.*).' *Haec quae etiam apud DIOMEDEM Art Gram. p. 483. 484 P. p. 485, 30—486, 13 K. extant (auctiora quidem) quo modo factum sit ut huc praesertim delata sint non adsequor* 9 Furnos *litt. maiusc. ut si scholia in nouam epist. inciperent Mon.* nigros *om. Mon.* 10 opscurit. *pr. m. Mon.* 12 inquit *om. Fabr.* 13 diceuda *Edd.* 14 peiori *Mon.* 15 Id. mihi *Mon.* Id est mihi *cod.* (Id est — et *om. Edd.*) Id e. nihil d. s. s. conquerenti *Auctar. COM. CR.*

et crassa est. — *campestre.* Nihil caliditatis in hieme quia tenue est et totius corporis nihil praeter inguina tegit. Sicut nec caminus in Augusto mense nec Tiberis in bruma ita nec sapienti loca aliquid conferunt *ACR.*

paen. sol. Apparet et paenulam solstitio et cetera alia quae per ordinem dicit diuerso tempore superuacua pro illis tunc moribus fuisse *POR.* 5

19. ***per br. Tib.*** Quis enim tunc nataret? — ***sextili mense.*** Augusto *POR.*

25. 26. ***nam si r.*** Nihil impedit homines ne bonis sint moribus si uolunt, ubicumque locorum sint. — ***arbiter.*** Locus maris arbiter, qui mare late diffusum non timeat i. e. dominus maris et in tuto positus; qualis locus est apud Athenas ciuitatem excelsus supra mare et ideo arbiter *ACR.* 10

26. ***non l. eff. l. m. a.*** ***Arbitrum*** pro 'remoto' posuit ut 'arbitros remoueri' dicimus hoc est: alienus a negotio maris est. ***Arbiter*** est locus qui trans mare longe positus atque discretus est. Potest ***arbiter*** et 'medius' intellegi *POR.* 15

28. ***strenua n. e. i.*** *Κακόζηλον* . . . . . Verg.: [1*] s e q u i t u r q u e s e q u e n t e m *POR.* 20

30 ***est Vlubris a.*** Vlubrae locus in Italia in quo nutritus est Caesar Augustus; propter quam causam ab Horatio nominatur cum sit desertissimus uicus *POR.*

---

3 in Aug. *Med.* Aug. *Fabr.* 5 paen. sol. apparet. Et paenula *sic codd.* 10 si bonis *Fabr.* nisi b. *Med.* (bonis esse moribus *COM. CR.*) 11 si uolunt *om. Fabr.* 15 pro noto *Edd. et Auct. COM. CR.* pro moto *codd.* 15. 16 et arbitros *Fabr.* 16 dicimus a neg. maris (est *Pat.*) *Edd. et Auct. COM. CR.* dicimus. hoc est aliis a negotio maris est *codd.* 17 longe *om. Edd.* 18 desertus *Fabr. Med.* disertus *Pat.* discretus *codd.* (est *addidi*) et potest *Edd.* p̄ *cod.* pro *Mon.* 19 Cacozelon *codd.* *ὀξύμωρον* *Edd. Auct. COM. CR. Deinde codd. addunt* sic cum tacent *quae quid sibi uelint nescii lacunam signauimus* 21 ulibris *in lem. cod. sed post* ulubre 22 a caesare Augusto *codd. Pat. sed in cod.* us *supra scr.*

[1*] *Aen. XI 695*

EPISTVLA 12.

Fructibus Agrippae. Ad Iccium procuratorem Agrippae in Sicilia constitutum de quo ait: [1*] Icci beatis nunc Arabum inuides gazis. Sed ut illic cupiditatem eius perstrinxit ita hic parsimoniam laudat, tamen cum mordacitate.
5 Alii dicunt quod agros illi in Sicilia donauerat Agrippa *ACR.*

Fructibus A. sic. Ad Iccium quem etiam lyrico carmine (I 29) inconstantiae reprehendit quod per auaritiam philosophiae studium militiae mutauit. Hic autem Iccius procurator Agrippae est constitutus cui agrum suum commendauit *POR.*

10 5. *Si uentri bene.* Si praesto et cibus est potio. — *lateri.* Si non desunt stramina dormienti. — *pedibusq. t.* Si habet equum quo uehatur. Et est explanatio superioris sententiae qua dixit: *Pauper enim non est cui rerum suppetit usus* h. e. cui nihil ad uitam deest *POR.*

15 7. *abstemius.* Ab eo quod abstineat temeto i. e. uino; sed hic pro sobrio positum *ACR.*

abstemius. Quia abstinet, an ut quidam putant *abs temeto* i. e. siccus ac sine uino et sobrius? *POR.*

8. *herbis u. e. urtica.* Iccius iste accumbens in praesen-
20 tia Agrippae ut fidelior ei uideretur parcissime epulabatur, in tantum ut intermissis carnibus herbis uesceretur; at in secretum ueniens gulae indulgebat *ACR.*

sic uiues p. u. t. c. Sic uiues ut tantum fruaris diuitiis quantum Mida *POR.*

3 et illic *Fabr.* ut illic *Med.* cupidit. — ita hic *add. ex COM. CR.* 6 *hoc schol. a superiori ne litt. maiuscula quidem separat Mon.* Iaium *Mon.* et *Edd.* etiam *codd.* 8 militia *Fabr. Med.* autem nunc *Mon.* 9 agrum eum *Mon.* agrũ meum *sed supra scr.* suum *cod.* agr. suum *Edd.* 10 uentre *cod.* 10. 11 latera *Mon.* (dormientis *codd.*) 17. 18 abs temeto *cod.* abste te meto *Mon.* ab temeto *Edd.* 18 i. e. siccus ac s. uino *codd.* siccus et s. u. *Pal. Med.* an sine uino siccus *Fabr.* 21. 22 et si secret. *Med.* 23 *post lem. sic pergit Mon.:* ut Claudius sicut uiues.

1* *Hor. Carm. I 29, 1*

10. *naturam m. p. n.* Erit utique mutata, quia quandocumque diuitiis aliquis affluens supra modum manducat et bibit seu uestibus aliisque rerum utilitatibus utitur illico natura mutatur *ACR.*

uel q. naturam m. pecunia n. Hoc est: quia nihilo mi- 5
nus auarus est diues quam pauper fuit is qui auarus natus est *POR.*

11. *uirtute.* Id est: si per hanc abstinentiam Stoicum sequeris magnas diuitias ex hoc consequaris *ACR.*

uel quia c. p. Epitherapeusis, quia dicit illum philoso- 10
phandi studio sordide uiuere *POR.*

12. *si Democr.* Democritus philosophus atomorum inuentor hortorum amator. Qui cum philosophiae intentus esset hortos eius pecus ipso praesente comedit *ACR.*

mir. s. D. p. c. a. Hoc sensu dicit, non esse mirum ste- 15
rilem Democriti agellum pecore esse factum dum ille philosophiae studeret, quando Iccius et pecuniae simul seruiat et sapientiae. Qua ironia ostendit non posse utrumque fieri. Constat autem Democritum apud Abderites ciues suos causam dixisse amissi patrimonii sui et absolutum prolatis libris quos 20
de physica scripsit. — *Dem. p. e. agell.* Hoc est: pascuus et desertus ager Democriti factus est *POR.*

13. 14. *animus.* Adsiduae intentioni intentus uelox est. — *cum tu.* Ostendit Iccium et lucro et sapientiae uelle studere *ACR.* 25

16. *quae m. conp. c.* Haec quaestiones sunt pertinentes ad physicam philosophiae partem *POR.*

18. 19. *obscurum l.* Aut eclipsin significat aut modo quod

tantum *etc. in quibus quis* Claudius *sit nescio; an de Claudiano cogitandum qui de Mida Stil. II 230:* Ditabat rutilo quidquid Mida tangeret auro?
5 natura — pecuniam *cod.* 10 quia *Edd.* 13 dum *Med. Om. Fabr.* 15 censu *codd.* (dixit *Edd.*) *Deinde sic codd.:* dicit mirum sublimiorem peiorem esse factam (factum *cod. alt. man.*) dum illi philosophiae student, quando *etc.* 17 studet *Edd.* 21. 22 Haec est pascuus ante si Democriti ager desertus f. e. *sic Fabr.* 26 haec *cod.* haequaest. *Mon.* hae *Edd.*
28 Aut ecl. sign. quae concors est diu. part. connexis. Ex quadam enim p. d. e. s. i. e. aqua ex (et *Med.*) q. consors (concordia *Med.*) (dum *Med. add.*) mutuo collig. concordiam mundi significat. Aut modo p. m. cr. aut

pér mensem luna erescit aut decrescit. — 19. *concordia disc.* Compagem mundi significat quae concors est diuersis partibus conexis. Ex quadem enim parte discors est sicut ignis et aqua, ex quadam concors cum mutuo colligentur *ACR.*

5 19. *rerum conc. disc.* *Κακόζηλον* dicitur. Tangit autem parem compagem rerum ex elementis quattuor diuersis aptam atque conexam *POR.*

20. *Emped.* Empedocles Agrigentinus quae ad pythagoricam sectam pertinent metro et uersibus tradidit. — *Stertinium d. a.* Stertinius philosophus qui ducentos et uiginti libros Stoicorum latine scripsit; hos notat qui uersibus suis obscuriorem philosophiam fecerint *ACR.*

Stertinium acumen. Periphrasis tropus h. e. Stertinius. Hunc et alibi tangit ut Stoicum qui de paradoxis loquitur *POR.*

15 21. *trucidas.* Exprimis elidis et proteris; conuenit autem hoc uerbum huiusmodi pulmentis *POR.*

22. *Grospho.* Grosphus iste amicus fuit Horati, ac per haec commemorans de eo illum praedicabat *ACR.*

si quid petet. *Petet* nunc ualet idem quod ibi: aut quid 20 petis istis. — *ultro defer.* Quomodo? Vltro an ultra? Hoc est plus quam uolet aut quam dicit? *POR.*

24. *uilis a.* Id est: facile possunt haberi amici quibus multa desunt *ACR.*

u. a. e. ann. bonis. Inquit, tam uile pro amicitia dari 25 potest quam quod deest uiro bono obsecuturo scilicet si in tempore acceperit. Nihil autem sapiens desiderabit quam quod magni pretii sit *POR.*

27. *Phraates.* Rex Persarum quem pulsum a ciuibus regno

decrescit *uno schol. Edd. Nos duo schol. fecimus et suo quaeque loco reddidimus cum Dillenburgero l. l. p. 12* 5 cacozelon *codd., spatium uacuum Pal. Med.* 6 partem *codd.* ex *om. Edd.* 7 connexam *libri praeter Mon.* 8 Emped. *post lem. addidi* 13 perifrasis *Mon.* *περίφρασις Fabr.* 15 et proteris *om. Edd.* 16 huius non di plumentis *codd.* 19 Petet nunc uolet. Vergil. Vere concubinis *(lacuna sequitur hic in cod. Pal. Med.)* Nam quomodo ultro. ultro aut ultra i. e. plus quam uolet aut quam (aequam *codd.*) dicit *libri praeter Fabr. Haec sanare non potuimus; quare Fabriciana inuiti reliquimus intacta* 24 annona bona inquit *codd.* 25 obsecuturus *codd.* 26 quam *codd.* quod *Edd.* (praedii *pro* pretii *Mon.*)

reddidit Caesar; hic autem uictus Tiberio se dedidit et signa romana quae capta cum Crasso fuerant reddidit *ACR.*
ius imp. Prahates. Docet et in Lyricis: [1*] R e d d i t u m Cyri solio Prahaten . . . . . *POR.*
28. *Caesaris g. m.* Subtiliter dixit ad genua deuolutum *POR.* 5

EPISTVLA 13.

Vt proficisc. C. Vinnius Fronto ad quem haec epistula scripta est patrem habuit cognomine Asinam. Alludit ergo nomini eius et quasi conuenire hanc appellationem nominis eius ingenio uult uideri *ACR.* 10
Vt pr. d. t. s. d. Haec scribit ad Vinnium Asellam, quibus docet Horatius quemadmodum Augusto uelit exhiberi libellos suos *POR.*
5. *sedulus.* Hoc est uelut sedulo agens quasi sine dolo *ACR.* 15
6. *sarcina.* Sarcinae non opportune redduntur quae sibi quisque mandauerit, sed ita inportune se offerunt ut abiecere uelle uideantur *POR.*
8. *Asinaeq. p. c.* Ostendit non aliquo uitio hoc cognomen Vinnio contigisse sed gentile *POR.* 20
10. *lamas. Lama* est aqua in uia stans ex pluuia. Dicit lamas lacunas maiores continentes aquam caelestem *ACR.*

1 Caesar *om. Fabr. (reduxi ex Med. quod et Dillenb. monuit p. 12)* 3 De hoc *Fabr.* Docet *rell.* 4 prahaten *Mon.* prochaten (*et in lem.* pharates) *cod.* phraatem *Edd. In fine scholii add. codd. haec:* agens in disciplinam inbea (in beos *cod.*) sexus *in quibus quid latescat nescio nisi forte miserrime corrupta sunt ex:* dissi. plebi num. beat. eximit *(Carm. II 2, 18). Sed lacunam signare malui* 5 deuolutum *codd. COM. CR.* deuotum *Edd.* 7 Caninius Vinnius *Edd.* 11 Hac *cod.* haec *Mon.* hanc *Edd.* (ad Vin. Asell. *om. codd.*) 12 quibus *codd.* q. *s.* qua *Edd.* 14 sedulus *Edd.* 16 *lemma om. codd. contra* Sarcinae *om. Edd.* 17 sed ita *codd. Pat.* si *rell.* inport. *codd.* inopport. *Pat.* imp. *rell.* 20 gentile esse *Fabr.*

1* *Hor. Carm. II 2, 17*

lamas. *Lama* est 'uorago' ἀπὸ τοῦ λαιμοῦ; nam λαιμός est ingluuies; unde *lamiae* quoque dicuntur deuoratrices puerorum *POR.*

14. *Purria lan.* Fictum aniculae nomen ancillae ad 5 contemptum, ut ait Persius: [1*] Pannucia Baucis *POR.*

15. *conuiua.* Sensus est: Neue sic suffarcinatus eas sicut unus de tribu qui ad cenam uadens ipse sibi soleas fert cum pileolo. Et incertum est quem notet *ACR.*

tribulis. Vnus ex eadem tribu; hic plebeius ad conui-10 uium pergens soleas secum defert *POR.*

17. *morari.* Delectare *POR.*

19. *mand. fr.* *Mandata* nunc participium est non nomen; *frangas* autem bene quasi asina, ut supra (uers. 8): Clitellas ferus inpingas *POR.*

EPISTVLA 14.

15 *Villice s.* Castigat uillicum suum quod illi ager sordeat quem quinque aliquando possederunt senatores *ACR.*

Vilice s. Ad uilicum suum hanc epistulam scribit; in qua ait: omnem hominem uitiosum uoluntatis suae poenitet.

1 uorago λάμος enim est ingl. *sic Edd.* uor. ΑΠΟΤΟΥΛΕΜΟΥ nam lemos est ingl. *Mon.* uor. αποτουλεμου *etc. cod.* 2 unde *om. Edd.* 4 Purria lanae *cod.* purril. *sic Mon.* Pyrria *Pal. Med.* Pyrrhia *Fabr.* Bene dictum. An. *Fabr.* bene fictum au. *Pal. Med.* Fictum *codd.* (*illud* bene *male factum ex* lauae *quod Edd. in lem. om.*) ad *om. codd.* 9 tribuuus *codd.* hoc *Mon.* hic *rell.* homo *Auct. COM. CR.* 10 soleas s. def. *om. codd.* 12 nam percipiuut. est. ñomnem *sic Mon.* 13 asinae *codd.* 14 inp. *Mon.* imp. *rell.* 17 Vilice *codd. item post* uilicum; *contra per* ll *Edd.*

Ad uil. suum scribit. in qua omnem h. u. u. s. p. Simul comparare. sic et illum satyr. q. u. p. s. *codd.* Ad uill. s. hanc ep. sc. in qua ostendit omnem hominem uitiosum. Proinde (poni *Med.* pōit' *Pal.*) uoluntatem suam (uoluntatis suae *Pal.*) et se simul cum aliis (alii *Pal.*) comparat (—are *Pal. Med.*). Sic et illum satyr. interrogat quae res utra (utrum *Pal. Med.*) peior sit *Edd.* *Nos ad codd. correximus. Fortasse aliis continget ut melius restituant*

1* *Persius IIII 21*

Simul comparat se et illum satirice quaerens uter peior sit *POR.*

2. *habit. quinque focis.* Quinque uillis possessum *POR.*

3. *quinq. b. s. Variam.* Qui olim quinque senatorum fuit. *Varia* autem est locus in Sabinis celeberrimus aliquando *POR.* 5

4. *et melior sit H. an res.* Decst *Horati POR.*

6. *me quamu.* Festinare si dicit rus et uelociter difficilia omnia itineris uelle transire *ACR.*

9. *et amat sp.* Id est: conatur erumpere, uelut quibusdam carceribus impedientibus officii sui cursum ad uillam con- 10 fecturus inuadat. *Spatiis obstantia claustra* sunt carceres et est translatio ab equis circensibus facta *POR.*

11. *cui pl.* Id est: mihi qui uolo habitare rure odio est habitare in urbe et tibi qui uis habitare in urbe odio est rus *ACR.* 15

14. *mediastinus.* Hoc est in ciuitate et in media urbe uiuens; *astu* enim dicitur ciuitas. Vnde et Terentius:[1*] An in ástu uenit? *ACR.*

mediastenus. Incolae mediae ciuitatis; an in officio balneatoris mediastinus? *POR.* 20

16. *me const. m. sc.* Hoc est: eundem esse me nosti, me numquam de opere ruris mutare sententiam *POR.*

19. *tesqua.* Loca deserta et difficilia. Lingua Sabinorum deserta et repleta sentibus sic nominantur *ACR.*

tesqua. Loca aspera atque siluestria *POR.* 25

20. *amoena u. q. m. s.* Hoc est: quod tibi displicet hoc alteri mecum placet *POR.*

3 possessum *om. Fabr.* 4 Bariam *Edd.* uaria *cod.* n. *sic Mon.* 5 cel. aliquando *Mon.* celeberrimus. Agro *cod.* cel. agro *Edd.* cel. olim *Auct. COM. CR.* 6 est *pro* sit *Mon.* (H. ansyes *sic idem*) Deest Horati *Mon.* Et deest H. *cod.* Id est Horatius an pecunia *Fabr.* i. Horatius an pecunia (pecula *Med.*) res est *rell.* 10 inpendentes offieii. Vt eursum a. u. e. innadat spatiis obstantia. Claustra etc. *sic codd.* impedientibus offic. sui c. a u. c. innadat spatiis obst. claustra. Claustra *etc. Edd. nisi quod Fabr. habet:* in uadat. Claustra sunt 17 Terentianus *Fabr.* 19 mediastenus (*sed dein* medinstinus) *cod.* mediastynus *Fabr. etiam apud Acr. Ceterum cfr. huic interpretationi schol. Porphyr. ad Serm. I 5, 35 et Priscian. p. 1244 P.* 27 netum *Mon.* nedum *cod.* nedum mihi *Edd. (Ceterum hoc schol. cum*

1* *Terent. Eunuch. V 5, 17 (987) Fleckeis.*

21\. 22. *uncta.* Opulenta; sic ipse alibi:[1*] A c c e d e s s i c c u s a d u n c t u m. — *et quod ang. i. f.* Per hoc ostendit angulum quendam sui agri non esse aptum uitibus, quando dixit potius illic piper et tus quam uuam posse progigni. Sicut
5 Vergilius:[2*] M a r i a a n t e e x u r e r e T u r n o Q u a m s a c r a s d a b i t u r p i n u s. Et est *uua* septimus casus *POR.*

26\. *ad strepitum.* Non cantum, ut auidum meretricis exprimeret *ACR.*

terrae grauis. Ἄχθος ἀρούρης.[3*] — *urgues.* Quasi ter-
10 rae grauis *POR.*

27\. *bouemq. disc. curas.* Otiosum pascis *POR.*

30\. *multa m. d.* Docet praefossis tramitibus; sic alibi ipse de fluuio:[4*] d o c t u s i t e r m e l i u s *POR.*

32\. *quem tenues d. t.* Deest *neque*, ut sit ordo: quem
15 neque tenues docuere togae, cena breuis iuuat *POR.*

33\. *immunem.* Sine damno sine dolore sine munere et hoc praestitit pulchritudo *ACR.*

36\. *pudet.* Non pudet aliquando *lusisse* sed non desinere erubescimus *ACR.*

20 *nec lusisse.* Videtur amphibolon *lusisse*, utrum olim an nunc tantum modum ludo ponendum esse credamus *POR.*

38\. *limat.* Adtenuat imminuit adterit . . . . . . *POR.*

40\. *c. s. u. diaria.* Non cum seruis mouentem sed cum seruis rodere mauis et ex ambiguo haec est eligenda distinc-
25 tio *POR.*

antecedenti sedem in libris mutauit) 3 mones sic apt. *codd.* non esse sic apt. *Edd.* 4 peculius *codd.* potius *Edd.* tus (*non* thus) *codd.* uua *libri praeter Mon.* 5 exureret urno *cod.* exureretturno *Mon.* 9 *prius schol. om. Pat. Med. et habent* et tamen urgues] Quasi t. gr. *Contra Fabr.*: terrae gr.] Quasi t. gr. *Vt nos codd.* (*ΑΧΘΟC ΑΡΟΥΡΗC Mon.* ἄχθος αρουρα *cod.*) 14 *totum hoc schol. om. Fabr.* Deest — togae *om. Pat. Med. Vt nos codd. nisi quod* quem *addidimus* 20 olim etiam nunc tantum modum *codd. Pat. Med.* olim an nunc tantummodo *Fabr.* 22 adtenuat *Mon.* (inm. *Mon.*) adterit *codd. Deinde* et inuido oculo ori taceat oscinat *codd.* et inuido oculo facinat *Edd. Nos lacunam signauimus.* (*Fort. sic scr.* inuido oculo. — uenenat] Ore lacerat, fascinat) 23 nomen *Edd.* nouem *codd.* 24 et ambitio (*in marg.* ex ambiguo *cod.*) *codd.* et ex ambig. *Med Fabr.* et ex ambig. ambitio *Pat.*

1* *Hor. Epist. I 17, 12* 2* *Aen. VIIII 114* 3* *Hom. Iliad. σ 104 (Odyss. υ 379)* 4* *Hor. Ars poet. 68*

cum seruis urb. cib. Deest *tu uero;* sic enim erit contexta sententia *POR.*

42. *calo.* Vel ab eo quod frequenter aduocetur dicitur *calo* uel quia κᾶλα graece ligna dicuntur et ille uadit saepe lignatum [cum seruis] *POR.* 5

43. *ephippia.* Alii 'sagmata', nonnulli ea quae propter iugum curulibus imponuntur *ACR.*

44. *exerceat a.* Vt tu ruri sis colens artem tuam quam coepisti et ille calo tibi inuidens in urbe remaneat *ACR.*

EPISTVLA 15.

1. *Quae s. h. V.* Hyperbaton abhinc usque ad ultimum 10 (25) uersum: S c r i b e r e t e n o b i s t i b i n o s a c c r e d e r e p a r e s t. — *Salerni.* Velia ac Salernum oppida sunt Lucaniae; *Salernum* a salis copia dictum est. Consulit Vallam quid sentiat de salubritate regionis quoniam ipse Horatius nolebat Baias ire *ACR.* 15

Quae s. hiems V. q. cael. Scribit satirice de Baiarum luxuria. Tangit eos qui in penuria philosophantur idem uoluptatibus seruituri si fruendi habeant potestatem. Et est in hac epistula hyperbaton longum quod hoc ordine soluitur: *Quae sit hiems quod caelum Valla Salerni Quorum hominum* 20 *regio et qualis uia — Tractus uter plures lepores uter edocet apros, Vtra magis pisces et echinos aequora celent — Scribere te nobis tibi nos adcredere par est POR.*

1 *hoc schol. om. Edd.* subsidia *pro* urb. cib. *in lem. codd. in quibus tamen hoc schol. postremum est non penultimum* 3 auocetur *Mon.* 4 κᾶλα *om. codd.* (cum seruis *quod in fine habent Edd. ad praecedens schol. pertinet*) 6 segmenta *et* per *et* curribus *Edd. Vt nos COM. CR.* 10 ultimum *Edd. nostrae quibus consentiunt multi codd. Horatt. inde a uersu 26 nouam epistulam incipientes.* cum *COM. CR.* 16 hiemps *Mon.* saturice *cod.* saturicae *Mon.* de Baia luxuriosi *codd.* (*sed cod. in marg. add.* de baiarum luxuria) 17 tangit eos qui penuriam philos. idem *etc. Mon.* t. eos qui in pen. philos. iidem *etc. cod.* tangitque (tangit *Med.*) eos (eas *Fabr.*) quam (q; *Med. Pat.*) in peunnia habeant potestatem *(sic!) Edd.* 20 est *pro* sit *codd.* baias *pro* Valla Sal. *codd.* nos *om. cod.* (adcredere

2–5. ***nam m. Baias.*** Mire quasi Baiae hanc iniuriam sentiant si illis frigida etiam frigoribus mediis praeferantur. — ***Musa.*** Antonius Musa Augusti Caesaris medicus Horatium iusserat ut ipse lauacro uteretur propter oculorum dolorem.
5 — 5. ***myrteta.*** Proprie sunt aquae sulphureae atque salubres ad quasdam infirmitates depellendas; quales erant apud Baias ad quas frequenter ex diuersis partibus affluebant. Sed postquam ob longinquitudinem itineris coepissent derelinqui et ad clusinos fontes et ad gabios ubi erant frigidae aquae coe-
10 pissent concurrere intermissis Baiis, dicit quod ipse uicus coepit ingemescere contemptus in aquis suis. Dicit autem myrteta quasi 'mortueta' quod omnes animae mortuorum inde inferos petere credantur *ACR.*

nam mihi Baias M. s. Ne mihi quidem Baianum opus
15 sit ad curam corporis facit Antonius Musa medicus imperatoris, facit consuetudo lauationis meae, quod mediis frigoribus perluor *POR.*

5. ***myrteta. Myrteta*** quas uulgo myrtarias dicunt. ***Sane myrteta relinqui:*** Sane, inquit, aquas frigidas petunt propter
20 quam rem gemit et irascitur uicus deseri a sua musa *POR.*

6. ***cessantem morb.*** Aut generaliter quemlibet morbum aut podagram intellege et arthritidem *POR.*

7. ***sulphura.*** Sulphureas aquas et baianos uapores *POR.*

8. ***audent.*** Bene ***audent,*** utpote aegri ad aquas frigidas
25 pergentes *POR.*

9. ***Clusinos.*** Clusinae et gabinae aquae sunt frigidae; clusinae in Etruria gabinae in Sabinis *ACR.*

10–16. *mutandus l. e.* Deest *ergo.* — *mut. l. e.* Prae-

codd. credere *Pat.* accr. *rell.*) 5 murteta *rectius COM. CR. ubique* 14 est *pro* Baias *in lem. codd.* urbanis *Mon.* urbanum *rell.* Baianum *cum Dillenburg. p. 15* (*fort. etiam* urbe baiana *s.* Baiarum *s.* Baiis) 17 expolusam *sic pro* perluor *Mon.* (frigidis *post* frigoribus *excidisse credit Dillenb. l. l.*) 18 quas *om. Fabr.* 19 relinquunt *(sic!) codd. Pat. Med.* 20 a musa sua *Pat. Med.* Musa suadente *Fabr.* a sua musa *cod.* suamus *Mon.* (*Ceterum Fabr. hoc ordine:* sane myrt. rel.] Sane — musa suadente. Myrteta uulgo m. dicunt 22 intellege *om. Mon. Deinde* et adtriti *sic codd.* et adiecit (sulphureas *etc. uid. seq. schol.*) *Edd.* 24 Bene audent *om. Fabr.* 28 mut. l. e. Deest ergo *om. libri praeter Mon.*

sertim homini qui non tam medicum quam delitias petit. — *deuersoria n.* Σύλληψις i. e. mutanda. — 11. *quo tendis n. m. C.* Nunc hoc tamquam ad equum loquitur consuetudinem uertentem. — 13. *sed equis fr. e. a. i. o.* In equi ore frenato est quaedam, inquit, auricula qua captat famam locorum 5
et prout cognouerit iter dirigit aut diuertit. Et est suauis allegoria qua significat magis uoluptatem homines captare quam curam corporis. — 14. *utrum populum.* Vtram ciuitatem ut si diceret: utrum Cumas an Baias? Sic Vergilius:[1*] Ac ueluti magno in populo. — *nihil moror illius orae.* Non 10
patior; 'generosum et lene requiro' *POR.*

21. *quod m. luc. i. c.* Inter omnia quae uino accidunt etiam illud est maximum quod uires praestat in uenerem. Hoc est ergo quod dixit: '*quod iuuenem commendat amicae*' i. e. fortem et amabilem amicae reddat ut iuuenem *POR.* 15

24. 25. *Phaeaxq. r.* Phaeaces enim quorum rex Alcinous fuit luxuriose uiuebant ut ait Homerus. — *scribere t. n.* Hic uersus principium epistulae concludit *ACR.*

Phaeaxq. Pinguis et uoluptarius, ut alibi ait:[2*] nebulones Alcinoique In cute curanda plus aequo operata iuuentus; hanc enim opinionem de his Homerus[3*] 20
in Odyssea [posuit] *POR.*

[*Maenius ut r. m. a. p.* Maenius iste nobilis fuit, sed consumptis suis patrimoniis et pecuniis causa ingluuie scurra effectus est et uorator, ita ut quidquid inueniret in macello 25
et in aliis locis consumeret etiam ui et fautores suos quos

1 qui *om. Mon.* petat *Mon.* 2 deuersoria *Mon.* diu. *rell.* *CYNΛHMΨIC Mon.* 3 secundum consuet. *Edd.* 5 quaedam *add. ex codd.* (inquid *Mon.*) 7 quasignificat *Mon.* quasi sig. *cod.* uolupt. magis *Edd.* 8 utrum *in lem. om. Fabr., post lem.* utram *om. Edd.* utrum (ciu.) *codd.* 9 utinam Cumas *Edd.* 10 Qui non patior *Edd.* (*quae secuntur poteram fort. etiam lemmati schol. seq. addere cum Fabr.*) 12 ex uino *Mon.* (*fort. rectius*) 14 quod uires dixit *sic codd.* 18 principia *Edd.* 19 fex *Mon.* Pheax *cod.* 19. 20 ebulotis Alc. *sic codd.* Sponsi Penelopes Alc. *Edd.* 20 aeque pes nebulones; hanc *Pat.* (incute curam. da pl. aeq. p. i. *codd.*) 22 Odyssia *codd.* odyssa *Pat.* (posuit *om. libri praeter Fabr.*) 23 *prius schol. interpolatum puto*

1* *Aen. I 148* 2* *Hor. Epist. I 2, 29* 3* *Homerus in Odyssea (ϑ 248 sqq.)*

suis lenociniis decipiebat eorum bona deuorando spoliabat. —] *Maen. u. r.* Quoniam de se luxurioso locutus erat subicit fabulam de Maenio. Maenius hic Pantolabus dictus est ab eo quod quidquid afferebatur acciperet; erat autem et ur-
5 banus et mordax. Itaque dabant illi et qui urbanitate delectabantur et qui mordacitatem timebant illius *ACR.*

Maenius ut r. m. a. p. Hic Maenius et alibi ab Horatio conpellatur ut scurra, ita in Satiris:[1*] Maenius absentem Nouium cum carperet *POR.*

10 28. 29. *praesepe.* *Ταπείνωσις* et satirice pro 'mensa'; ut Plautus in Curculione.[2*] — *inpransus non.* Iratus scil. ob hoc ipsum *POR.*

non q. c. dign. h. Hoc est: qui cum esuriret cuilibet malediceret ut alii placere posset, a quo se pasci uellet *ACR.*

15 33. 34. *nil.* De pareis de parum luxuriosis. — *omasi.* *Omasus* proprio caro bubulina *ACR.*

omasi. Visceris bubuli *POR.*

36. *nepotum.* Hoc est: cum non haberet luxuriosos alios insectabatur ut ab eisdem pasceretur *ACR.*

20 *nepotum.* Nequam et luxuriosorum *POR.*

39. *uerterat i. f. e. c.* Comederat atque absumpserat *POR.*

46. *pecunia.* Res familiaris *POR.*

7 *hic scholia in nouam epist. incipiunt cod. Pal. Med.* 8 Vt si curam macuius. Et satyrice absentem macuium carpit *cod.* Vt si curam maenius. Et satyrice absentem nouium cum carperes *Mon.* ut scurra et satyrice absentem Maenium carpit *Edd. Correxi; poteram fort. etiam pro* ita in satur. *retinere* satirice 10 *ΤΑΠΙΝΩCIC Mon.* *ταπίνωσις cod.* 11 Ideo iratus ob h. i. *Edd.* non i. o. h. i. *cod.* non i. scil. o. h. i. *Mon.* 13 qui *om. Fabr.* (quom *pro* cum *Med.*) et cuilibet *et* altius (*pro* alii) *Fabr.* 14 e quo *Edd.* (*Cfr. de hoc schol. Dillenb. l. l. p. 15. 16*) 19 insectabitur *Fabr.* 21 comerat *Mon.*

1* *Hor. Serm. I 3, 21* 2* *Plautus in Curculione* (*II 1, 13* (228) *Fleckeis.*)

EPISTVLA 16.

Ne perconteris. Quintium alloquitur de situ agri sui et ex obliquo loquitur de aequanimitate et temperantia sua, quare contentus paruo esse debeat unusquisque, arguens quosdam dissimulatis uitiis magis bonos uideri uelle [quam esse] et laudari quam fieri *ACR*. 5

Ne percont f. m. Id est: 'ne forte perconteris'; uel *προςτακτικῶς* pronuntiatur, ut sit: 'ne perconteris — scribetur tibi forma loquaciter et situs agri.' Scribit autem Quintio de aequanimitate et temperantia sua, qua re paruo se esse contentum demonstrat, arguens alios dissimulatis uitiis magis 10 bonos uideri uelle quam fieri *POR*.

2—4. *aruo.* *Aruus* ager dicitur segetis ferax et praeparatus frumento. — *loquaciter.* Quod graeci *λαλιστί* dicunt, non poetice sed quasi prosa oratione et communi sermone ac simplicibus uerbis *ACR*. 15

3. 4. *amicta.* Vestita maritata. — *loquaciter.* Bene *loquaciter,* quasi curiose audituro et audire cupienti *POR*.

5. *continui m.* Modo describit situm agri sui i. e. totus ille ager unus mons esset nisi dissociarentur ipsi montes ualle in medio iacente; per quod ostendit illum agrum inter duos 20 montes iacere *ACR*.

5. 6. *cont. m. nisi diss.* Deest *quidem,* ut sit: continui quidem, nisi dissocientur opaca ualle, sed ut —. Vnde intellegi

1 percunct. *Med.* (percunt. *Med. Pat. apud Porph.*) 3. 4 arguit et *Fabr.* arguet et *Med.* arguens *COM. CR.* 5 quam esse *om. recte Med. quod et Dillenb. l. l. p. 16 uidit* 6 uel *πρ.* p. ut sit: ne perc. *add. ex codd.* 7 scribentur *Pat. Med.* (fama *codd.*) 9 sua *add. ex Mon.* se *om. Mon.* (se paruo esse *Edd.*) 10 dissimulatis uitiis *Mon.* dissimulantes uitiis *cod.* dissimulantes uitia *Edd.* 13 *λαλιστί* non poetice dicunt *Edd.*
17 auditur et *Mon. et a supra et scr. cod.* (adultero et *Pat.*) 22 deest quidem et sedit. aut si continui fidem socientur opaca ualle *sic codd., sed cod. in marg.* deest quidem ut sit cont. m. dissocientur. *Vt nos Edd. nisi quod* sed ut *addidimus* 23 intellegitur *codd.* intellegere *Pat.* intellegit *Fabr. Med.*

uult agrum suum uallemque inter continuos montes iacere. — *dextrum l.* Vallis scilicet. Dextrum dicit latus orienti soli obiectum sinistrum occidenti *POR.*

8. *temperiem laudes.* Hoc sic ait quasi diceret laude 5 dignam esse temperiem regionis illius *POR.*

11. *prop. fr. T.* Vt ita ager meus amoenus dicatur sicut est Tarentum *ACR.*

dicas add. p. Et hoc facete. Et nota Horatium in Italia nihil magis laudare quam Tibur et Tarentum *POR.*

10 12. *fons etiam r. d. Fons* 'Blandusiae', *riuo* qui Digentia dicitur; ergo magnus fons siquidem ab illo riuus non sine nomine est *POR.*

16. *sept. h.* Quo tempore in urbe facile morbo corpora temptantur ex autumni aestu noxio *POR.*

15 17. *tu recte u.* Id est: si ita recte uiuis ut refert opinio *ACR.*

17. 18. *tu r. u. s. c. e. q. a.* Hoc est: si talis es qualem te fama testatur ac per hoc bonus. — *iact. i. p. o. t.* Hic aperte ostendit quid supra dixerit: *si curas esse quod audis.* 20 Et est sensus: Iampridem omnes te iactamus beatum. *Omnis Roma* i. e. omnes Romani et est figura metonymia *POR.*

19—21. *sed uer. n. c. d. t.* Hoc Persius aliter:[1*] n e c t e q u a e s i u e r i s e x t r a. — *neue p. alium s. b.* Deest *excepto,* ut sit: neue putes alium beatum excepto sapiente bonoque. 25 — *neu si t. p. s.* Stultum est, inquit, alteri credere beatum excepto sapiente te dicenti, quia populo fidem habes sanum

1 in nalle *Fabr. Med.* nallemq. *rell.* 2 Vallis dextrum etc. *Edd. Vt nos codd.* orientis *codd.* (occidentis *cod.*) 4 laudes. Hoc — temperiem *om. Edd. et* temperiem illius regionis *male superiori scholio subiungunt, id quod et iam Dillenb. p. 16 recte monuit* 8 frondere Tar. *lem. est in Fabr. Med.* 10 blandusiaeriuo *Mon.* blandus e rino *cod.* bandinus e rino *Edd.* 11 ab illorum rino *codd.* ab illo riuus *Edd.* (est *om. Fabr. Med. et male in seq. lem.* Et sept. *Fabr.* Est sept. *Med.*) 14 tentantur *Fabr.* (et *pro* ex *Edd.*) 15 iam *pro* ita *Edd.* (*item* uiues) 20 Quid est omnis Roma. Quid est omnes Romanos et est fig. per metonymiam *sic Mon.* 22 ne *Fabr.* nec *rell.* (*Hic locus fugit Iahium*) 23 excepto, nt sit: n. p. a. beatum *add. ex codd. qui praeterea habent male* me nene *sed cod. sub* me *punctis positis* 26 habere s. t. asseuerasti (ads. *Mon.*) *codd.*

1* *Persius I 7*

te adseueranti cum aegrum te scias et tibi debeas temperare ab inportunis cibis *POR.*

22. *febrem.* Trahit exemplum de febricitantibus qui cupiditate gulae prouocati simulant in conuiuio febre se non laborare, ut liberius possint cibis quibusque uesci donec super 5 ipsum cibum manus tremulae reddantur. Sed sicuti ille est stultus qui plus credit conuiuantibus quam sibi cum febre uitiorum mentem habeat repletam; ita stultus computabitur si quis propter fauorem uulgi se beatum putat *ACR.*

25. ***si quis** b. t.* Si quis, inquit, laudes Augusti proprie 10 ad illum pertinentes tibi decantet numquid auris accomodabitur illi? Addit ergo laudes Augusti quas populus solitus erat ei decantare *ACR.*

si quis b. t. t. p. Si quis pro tuis laudibus tibi dicat Caesaris laudes et addat hos uersus: '*Tene magis saluum populus uelit an populum tu Seruet in ambiguo qui consulit et tibi et urbi Iuppiter,*' qui sunt notissimo ex p a n e g y r i c o[1*] A u g u s t i: tu cum possis adgnoscere et dicere: 'istae Caesaris laudes sunt non meae' patierisne te emendatum uocari sapientemque quod ille est et hoc ait? *POR.* 20

27—29. *tene m. s. p. u.* An te uelit populus magis saluum esse an tu populum o Auguste, in ambiguo seruet Iuppiter qui consulit et tibi et urbi. — *Augusti l.* Haec enim V a r i u s de Augusto scripserat *ACR.*

tene m. s. Vtrum magis populus uelit te saluum, an ma- 25 gis tu populum uelis saluum seruet Iuppiter, qui consulit et

1 te *om. libri praeter Fabr.* (inpor. *M.n.*) 7 sibi ita qui febre — repletam stultus comp. si propter *Edd. Correximus ad COM. CR.* 17 ex notiss. pan. Augusti. Tu *etc. Edd.* 18 com (u *supra scr.*) *Mon. idem* adgn. 20 et sapientem *Med. Fabr.* sapientem *Pat. Vt nos codd.* quod ille est? *Fabr.* 22 o Auguste. — In amb. q. cons.] Sed qui seruet et te et populum Iupp. qui *Fabr. Contra Med. totum schol. hoc modo:* In ambiguo est inquit Iupp., an — o Augusto. — Qui consulit] Sed *etc. ut Fabr. Nos corrigere studuimus* 25. 26 an magis — saluum *om. Edd. Codd. autem sic:* Vtrum magis p. u. t. saluum seruet Iupp. qui consulit et tibi et urbi an magis tu pop. uelis saluum seruet Iupp. qui c. e. t. e. urbi ut in ambiguo

1* *Vari Panegyricus Augusti*

tibi et urbi, in ambiguo. Sensus ostenditur: Tantum amorem Caesaris esse erga populum et contra populi erga Caesarem ut incertum sit uter alterum magis diligat. — *Augusti laudes.* Ordo et sensus: Cum possis adgnoscere; et est figura *ἀνα-*
5 *στροφή* *POR.*

31. *respond. t. d. s. n.* Ordo et sensus: Respondesne tu, dic sodes, nempe uir bonus et sapiens nomine dici [ita] delector ego ac tu h. e. nempe tu qui me reprehendis in eodem uitio reperieris quo ego; quod non negat Horatius sed osten-
10 dit hoc ipsum non minus in se quam in altero stultum esse; 'nomine dici' *ἀρχαισμός* figura; Vergilius:[1*] e t t e c r u d e l e m n o m i n e d i c u n t *POR.*

32. *ego ac tu.* Ac si diceret: Etiamsi non mereamur *ACR.*

15 *ego a. t.* Hoc est: Et tu non minus quam ego *POR.*

33. *qui ded. h. h. c. s. u. a.* Si ideo sum sapiens quia me dicit populus sapientem, sequitur ut cum non dixerit non sim *POR.*

37. *laqueo c. p. p.* Si mihi dicat quod meum patrem
20 strangularim *ACR.*

40. *mendosum.* Vitiosum. — *medicandum.* Hoc est: non sanum. — *uir b. e. quis q. c.* Responsio est tota per ironiam; ostendit enim hoc, ipsum non esse sed uideri bonum *POR.*

41. *qui cons. p.* Responsio tota est per ironiam. Osten-
25 dit enim talem hominem non ueraciter esse bonum sed cupientem se bonum uideri et cupientem humanae laudis quia omnia quae facit coactus lege peragit *ACR.*

44. *sed uidet h. o. b.* Quam non est fallere aede sua *POR.*

30 45. *pelle dec.* Id est: solummodo fama bonum extrinsecus simulatione uirtutum *ACR.*

1 Sensus tenditur *codd.* Sens. autem hic ost. *Edd.* 4 cognoscere *Edd.* (figura *om. Edd.*) 6 *lem. om. et* Ordo et sens. *in marg. cod.* 7 ita *et quae post* delector *secuntur usque ad verbum* ἀρχαισμός *om. Edd.* 9 repperieris *Mon.* 21 medicandum *codd. Pat. Med.* mendacem *male Fabr. Cfr. Dillenb. p. 16* 22 totū *et* hironiau *Mon.* 23 enim hoc *codd.* ex hoc *Edd.* 28 et de sua *codd.*

1* *Verg. IIII 355*

46. *nec furt. f.* Hoc contra eos qui se putant dignos laude quia non commiserint cur damnarentur *POR.*

49. 50. *sabellus.* Hoc est: ego Horatius; sed in hoc nomine est quaedam facies integritatis; Vergilius:[1*] Curibusque seueris. — *cautus e. m. f.* Ni mirum, inquit, si idem cauent etiam nequam bestiae *POR.* 5

lupus acc. Allegoricos; quoniam noui cauere malitiam tuam; et his animalibus se comparat quae decipi nequeunt *ACR.*

52. 53. *oderunt p. b.* Signate locutus est; primum non timent peccare sed oderunt, deinde non metu poenarum sed amore uirtutis. — *formidine p.* Deest *sed,* ut sit: nihil quidem in te admittes, sed formidine poenae *POR.* 10

55. *nam d. m. f.* Sensus est: quando, inquit, tu furaris unum modium de mille damnum est mihi leuius isto pacto non facinus; quoniam si auderes totum abstulisses; ac per hoc non minus es fur quam si totum rapuisses. Hoc ex se Horatius *ACR.* 15

56. 57. *damn. e. hoc leuius.* Quod perdidit cui furatus es, non minus fur es quam si totum abstulisses. Et hoc secundum Stoicos qui dicunt paria esse peccata. — *uir bonus o.* Ironia *POR.* 20

60. *Lauerna. Lauerna* uia Salaria lucum habet; est autem dea furum et simulacrum eius fures colunt, aut quia consilia sua uolunt tacita aut quia cum silentio preces eius exercentur. Dicta Lauerna a lauando, nam fures lauatores dicuntur. Porro per syllogismum probat seruum esse cupidum, et auarum captiuum illum uult uideri qui pecuniae parandae seruit *ACR.* 25

2 laude *om. codd.* 3 hoc est ego *om. Med. Fabr.* hoc est *om. Pat.* *(Ceterum hoc schol. cum seq. sedem in libris mutauit)* 10 locutus est primum, non *etc. Fabr.* 12. 13 quidem *om. Fabr. Med.* quod *Pat.* 13 admittis *Edd.* 19 damnum est non minus quid perdidit etc. *codd.* damnum est] Non tamen tu peccasti minus quod perdidit c. f. es non minus quam si etc. *sic Edd.* 26 leuando *et* leuatores *coni. Vossius Etym. p. 282 conl. Petronio 140 (p. 663 Burm.) et Plaut. Asinaria I 2, 8.* (a latendo, nam fures olim laterniones et lauerniones dicebantur *COM. CR.*)

[1*] *Aen. VIII 638*

Lauerna. *Lauerna* est dea quae furibus praeest *POR.*
63. *qui m. s.* Ordo: qui melior seruo sit auarus non uideo *POR.*
69. 70. *uendere c. p. c.* Hac comparatione uult ostendere ita nos per stultitiam seruire fortunae ut captiui seruiunt dominis uictoribus; seruiunt ii scilicet non ex suo commodo sed ex eorum humilitate qui parcunt hominibus seruituris sibi. — *seruiet ut.* Hoc est: ad omnia tibi dicto audiens erit, ut stultus cupiditatibus et fortunae obsequens facit et patitur uniuersa quae dicit inferius *POR.*
73. *Pentheu.* Hoc tractum est de tragoedia in qua inducitur Liber pater a Pentheo iussus ligari et ipse ut se solueret sic Pentheo dixisse: 'O Pentheu si me ligaueris te et bona tua subuertam'; cui Pentheus: 'Licet,' inquit, 'omne pecus et rem ceteraque perdam, compedibus te tenebo'; et quia Pentheus illum ligauit fulminatus est postea ipse et domus eius, at Liber pater incolumis mansit. Quod simile sapienti uiro est et bono quem neque carcer neque metus mortis neque ulla uis potest in seruitute retinere neque ullae diuitiae. Et nunc metaphora est a Libero patre. Sic ergo sapiens ridet minas tyranni ut Deus Penthei *ACR.*
uir bonus e. s. a. d. P. Haec praeludia de tragoedia sunt Bacchis, in qua inducitur Liber pater a rege Pentheo ligari iussus ipse soluere se. Quod simile sapienti est, quem carceris difficultates et mori non metuentem nulla uis potest in seruitute retinere *POR.*
79. *hoc sentit m.* Poeta scite hoc sentit morte se

1 Lauernarum dea *sic codd. Pat. Med.* 2 quin *in lem. Mon. et sub* n *puncto posito cod.* 6 seruiunt d. u. seruatis scil. *Mon.* seru. d.; seru. d. u. seruati scil. *cod. Pat.* seru. a d. u. seruati scil. *Fabr.* *(Fort. poteram retinere cod. et Pat. script.)* 8 ad omnia dicta *Fabr.* 20 Et nunc *etc. in Edd. in fine scholii postremi adduntur* 23 Bacchi *Fabr.* 24 ac iussu Iouis solui *Edd.* iussus ipse solueret se *cod.* iussus ipse soluere *Mon.* 24. 25 quem carc. facultatis et mori non metuentem nulla uis potest *etc. Mon.* qui carc. difficultates et mori non metuit neque ulla uis potest eum *etc. cod.* qui carc. difficultatem et mori (mortem *Fabr.*) n. metuit neque ulla uis p. eum *etc. Edd.*

posse liberari quoniam haec sola omnium est finis malorum *ACR.*

linea. Finis uel pars. Terentius: [1*] Extrema linea Amáre haud nihil est *POR.*

EPISTVLA 17.

1. *Quamuis Scaeua.* In initio huius epistulae hortatur Scaeuam quomodo amicitiae maiorum obsequi debeat et dicit, ut si taedeat eum manere in ciuitate propter strepitum et clamores tabernarum transeat in Ferentinum oppidum desertum ac per hoc quietum. Praecepta uitae ad Lollium Scaeuam equitem romanum, num assectandi sint potiores; et laudat Aristippum cyrenaicum qui affectauerat cum regibus uiuere *ACR.*

Quamuis Sc. s. Ad Scaeuam Lollium equitem romanum haec epistula scribitur in qua dum artem obsequendi amicis maioribus monstrat Horatius satirico charactere adstruit seuerum et tristem hominem suis molestiis in principum odium incurrere quorum obseruantiam potiorem libero homini esse ait seueritate. — *quamuis Sc. s.* *Προθεράπευσις* *POR.*

2—6. ***maioribus u.*** Id est 'amicis', sed in consuetudine maiores dicimus. — ***amiculus.*** *Ὑποκόρισμα.* — *ut si caecus i.* Prouerbialiter, ut 'sus Mineruam doceat' — *quod cures p. f.* Hoc est: quod eius modi sit ut uelis hoc ipsum pro tuo haberi. — *si te gr. q.* Bene non ante monet et praecipit quo

3 uel pars *add. ex codd.* 4 amare est *codd. Pat. Med.* (aut *cod.* haud *rell.*) 10 assectandi se potiores *Med.* assectantem se potiores *Fabr.* an assectandi sint potentiores *COM. CR.* 12 Quamuis Sc. s.] Scribitur in qua dum arte obseq. am. mai. (non *add. Mon.*) monstratur Horatius satyrico (ab *cod.*) charactere adstruit mihi esse seuerum nos ius et molestiis (-stius *Mon.*) obseruantiam pot. libero homini. *Sic hoc primum schol. codd. Vt nos Edd.* 20 Prou. uisus M. doceat *Mon.* Prou. sus M. doceat *cod.* Pr. sus Min. doceat *Pat. Med.* Pr. quasi diceret, sus M. doceat *Fabr.* 22 monet praecipit *codd.* monet *Edd.*

1* *Terentius Eunuch. IIII 2, 12 (640) Fleckeis.*

pacto obseruandi colendique sint potiores nisi prius ostenderit colendos esse. . . . . *Si te grata quies* h. e.: si otio delectaris, inquit, ex urbe proficiscere ad Ferentinum h. e. in desertum oppidum. Quo dicto etiam ostendit Romae haud aliquos
5 esse otii amicos *POR.*

9. *nam n. diu. c. g. s.* Sensus est: Habet, inquit, et paupertas uoluptates suas, si molestia careat in semotis locis *ACR.*

nam n. diu. *Diuites* modo pro gratiosis posuit, ut Te-
10 rentius: [1*] Omnia habeo nec quicquam habeo; nihil enim mihi uidetur deesse praeter amicos *POR.*

10. *qui natus m. f.* Hoc est: qui latuit ut et natus et moriens ignoraretur, qui fuit in obscuro. Est autem Epicureorum λάθε βιώσας *ACR.*

15 *nec uixit m. q. n. m. f.* *Fefellit*: ignoratus est, latuit. Hoc autem graecum prouerbium est: λάθε βιώσας *POR.*

11. *si prodesse tuis.* . . . . Prodesse autem prodesse tuis uoles *POR.*

12. *siccus ad unct.* Pauper ad opulentum *POR.*

20 13. *si pr. holus.* Ex historia sumptum exemplum quod plerumque prosit amicitia maiorum praeponens duos philosophos, Diogenem Cynicum et Aristippum sectae Epicureorum fautorem. Sic monet Diogenes Aristippum Alexandri magni sectatorem qui contemnebat paupertatem. Quodam igitur die
25 Diogeni holera colligenti dixit Aristippus: 'Diogenes si sci-

1 sunt *codd.* 1. 2 ostenderis *codd. Pat.* *Post* colendos *codd. haec addunt:* Et primum r. p. (q. *Mon.*) i. et tam propon. ut gratiosorum hominum solitari c. r. Probatur illos esse laudandos qui amicitiam consectantur. (Si te grata *etc.*) *Nos lacunam signauimus* 2 Igitur si te gr. *Fabr.* 3 ad ferentinum *cod. Pat. Med.* ad inferentiam *Mon.* Ferentum *Fabr.* 4 aut aliquos amicos *sic codd.* 7 molestis *Edd.* semotis *COM. CR.* 10 neque *Edd.* nec *codd.* 11 per *Mon.* 12 ut *om. Fabr. item* ignoretur. *Vt nos Med. Cfr. Dillenb. p. 16* 14 *λάθε βιώσας nos addidimus ex Porphyr. et COM. CR.* 15 fefellit igitur mortuus est latuit *Pat. Med. et* igitur *om. Fabr. Vt nos codd. sed* igitur *addito* 16 prouerbium gr. λάθε β. *Edd.* 17 Prodesse autem tuis u. *Edd. Post lemma uidentur non nulla excidisse aut* Prodesse autem *eicienda sunt* 23 Hic *Med.*

1* *Terentius* (?)

ret regibus uti fastidiret holus'; cui Diogenes: 'Aristippus si nollet regibus uti uel pranderet holus' *ACR.*

si pranderet holus. Hoc dictum Diogenis Cynici significat ad Aristippum Cyrenaicae sectae philosophum. Sensus est autem: Si aequo animo paupertate uteremur numquam 5 nos regibus obsecuturos, si regibus obsequeremur numquam paupertatis sordes aequo animo toleraturos esse *POR.*

14—16. *si sciret r. uti.* Astute ut dignitatem huic sectae colendorum principum daret inuertit quod erat reciprocum h. e. si patienter regibus uteretur, sed sic maluit: '*si sciret* 10 *uti,*' ut uideretur more patiendi laborasse in regibus ferendis et arsisse labore. — *utrius h.* Diogenis an Aristippi. — *uel iunior a.* Quare *audi?* Quia *iunior;* et hoc ostendit, cur supra dixerit: D i s c e d o c e n d u s a d h u c (uers. 3.) *POR.*

18. *mord. Cyn.* Antisthenem uel Diogenem ut legitur 15 in sequenti *ACR.*

mord. Cyn. Facete *mordacem* dixit, hoc uere in cynicum dicitur. — *eludebat.* Et hoc bene quasi iamque morsurum *POR.*

19. *scurror e. i. m.* Propter me scurror, scurriliter ob- 20 sequor. Et haec uerba sunt Aristippi ad Diogenem *POR.*

20. 21. *alat r.* Prouerbium graecum est: [1*] *Ἵππος με φέρει βασιλεύς με τρέφει.* — *officium f.* Officiosus sum i. e. humanus *ACR.*

equus ut m. p. a. r. Hinc *παροιμία: Ἵππος με φέρει* 25

2 uel *add. ex COM. CR.* 3 prandet *codd.* (olus *cod.* holus *rell. sed apud Acr. Med.* olus) 5 utamur *libri* 6 obsequeremur *Edd.* obsequimur nerimus *(sic!) codd.* 11 *hic* uti *addidi* *fort. pro* patiendi *scr.* patientis 12 an sit labor *Edd.* arsit labor *codd. Neutrum sanum est; nescio an recte emendauerim* 13. 14 quod supra dixit *cod. Edd.* cum supra dixerit *Mon.* (cur *corr.*) 17 Facete — dicitur. — eludebat *om. Edd. add. ex codd.* 18. 19 iamque morsurum *codd.* cane morsum *Fabr. Med.* caue morsu *Pat.* 20 cum alteri obsequor *Edd.* curaliter *Mon.* cur alteri *cod.* scurriliter *corr. et sic COM. CR.* 22 ipsos me fieri basileus me refici *Med.* 23 Possum officiosus esse i. e. humanus *Edd.* (possum *factum est ex poscis ut uidetur, quod in eodem uersu est*) 25 equos me (*sic!*) *Mon.* Hic *et deinde spatium uacuum cod. Pat. Med.* Hinc *παροιμία etc. Mon.* Hinc *παρ. om. Fabr.*

1* *Prouerbium graecum (Diogenian. Paroem. V 31 p. 195 Gaisf.)*

βασιλεύς με τρέφει. — *offic. f.* Modo honeste dixit quod supra humiliter: *scurror.* — *uerum* [*es*] *dante minor.* Quantumuis, inquit, quod acoipis paruum sit, minorem te facis tamen eo qui tibi porrigit; quod si est, non es nullius egens
5 ut ipse de te iactas *POR.*

23. *omnis A.* Laudat Aristippum ex sententia Platonis, qui cum inuenisset illum naufragum, diploide i. e. panno duplici inuolutum ac per hoc uili uestimento laudauit eum dicens: '*Omnis color et status et res decuit Aristippum*' *ACR.*

10 *omnis A.* Dicunt Platonem hoc ad Aristippum dixisse cum illum naufragum uidisset in pannis:[1*] *ὦ Ἀρίστιππε πάντα σοι πρέπει POR.*

24. [*tempt. mai.* Scientia praeditum, si ea temptasset habere, qui ita sciebat paruis uti ut magnis. —] *praesent. aeq.*
15 Id est: aequaliter patientem paupertatem *ACR.*

praesentibus. Id est: paruis, quae praesto esse possunt, *τοῖς παροῦσιν.* — *aequum.* Aequo animo patientem *POR.*

25. *dupl. p.* Vili ueste quam *diploidem* ueteres dixerunt. — *patientia u.* *Αἰνιγματοποιία POR.*

20 26. *mirabor.* Mirum erit, inquit, si decebit splendor hominem sordibus assuetum *ACR.*

mirabor u. u. Mirum erit, inquit, si decebit splendor hominem adsuetum sordidis rebus, ac per hoc: 'non decebit' *POR.*

2 uerrum dante m. *sic Mon.* 3 partuum *codd. et paulo post* ab eo *et* esset *pro* est *et* est *pro* es 7 naufragio *Edd.* 9 status res *Fabr.* 10 Aristippo tribuisse *Fabr.* Aristippum dix. *codd. Om. Pat. Med.* 11 cum illum — *πρέπει haec omnia ex codd. addidi* (*spatium uacuum Pat. Med.*) 13 *prioris schol. lem. om. Med. sed totum schol. corruptum; fort. pro eo ex COM. CR. in fine superioris addenda haec:* ea scientia praeditum ut aeque sciret uti magnis ac paruis 16 aeque *pro* quae *libri* (*τοῖς παρ. om. Edd.*) 17 aequum aequam et patientem *codd.* aequum patientem *Pat. Med.* aeq. i. e. pat. *Fabr.* (*At aut* aequo animo *aut* aequaliter *scribendum*) 18 duploidem *Mon. Alterum schol.* pat.: u.] *Αἰνιγμ. om. Edd.* (*ςιγματοποιεια codd.*) 20 miror *et* decepit *Edd. Nos* mirum erit *et* decebit *ex COM. CR.* (decebit *etiam Dillenb. p. 17*) 22 est *libri* (si dedecebit *cod.* fide decebit *Mon.*) 23 adsuetum *Mon.*

1* *Plato?*

27. *alter purpur. non ex.* Ille scilicet qui utrumque habitum consueuerit sumere ut Aristippus *POR.*

30. *alter Mileti textam c. p.* Panno duplici tegitur ut cynicus Diogenes diploide. — *Mileti textam.* Laneae uestes milesiae pretiosae sunt. — *cane p. e. angue.* Facete locutus est in stultitiam hominis qui pretiosam uestem non iam despicere sed timere uideatur *ACR.* 5

31. *morietur fr.* Aiunt Aristippum inuitato Diogene ad balneas dedisse operam, ut omnes prius egrederentur ipsiusque pallium induisse illique purpureum reliquisse; quod Diogenes cum induere uoluisset suum repetens, tunc Aristippus increpuit cynicum famae seruientem qui algere mallet quam conspici in ueste purpurea *ACR.* 10

31. 32. *morietur frig.* Ideo, inquit, uiuere nisi miser non potest. — *refer et s. u. i.* In stultum totum facete, quamuis non dicatur hoc fingi ab Horatio, sed uere Aristippum Diogeni subducto pallio chlamidem subposuisse purpuream *POR.* 15

33. *res gerere.* Loco nominatiui stat *res gerere* ut illud Persii:[1*] S c i r e t u u m n i h i l e s t *ACR.* 20

res gerere. Deest *magnas.* Sed hoc exemplo ostendit non, si tutum sit quiescere, idcirco et gloriosum uideri posse, cum sit cessare nec ullum hominem colere sibi consulentis et pigri; res uero maximas gerere et uigilare officium strenui hominis atque laudandi *POR.* 25

1 alter purp. non exile scilicet *sic codd.* alter purp. non exp.] Qui *Edd.* qui utrum habitum consuerit sumere *cod.* Qui utrumuis habiturus fuerit sumet (sume *Med. Pat.*) *Edd. Praeterea Fabr. seq. schol. huic sic adiungit:* Aristippus, Mileti textam: alter cane peius et angui uitabit, panno enim duplici tegitur ut Cyn. Diog. dipl. 4 *in lem.* tactam *pro* textam *codd.* et laneae uestes *cod.* et lanea uestes *Mon.* nunc. Tanae nunc uestes *Pat.* Sane nunc uestes *rell.* 5 anguem *codd. Pat.* angue *rell.* (cane peius uitabit et ang. *codd. Pat.*) 14 More deo, inq., uestiri nisi miscere non potest *sic codd.* 16 haec *cod.* 17 Diogenis *et* chlamidem ei *Edd.* (Diogenis *etiam cod.*) 21 deest *codd.* scil. *Med. Fabr.* i. *Pat.* 22 pestem *Mon.* potest *rell. Deinde:* cum non sit cessare ne hominem colere *Mon.* cum sit non cess. n. h. c. *cod. Edd. quae corrupta num probabiliter sanarim et ipse dubito*

1* *Persius I 27*

35. *principibus pl.* A maiore ad minus; ait simile uideri gerere res bellicas et promereri principes ciuitatis *POR.*

36. *non c. homini c. a. C.* Graecum prouerbium est: *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς* i. e. non cuiuis ut Ari-
5 stippo tutum est Corinthum nauigare. Nam cum multi Corinthum nauigantes Laidis amore tenerentur, Aristippus hac fama illo perductus usus est Laide, non amore eius deuinctus est. Qui cum prae se ferret quod non esset captus ut ceteri, quoniam dictum est, quod meretricem habuisset [ille] respon-
10 dit: 'Habui sed non habeor' *ACR.*

non c. homini c. a. Cor. Et hoc exemplum est a similitudine *POR.*

37—42. *sedit q. t.* Bene *sedit;* quo uerbo significat segnitiam, unde et . . . . — *qui timuit.* Non si contempsit
15 male uoluisse si laudes. — 38. *quid qui p. f. u. atqui.* Hoc per interrogationem. Qui cum agit uel respondet uel inuertit orationem uel tacet. Hic ergo dicendo: '*Atqui Hic est aut nusquam quod quaerimus*' quasi tergiuersantem urguet ad respondendum. — 39. *hic onus h.* Hic eloquitur quod in fine
20 sibi uoluit responderi, illum esse timidum qui officium fugiat illum fortem qui subeat perferatque, ac per hoc hunc laudandum illum uituperandum. — 41. *aut uirtus n. i. e.* Nomen inane uanumque' esse uirtutem Epicurus dixit; ad uoluptatem referri uniuersa quae facimus. — 42. *aut decus a. p.*
25 Hoc Stoici dicunt ad honestatem et rectum h. e. ad uirtutem omnia reuocantes *POR.*

43. *coram rege suo d. p. t.* Adeo gratam uerecundiam ait, ut saepe plus percipiant nihil petentes quam flagitantes.

1 ait sim. *Edd.* ueri simile *codd.* 2 promoueri a principibus *Fabr.* 4 *Graeca addidimus* 7 perductus est Laidem uidens amore *Fabr.* perductus est Laide: non amore *Med. Nos* usus *add. ex COM. CR.* 9 ille *eiciendum est* 10 sed *om. Fabr.* sed habui *Med.* 11 homini *Mon. Fabr.* cum *codd. Horatt.* hominum *rell.* (Tarentum *pro* Corinth. *cod.*) 13. 14 signifignitiam *sic codd.* significat 'finit' *Edd.* 14 unde (ut *cod.*) et sedes requitio *codd.* ut: Et sedes requiram *Fabr. Med.* ut et sedes requirere *Pat. Nos lacunam signauimus* 15 male noluisse *cod. Pat. Med.* me noluisse *Mon.* male uoluisse *Fabr. Hoc schol. non intellego* quidquid *cod.* quicquid *Pat. Med. Om. Fabr.* (atq. *cod. Pat. Med.* atque *Mon.*) 19 hoc honus h. *cod.* 23. 24 uoluptatemque *Edd.* 26 reuocans *codd.* reuocante *Pat.*

Conueniens locus principio; proposuerat enim docere quomodo cum maioribus uiuendum esset *ACR*.

coram r. suo. Iam praecipit dicens, uerecundiam plus prodesse apud maiores amicos quam procacem inpudentiam praesertim cum tacentibus magis quam poscentibus largiantur 5 *POR*.

46. 47. *indotata m. s. e.* *Μίμησις* figura h. e. imitatio poscentis aliquid. — *clamat u. d.* Hoc est 'mendicat'. — *succinit a.* Subsequitur et canit i. e. sequitur alter ac petit; et bene cantilenam mendicorum dixit *POR*. 10

47. *succinit a.* Cantilenam mendicorum pulchre expressit qui succinunt sibi inuicem *ACR*.

48. 49. *diuiduo findetur.* Tapinosis. Nimirum saturice 'quadra panis', inquit, 'quae uni cibo dari poterat frangetur ac diuidetur duobus' h. e. diuiti inportunus eris et docebis 15 unde fiet ut etiam si quid solidum fuerat cedat duobus. — 49. *sed tac. p. s. p.* Eum significat qui si saperet peteret a diuite tacitus neque sibi aemulum compararet neque minus acciperet. Nam coruus cum accedit ad cibum strepitu uocis alias aucs arcessit; unde fit ut solus pasci non possit; et sub- 20 tilis figura: ita diuitem peti ab amicis ut a coruis cadauera. Alii putant a coruo et uulpe hoc translatum, sed male *POR*.

52. *Brundusium.* Idem, inquit, quod meretrix facit amatori suo quem simulatis damnis plorabunda spoliat, facit etiam regi suo amicus minor, cum queritur se in itinere quo co- 25 mes ductus fuerit aliquid perdidisse uel incommodum sensisse *ACR*.

Brundisium c. Idem, inquit, quod meretrix facit ama-

4 inpud. *Mon.* 7 indodatam mimes. fig. *sic Mon. Vt nos Fabr. et omissa μίμησις uoce rell.* 13 *Ταπείνωσις*. Nimirum satyr. *Fabr.* Tapinosis nimium saturice. Quadra *codd. Pat.* 14 qui *Fabr. deinde* cibus *Fabr.* tibi *Mon.* cibo *rell.* 15 et docet *Fabr.* (*ceterum posterior schol. pars mihi non liquet*) 16 fiat *Fabr.* fiet *rell.* 17 Nam cum signif. qui se paretur (pateretur *Mon.*) alia diuide tacitum. Neque *etc. codd.* 20 arcessit *codd.* rauce ciet *Edd.* 20. 21 suptilis fig. *codd.* subtilis significat *Pat. Med.* subtiliter signif. *Fabr.* 23 facit quae *Edd. Nos corr. ex Porphyr.* 26 dictus *Edd.* ductus *ex Porphyr.* (*unde fort. et* incommodi *scr. erat*) 28 Brundesium *Mon.* Brundus. *rell.*

tori suo quem simulatis damnis plorabunda spoliat, facit etiam regi suo amicus minor, cum queritur semet in itinere quo ducitur aliquid perdidisse uel sensisse incommodi *POR.*

55. ***nota refert m. a.*** Hic locus de T r u c u l e n t o est
5 P l a u t i f a b u l a, [1*] ubi adulescens dicit: A u t p e r i t a u r u m a u t c o n c i s s a e s t p a l l u l a et cetera. — ***catellam.*** Catenam diminutiue. Catena autem proprie dicta est quod canem teneret *POR.*

56. 57. ***periscelidem.*** Ornamentum pedis circa crura. —
10 ***flentis.*** Mire non 'dicentis' sed 'flentis,' ut fidem falsis lacrimis faciat. — ***uti m. n. f.*** Ita fit, inquit, ut postea etiam uera dicenti non habeatur fides *POR.*

58. ***nec s. inrisus tr.*** Hoc exemplo significat, numquam postea crediturum quemquam esse etiam uera dicenti ei qui
15 falsis rebus omnia fidei argumenta consumpserit. Hinc etiam prouerbium natum est: [2*] Q u i s e m e l s c u r r a n u m q u a m p a t e r f a m i l i a s. Et est ordo: 'Nec adtollere curat fracto crure planum semel inrisus triuiis. Nec si uere crus fregerit planus, credet ulterius ille, qui ab illo inrisus est semel,
20 et eum adtollet, quippe cum eadem faciat in uero dolore quae

1 plorabunde *Mon.* 4. 5 est Pl. f. *Mon.* Pl. est f. *rell.* 5 Aut auArum periit aut conscissa pallula est, aut armariola Graeca: aliquid semper est quod pereat debeatque amans scorto suo *Fabr.* aut petit a. quod conscissa pall. est, aut emta ancilla aut aliquod uasum argenteum *COM. CR. Vt nos codd. Pat. Med.* 8 teneret *codd.* teneat *Edd.* 10 idem *Fabr.* fidem *rell. (Quod sequitur schol. cum sequenti sedem in libris praeter Fabr. mutauit, et fort. suppositicium est, quia eadem fere in seq. schol. recurrunt)* 13 inrisus *codd.* irr. *Edd.* Hoc est exemplo *Mon. et* enim *supra* est *scr. cod.* Hoc n. exemplo *Pat. Med.* Hoc enim ex. *Fabr.* 14 esse *et paulo post* ei *add. ex Mon.* (que *pro* quemq. *codd.*) 15 fastis *pro* falsis *Fabr. et, quod non iam mireris Braunh.* 17 fater *Mon. et* ra *supra scr. cod. (Cfr. de hoc prouerbio Cic. orat. pro Quint. 17)* 18 nec relinquit crus fregerit planum crederet ult. ille qui ab illo inrisus est semel (et *Mon.*) eum adtollet (*sic!*) *codd.* nec si uere crus fregerit planus crederet ult. ille qui ab illo irr. est semel eum (nec semel eum *Fabr.*) attolleret *Edd.* Nec si uere crus fregerit planus crederetur; nec ulterius ille qui ab illo irrisus est semel attolleret *Dillenburger l. l. p. 17*

1* *Plaut. Truculent. I 1, 32* 2* *Prouerbium lat.* (*Cic. orat. pro Quint. 17*)

iam pridem fecit in falso. *Planum* autem scurram dicit; sic Cicero:[1*] Iste planus inprobissimus *POR.*

60—62. *Osirim.* Osiris Aegyptiorum deus ad quem illo tempore iuratum homines ducebantur. — *credite n. l.* Μίμησις h. e. imitatio. — *peregrinum.* *Peregrinum* pro ignoranti 5 posuit sicut Cicero:[2*] Tu hospes in hac urbe uersaris? tuae perigrinantur aures? — *uicinia rauca re.* Vicini uociferantes *POR.*

EPISTVLA 18.

1. *Si bene te noui.* Aliud praeceptum quo monet fugiendam uel leuitatem adsentatoris uel e contrario amaritudinem 10 resistentis in omnibus et dicit in utroque mediocritatem esse seruandam *POR.*

1. *metues lib. L.* Hic Lollius etiam ad consulatum peruenit merito uirtutis et beneficio Caesaris *ACR.*

2. 3. *scurrantis.* Turpiter adulantis. — *amicum.* *Amicum* 15 dicit grauitate ac dignitate beniuolum. — *ut matr. m. dispar e.* Id est 'dissimilis' *POR.*

4. *infido sc.* Hoc est: qui amicitiam simulet et in malis deserat *ACR.*

5—8. *est huic diuersum u.* Dicitur quidam uitium fu- 20 giens adulatoris incidere in peius uitium inconcinni et odiosi et inhonesti hominis et incommodi. — 6. *inconc.* Insocialis; *grauis* nunc molesta odiosa. — 7. *quae se com.* Mire expressit

4 credite n. l. *om. Edd.* 5 Peregrinum *post lem. add. ex Mon.* 6 sicut: uestrae (dextrae *Mon.*) peregr. aures? *sic libri praeter Fabr.* 7 rauca. Nē uicini *codd.* (uociferantis *codd. Pat. Med.*) 9 Ad Lollium scribens tradit praecept. *Edd. Vt nos codd.* (*Ceterum ne haec quidem schol. in Mon. a superioribus ullo modo seiuncta sunt*) 11 resistentis in omnibus et dicit in omnibus med. *cod. Pat. Med.* resist. et dicit in omn. med. *Fabr. Vt nos Mon.* 16 beniuolum *codd.* beniuolentiam *Pat. Med.* et beneuolentia *Fabr.* 20 diuersus *codd.* 23 moleste odiosa *codd.* molesta et od. *Edd.* (grauisque} Grauis nunc *Edd.*) Mire — commendat *om. Pat. Med.* Mire — di-

1* *Cic. pro Cluent. 26* 2* *Cic. pro Milon. 12*

stultitiam *commendat* dicendo; nam ipsa odiosa est cui commendari se putat. — *tonsa cute.* Bene non coma tonsa sed cute, ut de capillis nil uideatur remanere nisi quod cutis est. — *dentibus a.* Sordidis scil. ab incultu. *Tonsa cute dentibus*
5 *atris.*: Characterismos hominis tristis et amari. — *dum u. lib.* Facete *uult* dixit, quia non sufficit quod cupit *POR.*

6. *asperitas agr.* Quidam, inquit, fugientes uitium adulationis incidunt in peius uitium inconcinni et incompositi hominis scil. feri et asperi quasi agrestis. Sunt enim qui
10 facta sua liberrima et pura conficientes contra amicos suos seueri et asperi appareut, dum eos uolunt castigare et in tantum ut ipsa cutis nimia seueritate tonsa dicatur quasi capillos habuerit et atri sint dentes *ACR.*

9. *uirtus e. m.* Virtus, inquit, ita debet inter contraria
15 uitia in medio esse posita ut ab utroque crimine sit remota i. e. ut nec nimium adulationi nec se austeritati adiungat *ACR.*

9—11. *uirtus est m. uit.* Vt: ἀρετὴ μετριότης. — *utrimq. red.* Virtus, inquit, inter contraria uitia debet in medio sita esse ut ab utroque crimine tantundem remota sit. — *alter i.*
20 *obs. plus.* Descriptio adsentatoris. — 11. *et imi derisor l.* Semper derisor accubitoris amici. Ridere autem dicitur qui et obsequium laudat contra quem sentit. Sic alibi: [1*] derisor plus laudatore mouetur. Ego melius intellego ab his qui putant metonymicos dictum *imi lecti derisorem* pro: eorum
25 derisorem qui in imo lecto accumbunt in dominorum conui-

cendo *om. Fabr. et pergit:* Ideo ipsa *etc.* 1 cui *codd.* quia *Edd.* 3 in *codd. pro* nil (*sed cod. in marg.* nil) nisi *om. Mon. add. supra lin. cod.* 4 Tonsa cute *etc. in libris sequenti schol. subiunguntur.* (Χαρακτηρισμός *Fabr.*) 8 et inconcinni *Fabr.* 10 confidentes *Edd.* (quasi uirtute sua lib. et p. confid. *COM. CR. fort. melius*) circa *pro* contra *COM. CR.* 12 p; nimia *sic Med.* 13 habuerint *Fabr.* 17 *ante hoc schol. in codd. ea locum habent quae infra secuntur:* Ego melius intellego — ipse discumbit *addito* hoc dicit (h̄. d̄. *Mon.*). *Eadem praemisso lemmate* imi derisor lecti *Pat. Med.* uti: ἀρετὴ μετρ. *add. ex codd.* (*fort. scr.* μεσότης) 20 adsent. curare (*sic!*) *Mon.* derisorem *Mon.* derisorem *cod. Post lem.:* Ordo et imi lecti accubitores semper derisor amicis uideris autem dicuntur qui et obseq. laudat contra quam sentit. *codd. Pat. Med.* 23 laudo remouetur *codd.* laudo remoueatur *Pat. Med.* *fort. scr.* intellegi puto ab 25 accumbant i. e. dom. *codd. Pat. recte.*

1* *Hor. Art. poet. 433*

uiis; nam in summo et in medio amici, iu imo uero ipse discumbit *POR.*

12. 13. *sic nutum diu.* Hic characterismos adulatorum est. — *iterat uoces et u.* Hoc est: Etiam quod leue dictum est repetit et omnia uerba colligit ne siue laude sint dicta; 5 ac per hoc dixit eadem quae ille dixerit et nullum uerbum non admiratur quamuis interdum eiusmodi sit, ut ceciderit ore potius quam sit meditate sapienterque prolatum. — *ut puerum s. cr.* Mirum et facetum exemplum *POR.*

14. *partes mim. t. s.* Secundarum euim partium actores 10 omnia submisse agunt et simpliciter. Notandum autem quod in tragoedia non plus quam quinque personarum actus debet fieri. Ergo mimus dum secundam partem tragoediae agit humili actu agit *ACR.*

uel partis m. tr. s. Recte [etiam hoc]; secundarum enim 15 partium actores omnia summisse agunt. Sic in actoribus graecis fieri uidemus, saepe illum qui est secundarum ac tertiarum partium summisse agere *POR.*

15. 16. *alter rixatur.* Descriptio agrestis et duri. — *de lana s. cap.* De uihilo aut ut quidam dicunt de uillo capro- 20 rum pilos uon setam diceus esse sed lanam. — *propugnat nugis.* Ordo: pro uugis pugnat *POR.*

1 rex ipse *codd.* uero ipse *Edd. De restitutione huius scholii admodum dubii satius duximus intactum aliisque emendandum relinquere* 3 *priore lem. omisso Fabr. sic:* Sic iterat uoces] Hic char. ad. est, iterat uoces et uerba, hoc est, *etc. Vt nos rell.* 4 omne *pro* etiam *Edd.* 7 uerbum admittatur *Fabr.* uerbum non admiratur *Pat. Med.* uerb. uon admiramur *Mon. et* t *supra* m *scr. cod.* (Nou admiratur *iam reduxit Dillenb. p. 17*) eiusmodi si tunc ceciderit *codd.* eiusmodi ut si tunc cec. *Pat. Med.* eiusmodi ut dicatur quod exciderit *Fabr.* eiusmodi dicatur, ut tuuc exciderit *Dillenb. p. 17. Nos simplicius* sit ut *pro* si tunc *scripsimus.* 15 partis *Mon.* etiam hoc *om. codd.* (etiam *pro* enim *cod. Pat. Med.*) 16 submisse *Edd.* 16. 17 gratis *Edd.* graecis *codd. et Auctar. COM. CR.* (*in quo* ac tertiarum *deest*) 18 agere uidemus *Pat. Med.* (*pro* subm. agere *codd.* et cetera *habent*) 19 describit *Mon.* tristis *libri.* agrestis *corr.* 20 de nihilo *codd. Pat. Med.* de uillo *Fabr.* (aut *om. Edd.*) de uillo *add.* (*nam aliquid excidisse liquet, quid dubium esse uideo*) 22 Ordo: pugnat i. e. nugis certat *Fabr. Med.* Ordo: pugnat pro nugiscet *Pat.* (*ex hoc* nugiscet = nugis scil. *male factum illud* nugis certat; *illud* scil. *autem ad seq. lem. pertinet.*) *Vt nos codd.*

16—18. *ut non sit m. p. f.* Vt non sit mihi prima fides et ut non id quod uere placet acriter elatrem? i. e. non possum me sub clientibus meis defendere; *sordet pretium* i. e. in tantum despectui deputata; *altera aetas* i. e. mea senec-
5 tus *ACR.*

sc. ut non sit m. p. f. Μίμησις i. e. imitatio rixatoris. — *et uere q. pl.* Non omni libertate defendam? Non deseram alteram uitam; quo significat non tanti facere se inmortalitatem ut quod senserit non defendat. — *elatrem.* Omni rabie
10 uociferer ac defendam. — *pretium.* Conmutatio pro acri libertate scilicet. — *aetas altera.* Instauratio uitae ut Virbio contigit. — *sordet.* Vilis est: Est sensus: Vt ego adsentiar alicui! Pro pretio si mihi altera actas adtribuatur neglegam et sordidam ducam *POR.*

15 19—21. *ambig. q. s. C. sc.* Saturicos respondet ad haec quae ab agresti et amaro dicta sunt. Quid enim agitur, inquit, quare tu insanias uel facias inimicum? — *Castor s. a. Docilis pl.* Hoc sic pronuntiandum est ut ostendatur leue ac neglegendum. *Castor* autem et *Docilis* ut alii dicunt histriones
20 tunc temporis ut alii gladiatores fuerunt. — *Brundisium Minuci m.* Brundisium et minucia et appia uia peruenire potest qui uoluerit. — *quem damnosa V. nudat.* Luxuriosum significat; *quem praec. a. n.* Aleatorem significat *POR.*

24—28. *diues a. s. d. u.* Hoc dicit: uitiosum amicum
25 quamuis sit uitiosior diues tamen se haberi non patitur. Cre-

1 ut non sit (mihi *om. Med.*) p. f.] Vt (et *Med.*) non sit quod uere placeat (placet *Med.*) et non sit quod acriter elatrem i. e. *Edd. Vt nos Dillenb. p. 17.* 6 odoris *codd.* doloris *Edd. In eis quae secuntur usque ad u. 19 plura restant emendanda* 7 et dege uerum planent *pro lem. Mon.* Nam omni *Fabr.* 8 quo sign. *Mon.* quod sig. *cod.* Designat *Edd.* se *addidi* 10 uociferem *Edd.* (*hoc schol. cum seq. sedem in libris mutauit*) 11 aetas] Altera inst. *sic Fabr.* 12 Et sonsus *codd. Pal.* et s. est *rell.* 12. 13 ut ego absente alicui pro pretio si mihi *Mon.* ut ego absente[r] alicui[si] pro pr. si mihi *cod.* Vt ego al. assentiam pretio, si mihi *Edd.* 15 saturicos *Mon.* σατυρικῶς *Fabr.* satyricos *rell.* 16 a tristi *libri* 18 intellegatur *Edd.* ost. *codd.* 19 ut alii dicunt *om. Edd. add. codd. et Auct. COM. CR.* 20. 21 Numici *Fabr. Med.* minuci *codd.* mamici *Pal.* (Brundisium *Mon.* Brundus. *rell.*) 21 numicia *Edd.* 23 quem praec. significat *om. Edd.* 25 habere *et paulo post* sustinere *codd.* patiatur *Edd. et pr. m. cod.*

dit enim uitia sua ob diuitias debere tolerari, uitia uero pauperis sustineri non posse, cum inferior facultatibus uirtute debeat conpensari fortunam. — *saepe dec. u. inst.* Hoc est: decem uitiis auctior ad peccandum quam amicus minor. — *ac ueluti p. m.* Mire superbiam diuitis pio mitigauit exemplo; 5 potior, inquit, amicus te uult esse quod mater filium h. e. inferiorem a se magisque sapientem. — *et ait p. u.* Bene quod stulto diues de se cogitat; attamen in paupere uerum esse demonstrat. Simul per mimesin loquentem diuitem facit *POR.*

29. 30. *stult.* Opibus compenso stultitiam meam. — *arta* 10 *decet s. c. t.* Habebant antiqui patres pro qualitate opum togas quae erant bis ter ulnarum *ACR.*

stult. p. o. Opibus, inquit, conpenso stultitias cum stultus sum. Simile illud est Salusti: [1*] Quia secundae res mire sunt uitiis obtentui. — *arta d. s. t.* Arta toga quae 15 bis ulnarum non sit ut in Epodis [2*] dixit. Pro opibus enim ueteres magnas uel paruas habuerunt togas. Cicero: [3*] Velis amictos non togis *POR.*

31. 32. *Eutr. cuic.* Cogitabat cum aliquid donaret amicis. — *beatus enim i.* *Beatus* dicit quoniam mutatur animus 20 pauperum mutatione uestis *ACR.*

Eutrapelus cuic. n. Eutrapelus hic ut apparet corrumpendorum hominum callidus fuit adeo ut sciret cum habitu et cultu solere stultis animum quoque mutari. — *cuicumq. n. u.* Quemcumque corrumpere uoluisset. — *beatus enim iam.* *Be-* 25 *atus* non uere sed qui sibi beatus uidetur ex pulchris uestibus *POR.*

2. 3 uirtutes d. c. cum fort. *Fabr.* 5 pio mit. *codd.* promit. *Pat.* mit. *rell.* 6 dum inquit potior *Fabr.* inq. p. *rell.* esse quod mater filium *Mon.* esse quam mater *rell.* 6. 7 interiorem *codd.* 7 magisque sap. *Mon.* magis sap. *Fabr.* magis quam sap. *rell.* 8 ait: tamen nihil (mihi *Pat. Med.*) de paupere *Edd.* 15 Arta *om. Edd.* 19 ut *pro* cum *Edd.* 22 cuic. n. Eutrapelus *add. ex Mon.* (Vt hic app. *Fabr.*) 23 adeo call. fuit *Fabr.* 24 cultu solere *om. Fabr.* solere *om. Pat. Med.* mutari *Mon.* mutare *rell.* 25 enim. Iam beatus *libri* 26 ex pulchris uestibus *codd.* (ex pulchris rebus *Pat. Med. et addunt illa seq. lem.*)

1* *Salusti histt. fragm. I 45, 24 Kritz.* 2* *Hor. Epod. IIII 8* 3* *Cicer. Catil. II 10*

33. 34. *sumet n. cons. e. sp.* Turbabitur scilicet et ex habitu mores ducet fietque delicatus. — *dormiet i. l.* Hoc est non euigilabit nec elucubrabit *POR.*

34. *honestum off.* Sicut nobilis cui honestate est carius
5 scortum *ACR.*

scorto p. h. off. Carius illi erit scortum et dulcius honestate *POR.*

35. *nummos a. p.* Fenerabitur et faciet aes alienum usuris crescere. — *ad imum.* Ad postremum *POR.*

10 36. *Thrax.* Gladiator, retiarius, mirmillo, secutor. — *aut hol. a. m. c.* Sensus: Aut gladiator aut mercenarius erit holitoris. Prouerbialiter; se in ludum lanistae dabit ut sit gladiator sicut Thraces. *Holitores* autem dicuntur holerum uenditores. Sicut olim uenditor erat holerum ita negociator
15 incipiet uendere caballum *ACR.*

Thrax erit. Auctorabitur se in ludum ut gladiator sit. — *aut holitoris a.* Satirice inuenit sordidissima futuro mercenario post beatum incessum cultumque laetantem; et uerum tale est quod sit speculum populo *POR.*

20 37. *arcanum n. t. scr.* Bene; mox enim dicet ciusdem esse prodere commissa cuius et arcana perquirere et scire uelle *POR.*

38. *comm. t.* Id est: ab amico aliquid dictum debes celare *ACR.*

25 38—40. *et uino t. e. i.* Quia uinum et ira tormenta sunt, quibus multi inuiti secreta fuderunt. — *nec t. l. s. a. a. reprehendes.* Vitium obtrectatoris est. — *nec c. u. u. i. p. p.* Odiosum enim facit inportunitas uoluntatis et diuersitas studiorum *POR.*

1 *post lem. Fabr. sic:* Id est ex pulchris rebus sumet noua consilia et nouas spes. Turbabitur *etc.* 2 fietque *codd.* fiet *Edd.* 4 sicut nobilis *om. Fabr.* sicut nobilis carius cui scortum *Med. Cfr. Dillenb. p. 17* 10 gladiator ... Nam mirmillo sec. *Med.* gladiator retium non mirm. sec. *COM.CR. fort. rectius; recepta certe non placent* 11 olitoris *Med. et apud Porph. cod.* h *supra scr.* 18 (lactantem) et uerum quo tale est quod sit peculum populo *Mon.* et uerum t. e. quod sit propter speculum *Fabr. Vt nos rell.* 20 dicit *Edd.* 21 cuius *codd.* eius *Pat. Med. Om. Fabr.* 26 in uita *codd.* inuiti *Edd.* (quibus multi enim *praeterea Mon.*) 27 reprendes *et* obtrectationis *Fabr.* 28 uoluntatis aduersitatis *Pat. Med.* uoluntati aduersantis

40. 41. *gratia s. fr.* Id est amicitia, dum alteruter suum studium sequitur. — *Amph. a. Z.* Amphion et Zethus Iouis et Antiopae filii diuersi officii fuere: Amphion cithara cantabat Zethus pastoris fungebatur officio. Propter hanc diuersitatem animorum et uitae tam diu dissiderunt donec Amphion 5 causa uitandae discordiae citharam omisit *ACR.*

40—46. *gratia s. fr.* Dum alter alterum sequitur studium. Quod si fratrum geminorum gratia sic dissiluit, quid futurum est adsectatorum? — *donec s. s.* Zethum dicit seuerum in cuius gratiam Amphion lyrae studium proiecit. — 10 *tu cede p. a. l. i.* Tanto magis te conuenit potiori amico consentire atque uelle lenibus imperiis parere, quam πειθανάγκην Graeci uocant quae cum potest imperare blauditur. — *quoties.* Quoties, inquit, parauerit ire uenatum aetolis plagis. Meleager calydonium aprum nobilis uenator excepit. Inde ergo 15 epitheton fecit Horatius ut 'aetolis retibus ad apros factis' intellegamus *POR.*

47. *inhum. s. d. c.* Quae non pascet te non ferens uictum [Camena] *ACR.*

surge et i. s. d. c. *Inhumanae* camenae non est perpe- 20 tuum epitheton, sed inhumaue eum aspicit qui eam laedit *POR.*

48—50. *pulm. l. e.* Suauiter significat cibos ex praeda esse natos. — *Roman. sollemne.* Ab honesto uult persuadere laborem uenaticum non detrectandum. — *uitaeq. e. m.* Hoc ab utili sumptum est, *praesertim c. u.* a possibili *POR.* 25

Fabr. Vt nos codd. 3 fuere *add. ex COM. CR.* 7 alterutrum seq. *libri praeter Fabr.* 8 dissoluit *pr. m. cod.* dissoluitur *corr. cod. Edd.* dissiluit *Mon.* (*idem habet* fratr. et gemin.) 8. 9 quod te futurum es ads. *Mon.* quid fut. ee ads. *cod.* quid f. est ass. *Fabr.* 9 Beatum dicito sororem lyrae studiumq. proiecit *sic codd.* Zechum dicit osorem lyrae studiumq. proi. *Pat.* Zechum dicit Seuerum lyrae studiumq. pr. *Med. Sequens lem. in eisdem libris deest* 11 etiam *pro* te *et* ut *pro* atque *Fabr.* 12 parere *om. codd.* 13 quod πειθαρχεῖν *Fabr.* q;.... *Pat. Med. cum spatio uacuo.* quam *ΠΙΘΑΝΑCΚΗΝ Mon.* quam πιθαναακην *cod.* qui *codd. Fabr.* q. *sic rell.* 14 quoties *lem. in codd. Pat. Med.* aetolis o. pl. *Fabr.* 15 aetolis plagis. Meleager *om. codd.* 21 inhumane ad eum etc. *Edd.* inhumaue cum asp. iam laedit *codd.* 25 praesertim *etc. simul cum sequenti schol. add. ex codd.*

52. *uirilia.* Laudat amicum suum dicens: Non est qui speciosius tractet arma uirilia *ACR.*

adde uir. quod sp. Hic ostendit turpe esse cessare firmiorem etiam infirmioribus laborantibus; et hoc a persona
5 sumptum est *POR.*

53—55. *scis quo cl. c.* Scis quo suffragio multitudinis spectatricis in campo martio exerceri soleas. Quod argumentum a minori ad maius dicitur; nam si hoc facis ludi causa tantum, quanto magis facies propter amicitias et utilitatem tuam?
10 — *denique s. m. puer.* Occasio laudis inicienda et ipsius ad quem scribit et Caesaris Augusti *POR.*

56. *Parth. sig.* Romana signa quae Crassus amiserat Parthi ad Augustum per Tiberium miserunt iam uicti *ACR.*

56. 57. *sub duce [q. t. P. s. refixit.]* Quia sub Caesare,
15 inquit, Augusto olim in Cantabria militasti qui nunc a Parthis signa romana capta cum Crasso recepit. — *adiudicat.* Adiungit *POR.*

58—60. *ac ne t. r.* Id est: Si uis ab amico tuo domum recedere, petes aliquam excusationem sine damno, aut dic te
20 domum ire iocatum uel aliquid aliud facere. — *extra n.* Quamuis, inquit, sapiens sis et omnia ad numerum i. e. ad sapientiam redigas, noli excusare te quod non ludas cum amico tuo praesertim cum delecteris. — *nug. r. p.* Sensus est: Quamuis nihil extra rationem facias, tamen decurras interdum
25 ad ludum et in paternam uillam *ACR.*

ac ne t. r. e. i. a. Sensus hic est: Noli, inquit, te retrahere ac denegare ludenti amico. Non enim excusare te potes quod ipse numquam luseris praesertim cum in uilla tua cum tuis saepe nugeris ac ludas. — *quamuis n. e.* Quamuis,
30 inquit, sapiens sis et omnem curam tuam ad numerum hominum modumque redigas h. e. ad rationem ad sapientiam, in-

1 tuum *Fabr.* (lauda animum tuum *Med.*) 6 Scis quo *om. codd.* Id est *Edd.* 6. 7 spectaturae *Fabr.* spectaturis *Pat. Med. Vt nos codd.* 14 *inclusa in lem. om. codd. Pat. Med.* 15. 16 nunc parthis scribit signat *Mon.* 16 recepit *om. codd.* 19 damno. Coniicere aut dic *Med.* 22 quod *Med.* ut *Fabr.* 27. 28 excusare potest *Mon.* exc. potes *Edd. Vt nos cod.* 28 cum nulla *Mon. et cod. sed hic in marg. ascripto* in uilla 29 nugaris *cod.* (ludas *Mon. Pat.*) 31 morumque *codd.*

terdum te tamen iocis ludoque delectas. Sic alibi ait: [1*] Dulce est desipere in loco *POR.*

61. *partitur l.* Naualem pugnam quam Augustus cum Antonio gessit imitare. — *actia p.* Quae fuit inter Caesarem et Antonium apud actiacum promontorium *ACR.* 5

partitur l. ex. Ait: imaginem pugnae actiacae quae fuit inter Augustum et Antonium tu Caesar facis *POR.*

62. *hostili m. refertur.* Agitur. Translatio a fabula quae cum agitur denuo referri dicitur. [Terentius: [2*] Hecyram ad uos refero quam mihi agere numquam licitum 10 est] *POR.*

63. *Hadria.* Mare in quo pugnabant Caesar et Antonius *ACR.*

lacus Hadria. Nomine Hadria; et tam diu nomina simulata seruantur donec alteruter uincat *POR.* 15

65. *cons. suis studiis.* Ille non solum studium laudauit sed etiam laudat *POR.*

66. *utr. t. l. p. l. Vtroque pollice συνεκδοχικῶς* 'manu utraque' scil. sublata et pariter saepius mota; hoc enim genus ualide laudantium est *ACR.* 20

utroq. poll. 'Vtraque manu'. Tropus synecdoche a parte totum, an quia qui uehementius laudat manus iungens iungit pollicem cum proximo? *POR.*

67—71. *protinus ut mon. Protinus* modo 'subinde' significat et est ἐπιδιόρθωσις. — *quid de quoque uiro.* Tria dixit: 25

2 in ioco *(sic!) codd.* (est *om. Pat. Med.*) 6 Vt *pro* Ait *codd.* 7 te caesarem facis *Mon. et* tu *supra scr. et sub* em *punctis positis cod.* tu Caesari *Fabr.* 8 Agitur transl. fabulae *Edd. Mon.* Agitur. Transl. fabulae *cod.* 9 dicitur *om. Mon. Inclusa om. codd. Pat. Med. et hoc schol. cum seq. in libris praeter Fabr. sedem mutauit* 14 Nomina Hadria *codd. Om. Fabr.* Nomine Hadria *Pat. Med.* 15 nec alterutrum uincat *codd.* 16 studio suo *sic codd.* 19 scil. *addidi* 21 Tropus συνεκδοχή *Fabr.* tropos syn. *rell.* 22 an quia uehem. *sic Mon.* an qui ueh. *rell.* (Vtraque manu compressa ut faciunt Deum orantes uam qui *etc. Auctar. COM. CR.*) 24 *ante lem. add. Mon.* protinus cum moueam. *Post lem. sic Edd.:* Modo substantiuum significat est est (*om.* ἐπιδ.) *Vt nos codd.* 25 de quo uiro *cod. Pat. Med.* deco uiro *(sic!) Mon.*

1* *Hor. Carm. IIII 12, 28* 2* *Terent. Hecyr. L. Ambiuius prologus 21 (30) Fleckeis.*

quid dicas de quo dicas cui dicas. — *percontatorem f.* Vera sententia est: Eadem enim libidine prodit et audit et quae audire desiderat perscrutatur. — *patulae au.* Paratae ad audiendum. — *et semel em.* Ἐν ὑπόκρισι terribiliter pronunti-
5 andum est *POR.*

72. *non ancilla t. i. u.* Monet quando in domo amici fuerit ne amet puerum eius aut puellam ne forte captus amore pandat secreta sua *ACR.*

non anc. t. i. Non ames, inquit, seruum aut ancillam
10 diuitis *POR.*

74. *ne pueri dominus.* Id est diues *POR.*

75. *mun. t. p.* Dans tibi puerum uel puellam cum maiora accipere deberes *ACR.*

incom. angat. Ne, inquit, [angat si] aut munere accepto
15 laeteris aut non accepto contristeris, cum omne munus sapienti res parua sit. Alii putant hoc dici: Ne sentiens insane appetentem puerum puellamue dominus pueri puellaeue beare te uideatur, ergo obnoxium faciat paruo munere h. e. mancipio donato, aut incommodus i. e. difficilis sit erga te ama-
20 torem. Alludit ad Vergilium, cui Alexandrum puerum Pollio dominus dono dedit *POR.*

76. *commendes.* Quando, inquit, aliquem laudare uis in praesentia diligenter considera antequam illum laudes, ne cum forte eum postea deturpaueris incurras in uerecundiam *ACR.*

25 76—80. *qual. c. e.* Monet ne quem incognitum potiori amico temere commendet huius [enim] periculo peccaturum [si peccet]. — *ne mox.* Ne postea. — *incutiant a. t. p. p.* Ne

1 percunctat. *Fabr.* percontare *cod.* 4 Ἐν ὑποκρ. *om. Edd.* (terribilem *Mon. et* i *supra* e *scr. cod.*) 7 non amet *Edd.* ne *COM. CR.* 11 ne pueri domini *Mon.* ne puri domini *cod.* ne dominus p. *Edd.* Dominus i. e. dines *Edd.* Id est diuitis *codd.* 13 accipies *Fabr.* acciperes *Med.* *(Dillenb. p. 18 probante)* accip. deberes *COM. CR.* 14 angat si *om. codd.* *Pat. Med.* aut *om. Fabr.* laeteris aut non accepto *om. Mon.* 16 dici: menties ami potentem *codd.* 17 puerum uel puellam *Edd.* pueri puellamne ne *codd.* 19 aut incommodum difficileque sit erga amatorem suum *sic codd.* 20 *pro* Alludit ad Verg. cui *codd. haec:* Per allegoriam confessio (confesso *Mon.*) Alexandri *Mon. et* um *supra scr. et in marg. add.* Alexin *cod.* 26. 27 *inclusa om. libri praeter Fabr.* 27 Ne postea *om. Fabr.*

alio, inquit, peccante tu erubescas qui eum commendaris diuiti. — *fallimur et quondam.* Non timet Horatius ne sub hoc praecepto ipse maleuolus uideatur, qui dicat non temere quemquam diuitibus conciliare oportere et ideo addidit: fallimur tamen et interdum indignum pro digno tradimus. Quid igitur fiet si peccauerit? minime defendendum. Decepit enim ipsum commendatorem quem sua culpa premet qui uere peccauerit et in offensionem uenerit sua culpa. — *ut penitus n. si temptent cr.* Ne tu, inquit, in cassum effundas defensionem, protege, qui ut saepe fit maledicorum criminatione cum laeditur, tu quoque labefactaris laudator commendatorque eius *POR.*

81. *tuteris.* Sensus est: Si quem uideris a malo homine uexari defende et tuere *ACR.*

82. *dente Theonino.* Theon enim dicacissimus i. e. loquacissimus fuit et maledicus, per quem maledici et detractores intelleguntur *ACR.*

qui d. th. c. Hoc est: qui cum mordetur ab inuidis et obtrectatoribus, succurendum tibi est ne tu quoque laedaris. *Theon* autem quidam illo tempore rabiosae dicacitatis fuit. — *ecquid a. t. post paulo u.* Ordo est: ecquid sentis? *POR.*

84—86. *nam t. r. a.* Sententia per allegoriam demonstrat uicinorum periculum nostrum esse. — *dulcis inexpertis c. p. a.* Dulcem esse dicit amicitiam diuitis ei qui non sit expertus; ceterum re ipsa plenam esse timoris ac molestiae *POR.*

87—89. *tu dum t. n. i. a. e.* Tu qui coepisti uide ne amicos offendas et ingratus fias. Per hoc ostendit aut non suscipiendas potentium amicitias aut susceptis obtemperandum. — *mut. r. t. f. a. Auram* allegoricos *mutabilem* dicit. — *ode-*

1 commendaueris *Mon.* 5 interdum tradi parum dignum *codd. fort. rectius* 6 minime defend. — peccauerit *add. ex codd. In Edd. per oculorum aberrationem exciderunt* 9 sit *in lem. i. e.* si t(emptent) *codd.* 10 protegere *codd.* 18 et *om. Edd.* 21 et quid *in lem. Mon.* panlo post *cod. Edd.* post panlo *Mon.* quid sentis *codd.* 23 inexpertis *Fabr.* inexperti *sic rell.* (*hinc et ex interpretatione* ei qui non sit expertus *fort. concludendum Porphyrionem apud Hor. legisse* inexperto) 24. 25 expertus *om. codd.* (ac *om. Mon.*) 29 Auram mut. *ἀλληγ.* dicit *Fabr.* (*Fort. post* dicit *addendum* diuitum)

runt h. t. Praecepta quibus amici potentiores cauendi sunt ne offendantur facile *ACR.*

87—96. *dum t. n. i. a. e.* Cum prosperum cursum amicitiae tenes; et est tropus allegoria. — *ne mutata.* Id est: Ne
5 ob aliquam offensionem merearis excludi; *aura* uel tenuis ac leuis culpa. — 89. *oderunt h. t.* Hic ostendit similem similibus delectari. — 92. *oderunt porr. n.* Hic ostendit quid sit leuis aura h. e. parua causa cur quis non ametur. Pocula recusantem non amant etiam si tu malam ualitudinem osten-
10 das ad excusationem non bibendi i. e. non amant negantem etiam si naturam causatur. — 94. *deme sup. m.* Ne te, inquit, tristem praebeas aut nimis seuerum; nam propter haec multi odium contraxerunt. — *plerumq. m.* Deest *etiam* ut sit 'etiam modestus'. — 94. *occupat o. sp.* A superiore pendet:
15 an parce intellegendum est non esse satis bonum? an sic accipimus: Ita te compares ut qualis es talis existimeris? — 96. Et doctrinam esse necessariam ad commendationem amicitiarum significat *POR.*

97—99. *qua rat.* Quia semper per ignorantiam uitiosi
20 sumus. — *mediocriter.* Id est: non potest ullo modo fieri ut cupido supra modum habendi et mediocritas utilium rerum possint regnare simul *ACR.*

qua rat. q. Id est: quemadmodum possis suauiter uiuere. — *inops cupido.* Auaritia. — *num p. e. r. m. u. s.* Recte

4 tropos *cod. Pat. Med.* dulcis inexperti. Ne *cod. Pat. Med.* ne mutata. Id est *in rasura man. rec. Mon.* retrors. te f. a.] Ne *Fabr.* 5 Aura autem tenuis ac l. c. *Fabr.* Aura id est *etc. Pat. Med. Vt nos codd.* (*Ceterum haec libri praeter Fabr. infra post* delectari *exhibent*) 8. 9 Pocula res autem non *Mon.* P. autem non *cod.* P. autem negantem non *Edd.* (*Poteram etiam* renuentem) 9 ualetud. *Mon. Fabr.* 10 bibendi negantem etiam mature causantur *codd.* quamuis] Negantem etiam naturae (maturae *Pat.*) causantur *Edd.* 12 hanc *libri* 14 *omisso lemmate* occupat *etc.:* Plerumque pendet a sup. pendet an per te (*supra* t *scr.* s *cod.*) int. e. n. e. s. bonum an accinis ita te comp. u. q. es (est *Mon.*) t. existimeris *codd.* Plerumque a sup. pendet an parce int. e. n. e. s. b. an s. accipimus etc. *Pat. Med. Vt nos Fabr. quam emendare non potuimus* 23 Scilicet *pro* Id est *Fabr. quae eadem alterum schol. omittit* 24 num *Mon.* non *cod. Pat. Med. Om. Fabr.*

dixit; utrumque enim est stultitiae uel pauere ne amittat uel sperare cum uoto ingenti res mediocriter utiles *POR.*

100. *uirt. d. p. naturane donet.* Id est: utrum doctrina an natura sapiamus *ACR.*

100. 101. *uirt. d. p.* Hae omnes quaestiones de morali philosophia sumuntur. — *quid te t. r. a.* Id est: uirtus quae facit sapientem nihil stulte facere potest ac per hoc se ipsum non laedere *POR.*

102—104. *quid pure tr.* Vere delectet. — *an secret. i.* Videtur hoc probare quod ultimum posuit; nam et alibi dixit:[1*] N e c u i x i t m a l e q u i n a t u s m o r i e n s q u e f e f e l l i t. — *me quotiens ref.* Hoc est: quotiens in rure meo sum *POR.*

104—106. *quem Mand.* Mandela pagus in Sabinis est, et non pagus bibit sed hi qui in pago sunt. — *quid s. put.* Quid putas me deos precari dum sum in rure meo nisi hoc quod tibi opto: uidelicet doctrinam uirtutem imminutionem curarum et ueram delectationem? *ACR.*

104—107. *Digentia.* Nomen riui fluentis per agrum Horati. *Mandela* pagus est in Sabinis nimis contrahens atque algidus frigore et rugosa faciens hominum corpora. *Bibit pagus,* tropus metonymia h. e. pagani bibunt; et hic est de quo ait:[2*] f o n s e t i a m r i u o d a r e n o m e n i d o n e u s. — *quid sent. p.* Deest '*nisi hoc.*' — *etiam minus.* Paratus sum, inquit, etiam minus habere quam habeo dummodo uiuam quemadmodum uolo *POR.*

109—112. *sit bona l.* Notandum quia studio deditus li-

1 est *om. codd.* 3 naturaue *Fabr.* (Ne douent *hoc lem. in Med.*) 5 de hac morabili *sic Mon.* 7 potest *om. libri.* (non *om. codd.*) 10 ultimo *Fabr. Med.* an qnod alibi *Fabr. Med.* au et alibi *Pat. Vt nos codd.* 12 quoties *bis cod., priore loco* quotiens *Mon.* 13 Mandela *post lem. addidi* 16 uirtutum *Fabr.* 18 Dig. nomen riui fluentis *Mon. et quidem* g *et* uomen riui *in rasura et Auctar. COM. CR.* Dicenti an omnes riui fluant *cod.* Digentia] riuus fluens *Edd.* 20. 21 uiui pagus *cod.* bibit pagus *et* bibit *in rasura Mon. Pat. Med.* bibit rug. fr. pag. *sic Fabr.* 21 sic *Edd.* hic *codd.* 22 ait etiam: fons etc *Edd.* 23 Deest nisi hoc etiam minus *etc. ut unum schol. eueniat libri; duo esse et iam Dillenb. p. 18 recte monuit* 26 studiosus *Fabr.* studio solitus *Med.* studio solito *COM. CR.*

1* *Hor. Epist. I 17, 10* 2* *Hor. Epist. I 16, 12*

brorum copiam prius quam fruges uictumque est precatus. — 110. *copia neu fl.* Ne animus meus dubia spe sit insatiabilis. — 111. *sed satis e.* Haec, inquit, a Ioue petam quae mihi praestare non possum i. e. uitam opes et cetera; ut ae-
5 quum animum geram in mea magis est potestate *POR.*

sit bona l. Studio deditus prius librorum copiam quam frugis uictusque est precatus. — *ne fluitem d. s.* Id est: Ne alieni conuiuii sub incerta inuitatione tempus expectem. — *sed satis est o. I.* Haec a Ioue, inquit, petam quae ipse mihi
10 praestare non possum; ceterum ut aequum animum geram in mea magis est potestate quam Iouis *POR.*

EPISTVLA 19.

1. *Prisco s. c.* Hanc epistulam ad Maecenatem scribit in qua describit pragmatiam suam i. e. causam propter quam composuerit carmina; sed prius uituperat imitatores Cratini
15 qui docuit nullorum carmina esse stabilia nisi potulenti et ebrii essent, trahens occasionem ipse Cratinus ex Homero et Ennio, in quorum libris laus inuenitur uini; non tamen poetas esse dixerunt debere uinosos. Qui Cratinus tantae uinolentiae fuit ut solitus fuerit supra pelles recumbere [in] quas commeiere
20 consueuerat; hoc etiam epigramma in monumento eius testa-

1 primum *Edd.* prius *COM. CR. et Porph.* est *om. Med.* (*fort.* precatur *scr.*) 2 *duo postrema schol. inuerso ordine et om.* nen fl. *Med. et Fabr. magis etiam sic turbat:* sed satis e. o. I. q. donat e. a.] Haec — potestate, ne animus meus *etc. Verum iam Dillenb. p. 18 uidit* 6 Stndio *codd. Om. Edd. Nos* deditus *addidimus* (*deinde* libr. cop. prius *Edd.*) 7 neu *Fabr.* ne *rell.* Id est *add. ex Mon. Deinde:* Ne a. c. s. i. Iuitione t. expectem *Mon.* Ne a. c. snb incerto nicio ne tempus & spem *cod.* Ne a c. spe snb incerta (-to *Pat.*) nersus ac temp. expectem *Pat. Med.* Ne a. c. spe in incerti uerser ac t. exp. *Fabr.* 9 poetam *(sic!) Fabr. quod apertissimum operarum uitium Braunhardus ut solet non uidit. Correxit et Dillenb. p. 18*
19 in quas *Edd.* quas *COM. CR. rectius* comeiere *Med.* comedere *Fabr.* (Commeiere *uerbum hodie quod sciam non extat nisi apud Charisium p. 261 P. p. 173 L. p. 294, 15 Keil.* 'commeiere lectum' *et in Gloss. Gr.-Lat.* 'commeio κατουρῶ') 20 monnmentum *Fabr.*

tur. In suis etiam fabulis negat bonum esse poetam qui uinosus non fuerit. Hic per hanc uinolentiam tantae libidinis fuit ut cubiculum suum speculis adornaret quatenus et coitum suum spectare posset *ACR.*

Prisco si credis M. Hac epistula ad Maecenatem scripta pragmatiam suam uult in Carminibus demonstrare; sed prius uituperat imitatores omnes et in primis poetas qui uirtutes eorum quos admirati sunt non adsecuti, continuo se his ipsis similes fore existimant si sola illorum uitia consectentur; ueluti faciunt qui, quod fama est Homerum uinosum fuisse, putant se bonos poetas reddi posse uinulenti. Ergo hoc totum per inrisionem dicitur non quod Horatius id ipsum uerum existimet, uel de Cratini opinione uel de Homero temulento aut E n n i opinione *POR.*

3. 4. *ut m. s. adscripsit.* *Vt* temporis aduerbium est quasi dicat 'exinde ut'; *adscripsit* bene tamquam in legionem suam, nam h o c uerbum militare est. Et est ordo: ut male sanos adscripsit Liber satyris faunisque poetas *POR.*

4. *adscripsit L.* [Democritus] exclusit suo iudicio sanos poetas a numero musarum, dicens insanos in numerum faunorum et satyrorum deorum transire quasi ueriores. Vnde per ironiam hic dicit, quod postquam Liber pater insanos poetas numero satyrorum adscripsit ipsae musae etiam mane sobriae non fuerunt olentes adhuc uinum nocte potatum *ACR.*

5—11. *uina f. d. o. m. c.* Et haec *εἰρωνεία* est, ipsas quoque musas etiam mane sobrias non fuisse. — 6. *laud. a. u.* Facete addit Homerum tamquam uinum et in Iliade et in Odyssea saepe laudauerit. — 7. *Ennius i. p.* Hoc totum cum

5 Haec *libri* (pragmaticam *cod.*) 6 praemonstrare *Edd.* 7 qnos *om. Pat. Med.* qnos *et* sunt *om. Fabr.* 8 continno. De his *codd.* 10 qui *ipsi addidimus* nitiosum *Mon. et* n *supra* t *scr. cod.* 11 uinulenti *codd.* uinolenti *Pat. Med.* ninolentia *Fabr.* hoc totum religionum per *codd.* inrisorem *Mon.* irrisorem *cod. Pat. Med.* 13 Ait enim et per opinionem *Fabr. Med.* ait enim opinionem *Pat.* aut enni opinione *codd.*
15 adscribit *codd.* adscripsit *Pat. Med. Om. Fabr.* 16 exinde ut scripsit. Bene *sic codd. Pat. Med.* exinde. — asscripsit] Bene *Fabr.* 19 ascripsit *Fabr.* 25 *ἰρωνία codd.* ironia *Edd.* 27 addito Homero *codd.* addito Homerum *Pat.* *prius* et *om. Edd.* (odyssia *codd.*) 28 laudauit *codd. Pat.*

imitatione quadam dicitur stultae persuasionis; *pater* autem Ennius ideo quod ipse primus Latinorum ad heroici uersus imitationem aspirauerit. — *ad arma.* Ad libros Annalium quos Ennius scripsit. — [*prosisiluit dic.* Vt: [1*] Cui non
5 dictus Hylas. —] 8. *forum.* Per forum causidicos et iuris consultos significat. — *putealq. Lib.* Per *puteal* praetorem ac iudicem significat. Puteal autem Libonis sedes praetoris fuit prope arcum fabianum dictum quod a Libone illic primum tribunal et subsellia collocata sunt. — *mand. s.* Sobriis tra-
10 dam. — *adimam c. s.* Vt ineptum est, inquit, iuris dictionem non a sobriis geri sic absurdum est cantare ieiunos. — 10. *hoc s. edixi n. c. p.* Statim ut hoc, inquit, omnibus dixi ..... — 11. *nocturno c. m.* Hoc est dies noctesque potare *POR.*

12. 13. *quid si quis u. t. f.* Sensus est: si quis uestem
15 uultumque Catonis imitetur numquid etiam uirtutibus erit Cato? Cato enim consul Romanorum ut terribilior appareret hostibus intonsa barba et capillis manebat cum duro calceamento et cum toga exigua ut uelocior esset. — *pede nudo.* Hoc de quocumque philosopho; Cato enim nudis pedibus non
20 fuit. — *exiguaeq. t. s. text.* Qualem fecerit textor *ACR.*

quid siquis u. t. Quid si aliquis, inquit, uestem uultumque Catonis imitetur numquid continuo etiam uirtutibus Cato fit? — *exiguaeq. t. s. t. Catonem.* Metonymia; id quod fit pro eo qui facit *POR.*

25 15. *rupit Hyarbitam.* Hyarbita Maurus fuit regione qui cum Timagenem philosophum post conuiuium et inter pocula

3 adspirauerit *Mon.* 4 *schol. inclusum om. codd. Pat. Med. rectissime* 6 putealq. Lib. Per — signif. *om. Pat. Med.* Per — signif. *om. Fabr. simul cum seq. uoce* autem 9 sunt *Mon. Auct. COM. CR.* sint *rell.* 10 dictionem *codd. Pat.* ditionem *Med.* 12 edixi *in lem. Mon.* edixit *rell.* inquit, uisum est omnibus dixisse. *sic Edd.* inquit omuibus dixisse uti stulti sunt heropam *sic codd. Neutra adsecuti lacunam signare maluimus* 17 cum diro coloramento *Fabr.* cum diro calerameuto *Med.* cum duro calceam. *COM. CR. (apud quem omnino hoc schol. sanius esse uidetur)* 23 sit *libri* simul et textore Catone *cod.* 25 Iarbitam *rectius COM. CR.* 26 Timaginem *Fabr.* thimagenum *Med.*

1* *Georg. III 6*

declamantem uellet imitari et non posset inuidia quodammodo diruptus est *ACR.*

rupit Iarbitam. Exemplum stulti imitatoris interposuit. Nam hic Iarbita Maurus regione fuit Codrus qui dum Timagenem imitatur post conuiuium et inter pocula declamantem propter insolentiam faciendi quod conabatur ipse diruptus est; Timagenes enim multos adhibere solitus est et cenae et declamationi suae dumque ab illis multum laudatur ad imitationem sui prouocasse Iarbitam dicitur, qui se et stomachum subrupit, dum Timagenem et dicendo et pascendo amicos conatur aequare *POR.* 5 10

17. 18. *decipit ex. u. i.* Decipiuntur, inquit, stulti qui cum proposuerint sibi bonorum exemplar eosdem tantum uitiis imitantur, ut ille qui Catonem imitari se putat si semper tristis ac sordidatus incedat. — *quod si pallerem c.* Quod si me casus, inquit, pallidum fecisset imitator meus medicaminibus uteretur et cuminum potaret ut sic pallidus factus mei similis crederetur. Aiunt enim cuminum dilutum et potum pallidum facere; *exsangue* ergo pallidum *POR.* 15

exangue cum. Vt pallorem nimium possent imitari, quoniam cuminum potatum pallidos reddit homines *ACR.* 20

2 discerptus *Edd.* ruptus est *COM. CR.* 3 rupiti arbuthant *Mon.* rupit iarbitham *cod. sed* i *mutato in* y *et supra scr.* b. rupit biarbitam *Pat. Med.* r. Hyarbitam *Fabr.* 4 barbutha *Mon.* regione *om. Edd.* Cordus *Mon. Auctar. COM. CR. et punctis suppositis cod.* Codrus *coni. Weichert; cfr. Forbiger ad Verg. Buc. VII 26; plura Obbarius p. 505* quidam Timaginem *Mon. et pr. m. cod.* 6 ipse *codd.* paene *Edd.* (disr. *Edd.*) 7 Timagen enim *cod.* magni erunt *Mon.* conabatur adhib. et cenae *Edd.* conab. adh. solitos (-tum *Mon.*) et cenae *codd.* 8 ab bis *Edd.* 8. 9 in admirationem sui *Edd.* 9. 10 stomacho suppeti subrupit *sic codd.* stomachum abrupit *Fabr.* stomachum subr. *rell.* 10 dum tibi magen *Mon.* dum Timagen *cod.* 13 propo sibi *supra add.* situm *cod.* propositum sibi *Pat. Med.* propositum sit *Fabr. Vt nos Mon.* 15 pallerent *in lem. codd. Pat.* (si *om. cod.*) 15. 16 Nec si uitiosum inquit pallidus egissem *sic codd.* Quod si me oc inquit pallidum egissent *Pat.* Quod si me casus i. pallidum egisset *Med.* 17 ut cum inpotaret *Mon.* ut cuminum putaret *cod. Pat. Med.* et sic *Mon.* sic *rell.* mei *add. ex codd.* 19 exsanguem ergo palli. *codd.* exanguem e. p. *Pat. Med.* Bib. exangue cum] Exangue pro pallido *Fabr.* 20 possint *Edd.* (*Ceterum in Fabr. ante hoc schol. aliud legitur ex hoc et superiori conflatum:* Exang. c.] Vt pallorem nim. possint imi-

19—25. *seruum p.* Mire ait *pecus seruum* quoniam negant Stoici quemquam liberum esse praeter sapientem. — *libera p. u. p. u.* Ego primus romano sermone lyrica carmina scripsi. — *dux regit ex.* Solus audet praecedere *ACR.*

5 *o imit. s. p.* Tam enim seruus ad alienum praescriptum uiuit quam ille qui est imitator alterius. — *libera p. uac.* Iam de se dicit ostendens et quae et quomodo carmina scripserit; sic enim incipit quasi neminem fuerit secutus sed libero consilio sua inuenta conscripserit; *per uacuum*, quia nemo prae-
10 cesserit. — *qui sibi fidet.* Praecedere, inquit, solus audet qui recte sibi confidet, habetque alios curae imitatus regem apium se sequentium ducem. — *parios.* Ideo *parios* quia Archilochus parius et iambici carminis scriptor. — *non res.* De Archilocho, inquit, transtuli nil praeter metrum res et argumenta
15 neglexi quibus ille Lycambam persequitur a quo repudiatus est gener *POR.*

25. *Archilochi.* Non res inquit transtuli de Archilocho sed exemplar metri et non eadem uerba sum imitatus, quibus est persecutus socerum suum Lycamben ut se laqueo sus-
20 penderet *ACR.*

26. *ac ne me f.* An ne me parcius laudes tamquam in metris nihil innouare ausum ac proferre pro meo, multa, in-

tari et non posset inuidia quodammodo discerptus est *Ne hunc quidem errorem uidit Braunhardus; uidit Dillenb. p. 18* 4 qui sibi fidit *lem. in Edd.* (procedere *COM. CR. Om. Edd,*) 8 inquit *Fabr.* incipit *codd. Pat.* (sic enim incipit *om. Med.*) 9 perscripsit *Pat. Med.* perscripserit *Fabr.* conscripsit *codd.* 9. 10 per uacuum autem *et* praecesserat *Fabr.* 10 fidit *Fabr.* fidet *rell.* audet *codd.* habet *Edd.* 11 Habetque alios pro ea mihi regem appium sequentibus. *sic codd. Vt nos Edd. nisi quod Pat. Med.* se *et* ducem *om. et* in sequentibus *habent. Nos neutris contenti Fabr. secuti sumus emendationem aliis relinquentes* (sequentium *habet Ritterus*) 12 parius *bis pro* parios *codd.* (Ideo q. Parius est Arch. *Fabr. Med.* Ideo parios q. p. e. A. *Pat.*) 13 Non res de A. i. tr. pr. metrum ceterum res *sic codd. et addito* nil *post* transtuli *Pat.* Nam de Ar. inq. tr. nil pr. metrum sed res *Fabr. Med. Nos* non res *lemma fecimus et* ceterum *deleuimus quod per dittogr. ex* metrum *ortum uidetur* 15 neglexit *codd.* Lycamben *Fabr.* a *om. codd.* 21 me ne *in lem. codd. Pat. Post lem. uero codd.:* Ideo timendum ac ne *etc.* 22 innouare *Edd.* inquare *(sic!) codd.*

quit, ex diuersis auctoribus etiam ipse conposui docetque quemadmodum conposuerit *POR.*

28. *temp. A. m. p.* Metrum, inquit, Archilochi quod nos imitamur temperamus uersibus Alcaei et Sapphus [quos imitor]; sed neque eodem ordine uersuum utuntur neque rebus 5 quibus socerum insequitur *ACR.*

temp. A. m. Et Archilochi, inquit, musa utimur et Sapphicis uersibus. *Mascula* autem Sappho uel quia in poetico studio uersata est in quo saepius mares uel quia tribas diffamatur fuisse *POR.* 10

29. *ordine disp.* Quia tantum pedes tulerunt non materiam *ACR.*

29—31. *temperat Alc.* Miscemus inquit et Alcaei metrum sed neque eodem ordine utimur uersuum. — *nec soc. q.* Socerum Lycambam poscit. — *nec sponsae l.* Νεοβούλην dicit; 15 hanc enim ad laqueum dicitur Archilochus conpulisse infami carmine *POR.*

32. *non alio d. p.* Archilochus graecus poeta primus fuit et ego apud Latinos primus lyrica carmina scripsi *ACR.*

32—34. *hunc ego.* Archilochum scilicet. — *non alio di.* 20 Hoc est quod dicit nullius se imitatorem esse dumtaxat in auctores. — *inmemorata.* A nullo ex Latinis ante me dicta. — *ingenuis.* Hoc uel ad Archilochum refertur multa obscena dicentem uel ad Lucilium qui aeque multa punice spurca conposuit *POR.* 25

1 etiam ipse *codd.* etiam *Pat. Om. rell.* doceatque *codd. Pat.* 2 quemadmodum *codd. Pat.* quomodo *Fabr.* quo *Med.* (ipse couposuerit *Pat.*) 4 Sapphi *Fabr.* 7 musa *om. cod.* (Inquit utimur *supra scriptis* musas. Et Archilochi *Mon.*) 7. 8. safficis uersibus *codd.* Sapphus *Edd.* 8 masc. Sappho] Vel *etc. Med. Fabr.* 9 uersata *om. codd.* saepius euituit uel *Edd.* saepius mari *Mon.* saepius euari *cod.* (uel quia in poeticis mares aquauit uel *Auct. COM. CR.*) 14 *fort. post* sed *excidit* neque eisdem rebus *siue* neque eadem materia et soc. *in lem. codd.* 15 poscam *codd.* *omisso lemmate:* NEOBOYAIN uicit has e. *Mon.* νεοβουλεμ uicit has e. *cod.* nec spondae inicit laqueum. eum enim *sic Pat. Med.* nec sp. l.] Eam enim *Fabr.* 20 scilicet. Non aliunde hoc est *Mon.* scil. Non alium. hoc est *cod. Pat. Med.* scilicet, non alium. Hoc est *Fabr.* *Nondum sanum hoc scholium esse probe scio* 22 a nullo se timoris ante *(sic!) codd.* 24 punices purcaea *Mon.* punice spurcea *cod.* punice spurca *rell.* princeps spurca

35. *scire uelis.* Excusat se cur cum probetur a plurimis bene sua carmina composuisse non tamen habeat laudatores. Ostendit quod propter inuidiam quae inimica est uirtuti [cum] per domos aliorum legeretur et publice detraheretur: [et] quia
5 non conducebat muneribus cibi et uestium fauorem uulgi quod solent amatores adulationis agere *ACR.*

scire uelis mea. Deest *audies*, ut sit: Si uelis scire audies. Et hic se excusat quod cum probetur a plurimis non tamen habeat laudatores, uolens hanc causam esse quod propter in-
10 uidiam quae inimica uirtutis est, etiam ipse non adibat grammaticos cum suis auditoribus promerendo *POR.*

40. 41. *grammat. a. t.* *Grammaticas tribus* ipsam discipulorum multitudinem dicit, *pulpita* uero ipsos magistros. — *hinc illae l.* Hinc illa causa est, inquit, propter quam et alii
15 laudantur. . . . . — *spissis i. th. scripta.* Haec quasi uerba sunt Horati excusantis cur non quod scripsit in publicum proferat *POR.*

42. *et nugis add. pondus.* Illi nugis suis pondus laude accumulari gaudent qui carmina sua inhoneste laudari cupiunt *ACR.*
20 *nugis add. pondus.* Hoc est: pro re magna uastum pondus pronuntiationis adferre, alioqui nugas peiores meliores facere recitando *POR.*

43. 44. *rides ait.* Haec inuidi uerba sunt respondentis

COM. CR. unde cynice spurca *Dillenb. p. 18.* deinceps spurca *van Heusdius*
1 nelim *Med.* 2 se non *Fabr.* 3 *aut* cum *aut* et *illud ante* publice *delendum; item* et *ante* quia 7 Scire u. mea decusi et audies ut si si *Mon.* sc. u. m. decusiet au. ut sit si *cod.* (*Fort. scrib.:* Deest et 'si' et 'audies' ut *etc*) 10 amica *Mon.* et iam ipse audiendam gr. c. s. audit. pr. *Mon.* etiam i. audiebam gr. c. s. audit. pr. *cod.* etiam i. non audebam gr. c. s. auctoribus pr. *Pal. Med.* etiam i. non adibam g. c. s. auctoribus *Fabr.* *Haec lacunosa esse putamus* 12 *lem. om. codd. Pal. Med.* 14 illa *om. Edd.* 15 laudaturitugenon *Mon.* laudaturi trigenon *cod.* *in quo quid latescat nescio; sed sine dubio lacunosus est locus* Haec sunt uerb. Ho. exc. cur non scripserit quod in p. prof. *Edd. Vt nos codd.* 18 iu uugis *Edd. et paulo post* quia *Fabr.* (accumulari *Med. COM. CR.* accumulare *Fabr.*) *Cfr. Dillenb. p. 19 qui iam omisso* in *scripsit* qui 21 magnas *Mon.* 21 pronuntians: referent alii qui n. p. facere rec. solent *sic Edd.* pronuntiationis afferrent (adf. *Mon.*) alioqui n. p. fac. rec. *sic codd. Nos aut* meliores *addendum aut pro* peiores *scrib.* meliores *putamus*

Horatio, ut si dicat: Inrides cum ais diffidentem te non recitare uulgo cum superbus fastidis ceterorum aures et Caesari soli legas. — *fidis e.* Adhuc aduersarii uerba sunt exprobrantis quod Horatius multum sibi adroget de carminum suauitate *POR.* 5

45. 46. *tibi p.* Iudicio tuo contentus te ipsum laudas. — *ad haec.* Ordo: Ad haec ego. — *naribus.* Sannis uituperantium *POR.*

ego nar. uti. Illius ad uerba uereor libere et urbane tendere ne eum ad iracundiam prouocem *ACR.* 10

47. *formido.* Timeo esse fastidiosus sed honestas quaero excusationes ne recitem *ACR.*

et luctantis a. n. s. ungui. Per hoc significat multos aemulos omissa arte de qua certamen est aliter laedere non cauentem, ut qui in luctatione unguem inprimit ad lacerandum aduersarium *POR.* 15

48. *displ. i. l.* In quo palam recitatur *POR.*

clamo. Id est: reprehendentium timore coactus dicam quod mihi displiceat locus ubi recitem *ACR.*

diludia p. Diludia dicuntur tempora quae gladiatoribus conceduntur, ut inter dies quinque pugnent *ACR.* 20

dilud. p. Intermissionem ludorum uel dilationem *POR.*

49. *ludus e. q.* Haec causa est cur diludia postulet *POR.*

---

1 irridet (inr. *Mon.*) cum ait diffideutiam te non rec. uulgo cum superbo (super uo *Mon.*) fastidies (fastidiis *Mon.*) c. aures Caes. soli legas (soli leg-cos *Mon.*) *sic codd.* irrides cum te diffideutem (-tiam *Pat. Med.*) ais uou rec. u. cum superbia fastidias (diis *Pat. Med.*) cet. aures Caes. s. legas *Edd.* 3 adhuc in diuersa uerba s. expr. *codd.* Aduersarii adhuc u. s. expr. *Edd.* (adroget *Mon.*) 6 Iudicio nou couteutus laudes *codd.* 7 Naribus. Sanuis uit. *Mon.* Nar. cauinis nit. *cod.* Nar. uti] Nar. caninis uit. *Edd.* (*Ceterum in libris praeter Fabr. huic scholio praecedit schol. ad u. 48:* Displicet *etc. et sequitur schol. ad u. 47)* 10 *pro* tendere *ex COM. CR. legi iubet* respondere *Obbarius* 13 luctantibus *Mon. et pr. m. cod.* (ungui *libri*) 14 arte descendere in certameu, ut qui *etc. Edd.* *Vt nos Mon. et omissa* qua *uoce cod.* 17 palam recitat *Mon.* pal. recitatur *cod.* recitatur pal. *Edd.* 21 couceduntur inter d. q. pugnant *Med.* couc. ut intra d. q. pugneut *Fabr.* couc. ut inter dies munerum quibus pugnant '*antiquum exempl. Acronis' Canteri (Nouae lectt. 6, 4 apud Grut. III p. 644) fort. recte; eadem nisi quod* pugnatur *habet COM. CR.* 23 dilatationem *Mon.*

EPISTVLA 20.

1. *Vertumnum I. l. s. u.* Hanc epistulam metaphorice inscripsit 'ad librum suum' quasi rem animatam, significans in publicum eum uelle procedere se uero prohibere. *Vertumnus* et *Ianus* dei sunt qui praesunt negotiis ementium et uenden-
5 tium, ante quorum templa erant loca in quibus cum ceteris rebus etiam libri uenales erant. Per deos autem μετωνυμικῶς loca significat *ACR*.

Vortumnum I. l. Mirum est hanc adlocutionem inter epistulas poni cum neque ad absentem neque ad [praesentem] ho-
10 minem scripta sit, nisi quia receptum est et principia et fines in omnibus libris nullius legis formula contineri. Vnde sic Lucretius incipit primum epicureae sectae librum, sic Vergilius finit in Georgicis quartum. Haec itaque cum libro suo uidetur loqui quem inpositum ante finem cupidum esse dicit in
15 publicum prodeundi cum domi continendus sit, ne in magnos lectores incidens uituperetur. *Vortumnus* autem deus est praeses uertendarum rerum h. e. emendarum et uendendarum, qui in uico Turario sacellum habuit. *Ianus* quoque similiter uicus est ab Iano gemino sic appellatus qui in eo arcum habet sibi
20 consecratum. Per quos deos loca significat, in quibus cum ceteris rebus etiam libri uenales erant. Sane et ex his uersibus et in principio sequentis libri apparet Horatium hoc uolumen quasi nouissimum totius operis habuisse; nam secundum Epistularum coactus adiecit *POR*.

2 ad librum suum *ipse add.* in rem *Edd. et paulo post:* sign. librum suum in publ. uelle 6 *μετων.* autem *Fabr.* (*μετων. om. Med.*) 8 Vortumnia numquam liber *in lem. Mon.* (Vertumn. I. l. *cod. Edd.*) ad hanc locut. *Mon.* hanc lucut. *cod.* hanc locut. *Edd.* 9 praesentem *om. Mon., supra lin. add. cod., addunt Edd.* 12, 13 sic Virg. quartum Georgicorum *Fabr.* sic V. finit georg. IIII *sic Pal. Med. Vt nos codd.* 14 ante imp. f. *Fabr.* imp. (inp. *Mon.*) a te f. *codd.* imp. ante f. *Pal. Med.* 15 prodeunti *codd.* 16 Vort. *et hic Mon.* (Vertōnum *Pal.*) 18 Thurario *Edd.* 20 locos *Mon.* 21 ueniale *Mon.* Sane ex his *libri praeter Mon.* 22 sequens *Mon.*

2. *Sosiorum p. m.* In mensa Sosiorum qui graece *βιβλιοπώλαι* dicuntur i. e. uenditores librorum. Dicti Sosii a familia quorum mensam poetica licentia pumicem uocat *ACR*.

2—4. *scilicet u. p.* *Ἐν ὑποχρίσει* quasi magnae temeritatis sit hoc librum uoluisse; *prostes:* proponaris uenalisque sis. 5 — *Sosiorum p. m. Sosi* illo tempore fratres erant bibliopolae celeberrimi. — *odisti cl.* Odisti includi et sub sigillo esse, quod pudicis, inquit, gratum esse consueuit. — *paucis o. g.* Doles, inquit, quod paucis recitem. — *communia.* Conuentus publicos *POR*. 10

7. 8. *et scis in breue te cogi.* Hoc est nec totum nec per ordinem recitari fastidio poscentum *POR*.

cum pl. l. a. Plenus i. e. ebrius ac satiatus lector piger est ad legendum *ACR*.

9. *quod si n. o. p. d. a.* Quod si ego augur tuus sum 15 i. e. diuinitus tibi peccanti futura praedico, non odio tui loquor: Tam diu carus eris quam diu noui libri pulchritudinem retinueris, at cum fueris sordidatus per processum temporis, nemo te optabit atque describet, sed aut carie consumeris aut fient ex te opistographae epistularum *ACR*. 20

quod si n. o. p. Sensus: Quod si ego quasi augur tibi nunc peccanti futura praedico non odio tui loquor: Tam diu Romae carus eris quamdiu retinueris pulchritudinem noui libri, tempore uero cum sordidior factus fueris nemo te ornabit atque describet sed aut carie consumeris aut fient ex te opistographae epistulae *POR*. 25

13. 14. *aut fug. Vticam. Vtica* Africae, *Ilerda* Hispaniae est ciuitas; ac per hoc bellorum ciuilium causa adhuc illic romanum exercitum detineri significat. — *ridebis m.* Id est: ridebo *POR*. 30

4 *EN ΥΠΟΧΡΙCΕΙ Mon. Om.* omnino *Edd.* 5 prostes autem *Fabr.* 6 Sosi *codd.* Sosii *Edd.* 11 totum te per ordinem *Edd. Vt nos codd.* 17. 18 pulchritudine retineris *Med.* pulchritudine retineberis *Fabr. Nos ex Porph. emendauimus* 24 cum *om. codd.* 25 describit *Mon.* (*deinde* chartae *pro* carie *codd.*) 25. 26 opistogr. *codd. Pal. Med.* opisthogr. *Fabr.* (*et apud ACR. libri*) 27 Aphricae *Edd.* (hilerda *Mon.*) *ante* Ilerda *nouum lem. add. Fabr.*: mitteris Ilerd. 28 per hoc propter hoc *codd.* causa *om. codd. Pal. Med.* (*et* ciuilium *supra scr.* ciuilibus *cod.*) 29 signif. *om. codd.* 29. 30 Id est ridendo contemnet *Fabr. Vt nos rell.*

17. *hoc quoq. t. m.* Satirice omnia quae detestatur dicit inminere libro suo *POR.*

docentem. Ita loquitur quasi ipse liber pueros elementa docturus sit *ACR.*

5 *pueros elem. docentem.* Quasi ipse liber pueros elementa docturus sit *POR.*

18. 19. *balba s.* Id est: ut senescas balbutientium meditatione. — *sol tepidus.* Secundum morem librariorum et magistrorum loquitur qui circa quartam uel quintam horam dictata pueris 10 praebere consueuerunt, quo tempore tractabiliores sunt *ACR.*

extremis i. u. In ultima uicorum parte, ut Terentius[1*] in última platea dicit. — *balba s.* Balbus senex. — *cum t. sol t.* Secundum morem librariorum locutus est qui circa quartam uel quintam horam dictata pueris praebere consueuerint 15 quo tempore tractabiliores sunt *POR.*

20. *me libert. n. p.* Ipse enarrat uitam suam cynice non dissimulans humilitatem generis; se esse prouectum *POR.*

21. *maiores p.* Vltra dignitatem meorum natalium me amicitiam Caesaris acquisiuisse et principum *ACR.*

20 22. *ut q. g. demas.* Causam exponit cur non uerecundetur humilem genealogiam profiteri scilicet quia quod non haberet ex parentibus haberet ex sapientia *ACR.*

ut q. g. d. Causatur cur sibi non tacendi sint parentes *POR.*

25 23—27. *primis u. b. pl. d.* Maecenati Pollioni et ceteris. *Belli domique:* haec modo aduerbia sunt accipienda non nomina. — *corporis ex.* Haec descriptio characterismus dicitur. — *praecanum.* Propera canitie et ante annos albo capillo. — *solibus apt.* Solitum iacere sub sole et chroma fa-

1 dicitq. *Mon.* *idem* inminere. (imin. *cod.*) 5 *hoc schol. in omnibus libris infra post* balbus senex *locum habet ita:* senex pueros el. docens etc. *Edd.* senex. Pueros elem. docentem *Mon.* senex. Pueros elem. docens *cod.* 11 In *om. Edd.* 13 circum *supra a scr. cod.* 14 consuerint *cod.* consneuerunt *Edd.* 17 generis ac se *Edd.* 18 me *addidi* 21 quia *addidi* 23 cur *om. codd.* 26 belli placuisse domiq.] Haec *sic Fabr.* 27 characterismos *Pat. Med.* χαρακτ. *Fabr.* 28 propera canitiem *Mon.* properam canitiem *cod. Pat. Med.* propter can. *Fabr.* 28. 29 albos capillos *Fabr.* 29 latere *codd.*

1* *Terent. Phorm. I 4, 37 (215) Fleckeis.*

cere. — *tamen ut plac. e.* Ἐπιθεράπευσις, qua purgauit quod se confessus est iracundum. — *for. m. siquis t.* Facete quasi dicat: non omnes sciant sed ille solus quicumque quaesierit. — *quater und.* Annos quattuor et quadraginta dicit et simul ostendit et quo mense natus et quo anno aetatis suae hunc 5 perscripserit librum *POR.*

28. *anno.* Eo anno conpleui quadraginta quattuor annos quo Lollius consul sortitus est socium Lepidum in consulatu *ACR.*

collegam L. q. d. Lollius. Figurate pro eo quod est: quem 10 annum Lollius duxit cum collega Lepido. Et *duxit* 'sortitus est' accipiamus quia sortem duci dicimus. Etenim tam diu quis collega dicitur quam diu ipse cum collega est propter quod hoc nomen ad aliquid dicitur *POR.*

3 diceret *Fabr.* 6 perscripsit *cod.* praescripserit *Mon.* *Paulo post librum om. Edd.* 7 compleuit *Fabr.* compleui *Med. COM. CR.* 10 per id *libri* 11. 12 pro sortitus est *Fabr.* 13 cum *om. codd.* *(Postrema non adsequor)* 14 *post* dicitur *Mon. hanc subscriptionem habet:* EPISTVLARVM LIB. I. EXPLICIT INCIPIT II. FELICITER

SCHOLIA

IN EPISTVLARVM LIB. II.

EPISTVLA 1.

Cum tot sustineas. Augusto petenti sibi aliquid operis dedicari scribit Horatius id ideo huc usque non fecisse ne iacturam rei publicae faceret si Caesarem uersibus suis a re publica reuocaret. Paulatim ad hoc descendit ut de iudicio 5 temporis queratur quo antiquos poetas laudamus tamquam merito tantum uetustatis meliores sint *ACR.*

Cum t. s. e. t. n. s. Apparet hunc librum ut supra diximus hortatu Caesaris scriptum esse; cuius rei etiam Suetonius[1*] auctor est. Nam apud eum epistula inuenitur Augusti 10 increpantis Horatium quod non ad se quoque plurima scribat. Ergo hoc principium cum laude imperatoris et ab excusatione quod illum uoluit occupatum in re publica suis inpedire sermonibus. Totaque sententia huius epistulae de poetis est ad hoc ut subtiliter in eorum fauorem Caesarem moueat. 15 Dicit enim Horatius Augusto soli contigisse ut inuidiam uirtute uiuus euinceret; ceterum autem et quamuis melioribus anteponi *POR.*

1—4. *Cum tot sust.* Totus hic est sensus: Cum tantis

2 id *addidi* 8. 9 Suetrenius *Mon.* 11 hic *Mon.* 12 nolit *cod.* nobit *supra scr.* u *Mon.* 14 suptiliter *cod.* Caesar moueatur *Med. Fabr.* 16 et in quamuis *codd. (sed cod. punctis sub* et in *positis). Ceterum haec postrema lacunosa uidentur esse; cfr. finem schol. Acr. et COM. CR.*

1* *Sueton. deperditt. librr. reliquiae p. 296, 38 ed. Roth.*

rebus detinearis o Caesar rem publicam administrando, tempora tua quae omnibus commodis inpendenda sunt longo sermone morari iniqunm est. — 3. *in publ. c. p.* Per hoc pulchrior est laus; et incerta distinctio est an 'emendes in publica commoda' an 'in publica commoda peccem.' — *morer.* 5 Vanitate occupem teneamque te cuius omne tempus in publica commoda consumendum est *POR.*

5. *Romulus.* Laudat felicitatem Caesaris cum dicit ei soli contigisse ut inuidiam uiuus uinceret *ACR.*

Rom. et L. Laudata uirtute Caesaris laudat etiam fe- 10 licitatem quia dicit huic soli contigisse ut inter homines etiam nunc posito iam diuini honores decernantur, quod nulli concessum sit horum quos enumerat h. e. Romulo Libero Castori et Polluci et cum his Herculi. Et est ordo: Romulus et Liber dum terras hominumque colunt genus, aspera bella compo- 15 nunt [illi de quibus supra dixit 'post ingentia facta in deorum templa recepti' sunt] *POR.*

8. *agros ass.* Dum distribuunt colonias. Colonias distribuere est uacuas hominibus ciuitates aliunde adductis habitatoribus implere et agros illis adiacentes diuidere. — *oppida* 20 *c.* Iucunde. Dum ea, inquit, faciunt quae tu, attamen non fuerunt grata *ACR.*

8. 9. *agros adsignant.* Hoc est: colonias deducunt conduntque urbibus milites suos. — *plorauere.* Plus dixit quam doluerunt *POR.* 25

10. *qui contudit h.* Herculem significat qui inter duo-

1 caesar remp. landares et tempora *sic codd.* caesarē q; administr. temp. t. *Pat.* cae. qd. adm. t. t. *Med.* caesar adm. t. t. *Fabr.* 3 iniqunm est *om. codd.* (remorari *Edd.*) 3. 4 pulchriorem landem *sed alt. scriptura ead. man. in marg. cod.* 4 emendes an in publica peccem *sic libri* 5 morem *Mon.* (*dein* Vanitatis *codd.*) 15 genus colunt *Edd.* 15. 16 componunt *et quae inclusi om. codd. et pro his repetita habent haec:* Laedere est tempora tua quae omnium commodis inpendenda sunt. Longo sermone morari. more (morer *Mon.*) uanitatis praeoccupem teneamque te cuius omne tempus in publica commoda consumendum est *(cfr. adnot. ad uu. 3. 4)*

23 adsignes *Mon.* assignes *cod.* assignās *Pat.* assignant *rell.* 23. 24 duccuntque *Edd. Vt nos codd.* 24 dicitur *Edd.* dixit *cod.* *Om. hoc schol. Mon.* 25 doluere *Fabr. Med.* doloneret *Pat. Vt nos cod.*

decim portenta quae subegit etiam hydram excussit; qui licet tantae uirtutis esset non tamen caruit inuidia donec mortuus esset *ACR.*

10—16. *diram qui contudit h.* Hercules scilicet; et bene
5 hoc elegit quod inter labores eius uel maximum fuit. — 11. *nota portenta.* Quae sunt in duodecim Herculis laboribus diffamata. — *fatali labore.* Vtrum quemadmodum Vergilius dicit:[1*] u t d u r o s m i l l e l a b o r e s R e g e s u b E u r y s t h e o f a t i s I u n o n i s [i n i q u a e P e r t u l e r i t], an *fatali* pro capi-
10 tali ac molesto ut ipse alibi:[2*] I l i o n F a t a l i s i n c e s t u s q u e i u d e x ? — 12. *supremo f.* Id est 'morte'. Et est sensus: Expertus est inuidiam tunc finiri cum etiam uita finitur. — 13. *urit e. f. s.* Rationem exponit propter quam minus coluntur uiui qui uirtute ceteris antecellunt, post obitum [autem]
15 diliguntur; grauis est enim, inquit, inferioribus et infra positis nocet qui artibus bonis ceteros uincit sed requiritur tamen ac desideratur extinctus; urit enim splendore quo fulget; et bene *urit* ad fulgorem rettulit. — 15. *praesenti.* Viuenti; sed splendidius hoc est quasi glossematicos. — *maturos.* Adcele-
20 ratos uel opportunos meritis tuis atque maturos; et recte: aliis enim non maturi sed seri honores dati sunt. — 16. *iurandasq.* Ac per hoc diuinos tibi decernimus *POR.*

17. *nil orit.* Nil, inquit, alio tempore tam magnum oriturum nec ortum adhuc quicquam est *ACR.*

25 *nil orit. a.* Et hoc splendidius quam si 'nasci' haberet uel 'natum esse' dixisset. Oritur enim sol et oriri lux dicitur *POR.*

1 peremit *pro* excussit *COM. CR.* 4 condidit *in lem. cod. cum cod. Gothano apud Horatium.* (dicam quis contudit hidr. *Mon.*) scilicet *cod. alt. man. in marg.* 6 lab. Herc. *Edd.* 7 fat. p. lab. sub. *Fabr.* 9 inclusa *om. codd. Pat. Med.* (*etiam* an *om. codd.*) 10 et molesto *Edd.* Plinion *sic codd. Om. Edd.* (incertus *codd. Pat. Med.*) 11 suppremo *cod.* Id est morte *om. Fabr.* Id est *om. Pat. Med.* 12 et *pro* etiam *Edd.* 14 autem *om. codd.* 16 quia *Fabr.* 17 Fulgore] Splendore *etc. Fabr.* 18 uiuendi *codd.* 19 Mauros *Fabr.* (Adcel. *Mon.*) 20 eius *pro* tuis *Mon.* 23. 24 ortum est uel oriturum *Edd.* 25 quasi *Fabr.* haberet *codd.* deberet *Edd.* 26 sol. Exoriri dicitur dux *Pat. Med.* sol. Exor. dicitur dies *Fabr.* *Vt nos codd.*

1* *Verg. Aen. VIII 291* 2* *Hor. Carm. III 3, 19*

18. *sed tuus h. p.* Populus, inquit, romanus in hac re sola iustus et sapiens est quod te praefert omnibus ducibus suis omnibusque graecis, sed in hoc quod cetera non simili ratione ponderat stulte agit dum omnia noua fastidit quae a poetis scribuntur, in tantum delectatus ueteribus ut legem 5 romanam quae in XII tabulis continetur et foedera sub antiquis regibus facta uel quae Romani fecerunt cum Sabinis, et libros annales ita pro uero teneat quasi musae locutae sint in albano monte *ACR.*

18. *sed tuus h. p.* In hac re sola sapit quod te omnibus 10 praeponit; in ceteris autem peccat quia nihil optimum nisi antiquum putat et sui temporis uniuersa contemnit *POR.*

21. 22. *t. semota suisq.* Vetera ac demortua. — *suisq. t. defuncta.* Quae sua tempora compleuerint ac finierint. — *fast. et odit.* Auxesis; plus enim [est] *odit* quam *fastidit POR.* 15

23. *sic f. uet.* Adeo ueteribus fauens ut etiam legum XII tabulas a decemuiris scriptas et foedera sub regibus facta [tunc romanis] uel cum Sabinis uel cum Albanis latina esse iudicet ob austeram et rancidam uetustatem . . . . *POR.*

25. *rig. ae. S.* Postquam enim Sabini pacem cum Ro- 20 manis inierunt foedera amicitiae conscripserunt *ACR.*

26. *pont. l.* Vtrum annales an pontificale ius significat? *POR*

annosa u. u. Veteres libros Marci uatis Sybillaeque et similium *POR.*

8 quasi si *Fabr.* 10 quod ante ridet; in cet. *(sic!) codd. Fort. scr.* quod te anteire (omnibus) dicit 11 qui *codd.* 12 uniuersa *cod. in marg.* 13 semotas uisq. *codd.* 14 defunctae. aquae. Sua *codd. Ceterum hoc schol. cum seq. in codd. Pat. Med. sedem mutauit* 15 est *om. codd.* 16 fauens *codd.* fauens *Pat. Med.* fauet *Fabr.* 17. 18 facta quae nunc (t *supra scr. cod.*) romani *codd.* facta tunc romanis *Edd.* 18 uel Albinis *Fabr.* uel Albanis *Pat. Med.* uel cum sabinorum (*supra scr.* albanis) latinum (*supra scr.* a) *cod.* 19 uideantur *libri sed aut hoc uerbum emendandum aut* tabulae *scr. erat. Post* uetustatem *codd. haec addunt:* Ita pulchrum et extinctam in albam. Nunc te eloquentibus dicat esse pro latino ut non iam disertorum hominum sed musarum etiam inuideatur Horatius (oratio *Mon.*) *Quae ut probabiliter enodarem cum non contigerit lacunam signauimus* 22 pontificium *Edd.* 23 amissa *in lem. codd.* ueteris *sec. man. Mon.* libros *om. libri praeter Fabr.* Nauii *Fabr.* Martii *Pat. Med.* Marci *cod.* Marcii *Mon.* aut Syb. *Fabr.* Sybillae *Pat. Med. Vt nos codd.* 24 et simil. *add. ex codd.*

27. *albano.* Quia Egeria nympha dicebatur loqui cum Numa Pompilio in albano monte *ACR.*

albano in m. Cur in albano monte? utrum propter uetustatem quod ante Romam Alba regnauit? *POR.*

5 28. *si quia Graec.* Si ideo negat romanus populus nouos bonos esse quia non antiqui, nihil restat nisi ut denegemus ea quae sunt naturalia ita ut os oleae non sit durum et testa nucis non sit dura, quod contrarium est *ACR.*

si quia Graec. s. Haec tota sententia usque: ***Miraturque nihil nisi quod Libitina sacrauit*** (uers. 49.) hunc sensum 10 continet: Si ideo carmina antiquissima quaeque laudantur quia antiquissimi quique Graecorum optime scripserunt, eo rectius et secundum eandem trutinam debet romanus poeta saltem placere. Quod si negatur, non est quod multa loqua- 15 mur cum negentur quae manifesta sunt. Non enim secundi doctrina sumus uerum etiam Graecos uicimus. Sin autem tempus et uetustas in carmine tamquam in uino sunt inquirenda, uelim scire quotus annus probum carmen efficiat. Quo ipso facile demonstratur stultitiae esse in libris tempus consi- 20 derare non meritum *POR.*

29. 30. *pensant. ead. sc. tr.* In eadem aetate, quia graeci poetae antiquiores sunt quam latini et ob hoc obiectiones Latinis omnino sunt iniustae *ACR.*

eadem sc. trut. Eodem examine eodem iudicio eadem 25 aestimatione *POR.*

1 Aegeria *Fabr.* 3 utrumq. *codd.* 7 uel ut *Edd.* ita ut *COM. CR* 9. 10 miratu- nihil mihi quod libita *codd.* 11 carmina lacrimanti *(sic!) Mon.* 12. 13 eos reditus et secund. eand. debeat ut romanis poeta fastim placere quod si non est quod multa tamen ut illi quique manifesta sunt. Non enim *Pat. Med.* eos reddit (redit *Mon.*) ut secund. eand. aestimationem in qua doctrina non tempus quaeritur eandem debeat ut Romanus poeta statim placere qui bonus est. quod si non est quod multa tamen etiam ut illi quiq. manifesta sunt negant. Non solum enim *codd. Vnde locus corruptus fort. sic refingendus:* eo res redit ut sec. eand. aest. qua doctrina non tempus quaer. debeat rom. poeta statim plac. qui bonus est; quod si est, non est quod multa loquamur scil. illis qui quae manif. sunt negant. Non solum enim secundi *etc.* 15. 16 ad secundo doctrina *Mon.* 17 et *om. codd. Pat.* in *om. Mon.* 17. 18 sunt inq. *Mon.* sit inq. *rell. Vtrumque recte* 19 tempus *om. libri praeter Fabr.*

31. *nil intra e. o.* Manifesta negant. Nam constat intra oleam et extra nucem esse duritiam *POR.*

32. *uenimus ad s. f.* Ergo perfecti sumus; non habet amplius fortuna quod praestet *ACR.*

uen. a. s. f. Vtrum imperio an et ceteris rebus quas 5 enumerat? Non habet, inquit, quod nobis amplius fortuna iam praestet. Ergo et perfecti poetae sumus; sed hoc intellegi quam dici a se maluit *POR.*

35. *arroget a.* Si, inquit, uetustas [et honestas] in carmine tamquam in uino tempus inquirenda est uelim scire quot 10 annis carmen laudabile; utrum illud carmen quod retro centum annos compositum est an aliud quod nuper *ACR.*

36—45. *qui dec.* Qui defunctus est. — 38. *excl. i. f.* Tamquam tacentem urguet ad numerum annorum significandum. Pone, inquit, finem et iam nulla contentio est. — 39. *est uetus a.* 15 *pr.* Hoc quasi ex alia persona dicitur. — 40. *quid qui dep.* Hoc Horatius ex persona sua dicit. — 41. *ueteres.* Bonos. — 42. *an quos et praes. e. p. respuit ae.* Malos scilicet. — 43. *iste quidem u.* Hoc ex alia persona. — 45. *utor perm.* Ex sua [persona] *POR.* 20

45. *caudaeq. p. u. e.* Sicut, inquit, paulatim carpitur cauda equi quousque tota sit extracta ita et ego paulatim euellam numerum annorum donec subducto aceruo numeri decipiatur ille qui per uetustatem laudat poetas et aestimat uirtutem carminis eorum numero annorum *ACR.* 25

caudaeq. p. u. e. paulatim eu. Id est singulos *POR.*

47—49. *cum cadat el.* Tamdiu singulos annos detraham

1 Nil sunt negant. Nam *sic codd.* intro *Mon.* 2 ex *Mon.* extra *Edd. Om. cod.* duritiam *supra* e *scr. cod.* 5 in imperio *et* ceteris in reb. *Edd.* in *supra add. bis cod.* et *add. ex Mon.* 9 si meliora dies *lem. in Fabr.* 14 urget *libri praeter Mon.* an numerum ann. significandum *codd.* an numerus ann. sit signandus (-dum *Pat. Med.*) *Edd.* 15 *hoc et seq. schol. in libris post duo seqq. locum habent* 17 ueteres. Bonos antiquos. Et praesens *etc. codd. Pat. Med. sed in* antiquos *uoce latet* an quos *sequentis lemmatis; quod non uidens male Fabr.:* (37) perfectos] Bonos. — ueteres] Antiquos. — *fecit* 18 respuet *Fabr.* 20 persona *om. codd.* 21 Sic *Edd.* 23 sub dicto *Edd.* 24 exteñuat *Edd.* 26 cauda ut eq. Id est sing. *codd.* ut eq. i. sing. *Pat. Med.* pilos] singulos *Fabr.*

donec paulatim subducto aceruo numeri decipiatur elusus, qui ad summam temporum reuocat poetas, et hoc uincet uel in augendis uel in minuendis aceruis. — *qui red. a. f.* Qui per consules annorum colligit numerum. — 49. *miraturq. nihil.*
5 Id est, qui nihil laudat nisi quod elatum fuerit et sepultum. Mire ergo dictum et facete *Libitina* et *sacrauit,* quasi ab ipso feretro uenerationem acceperit poeta *POR.*

50—52. *Ennius.* Is Pythagorae animam ad se uenisse in somnis dicit et nil de philosophia scripsit. — *ut crit. dic.*
10 *Κριτικός* graece, latine dicitur iudex; secundum quorum sententiam Ennius secundus fuit. Per hos ergo poetas qui sequuntur ostendit sapientiores esse nouellos quam ueteres quia quanto iuniores tanto perspicaciores. — *leuiter cur. uid.* Hoc est uilior nec promissis suis satisfaciat; nam dixerat in somnis
15 se uidisse quod anima Homeri in ipsum et pauonem transisset; sed non ita dicit Ennius nt Homero similis uideatur; nam mixta leuia et digna auctoritate in opere eius inueniuntur. — *quo pro. c.* Quo tendat ut possit respondere promissis. Pythagoras enim affirmat animas in diuersa corpora transitum
20 facere; et dicit illum nihil pendere quo cadant promissa i. e. utrum ita sit necne. [— *somnia Pythag.*] Aliter: licet uideret Ennius in somnis animam Pythagorae in corpus eius uenire, non est tamen secutus eum in omnibus, quia Pythagoras scripsit philosophiam Ennius uero uersus. [Tunc ergo quare
25 inferius scripsit?] *ACR.*

51. 52. *leuiter curare uidetur.* Securus iam de prouentu suae laudis est Ennius, propter quam ante sollicitus [fuerat Ennius] in principio annalium suorum somnio se scripsit admonitum quod secundum Pythagorae dogma anima Homeri in
30 suum corpus uenisset. Facete autem *somnia pythagorea* dixit,

1 *post* elusus *nouum lem.* qui redit a. f. *add. Edd.* 2 ad summa tempora *libri praeter Mon.* 4 miratur. Et qui nihil *etc. codd.* miraturq. nihil. Et qui nih. *Pat. Med.* 6 Libitina sacrauit *Fabr.* 11 per hoc *Fabr.* per hos *Med.* 17 multa leuia et indigna *Fabr.* mixta l. e. digna *Med.* 21 uiderit *Fabr.* 24 Tunc — scripsit *om. Med. Ceterum in his scholiis ad uu. 50—52 mihi satis facere non potui* 26 leuiter curare, securus esse *sic pro lem. Fabr. contra in fine eadem uerba om.* 27. 28 *inclusa om. codd.* 28. 29 admonitus *cod. Pat. Med.*

ut ipsum etiam Pythagoram cum sua metempsychosi ridere uideatur; *leuiter curare:* securus esse. — *quo pr. c.* Quem successum habeant; ostendere autem unlt sine difficultate poetas ueteres solere laudari. — *somnia pyth.* Libri annalium *POR.* 5

55. *ambigitur quotiens u. u. s. p. a. P. d. f. s.* Cum ambigitur uter sit prior ambos laudat. Nam Pacuuius famam docti aufert atque consequitur Accius alti, ut Sophoclis Aeschyli Euripidis qui dicendo sint alti. Alii sic accipiunt tamquam senis doctrina et gloria adscribatur Pacuuio, Accio uero altitudo ingenii sublimitasque uerborum. An ambo famam consequuntur alter docti alter alti tragoediographi? *POR.* 10

57. *Afrani t.* Afranius togatas comoedias scripsit latinas, nam graecae palliatae dicuntur. Qui et Menandri stilum secutus est, et ideo toga illius dicitur ei conuenisse i. e. stilus *ACR.* 15

duc. Afr. t. Bene toga: togatas enim scripsit Afranius in quibus Menandri stilum uidetur imitatus *POR.*

59. *uinc. C. gr.* Caecilius libros uicit antiquiores alta uerba in suo carmine et sonora ponere solitus. — *Terent. a.* Id est proprietate uerborum et artis grammaticae; unde principatum inter omnes comicos habere dicitur *ACR.* 20

uinc. C. gr. Alter alterum uincit an ceteros uniuersos? *POR.*

60. *hos ed.* Antiquiores Naeuium Sophoclem Euripidem Afranium Epicharmum ediscit Romae in schola et admiratur in theatris despiciens iuniores licet illi praecellant *ACR.* 25

1 et *pro* etiam *Edd.* Pyth. sua sibi met metempsychosi *codd.* (*μετεμψ. Fabr.*) 1. 2 uidere uideatur *codd. Pat. Med.* 2 Id est quem *Fabr.* 3 ostendit enim siue *Fabr. Med. et paulo post* uet. poet. 6 ambigitur q. u. u. s. p. *male Fabr. in fine antecedentis schol. addit* (ambig. aufert Pac. doctis cum *sic Mon.*) 8 consequitur. — Accius alti] Vt *etc. Fabr.* conseq. Soph. Acci Aeschyli Eur. *sic codd.* 9 qui alti sint *Fabr.* qui ante sint *Pat.* ante qui sint *Med.* qui dicendo sint *codd.* 10 selinis a doctrina *sic Mon.* 11 fenestram *pro* famam *codd.* (consecuntur *cod.*)
15 est *addidi* 17 bene togato enim *Mon.* 23 uinceret accilius grauitatem ad utrum alter utrum *Mon.* 25 Naeuium Pacuuium Accium Afranium etc. *sic rectius COM. CR.*

60—68. *hos ediscit.* In scholis. — *et hos arcto st.* In spectaculis. — 61. *habet.* Credit ducit existimat. — 62. *ad nost. t.* Ordo est: Ab Liui scriptoris usque ad nostrum tempus quaedam recte quaedam praue iudicat populus. Liuium
5 autem dicit Andronicum qui primus omnium latinas fabulas scripsit. — 64. *si uet ita. miratur.* Hoc peccat. — *si quaedam n. antique.* Hoc receptum est. — *ignaue.* Humiliter. — *et Ioue i. ae.* Propitio sibi; et Ioue quidem irato fit ut errent homines ac delirent *POR.*

10 69. *non eq. i.* Expurgans se dicit quod non propter inuidiam talia loquatur de ueteribus poetis. Non censeo, inquit, delenda carmina Liui quae quondam dictabat Seruius Orbilius magister, sed indignor et miror praeferri illa tamquam emendata nihilque distantia perfectis carminibus cum adhuc
15 sint mendosa *ACR.*

non eq. i. Quod uitium inuidi et obtrectatoris est hominis *POR.*

70—72. *delendaque c. Liui e. r.* Faceta subtilitas. Non censeo, inquit, delendum Liuium; et hoc illi honoris causa
Flore. Apparet hunc Florum comitem et familiarem Neronis fuisse et efflagitasse ab Horatio carmina et non mittentem increpuisse. Cui per allegoriam respondens hoc significat tam illum iniuste irasci sibi, quem ab initio pigrum ad scribendum sciat, quam iniustam uenditori litem dat qui fu- 10 gitiuum seruum sciens emerit. Et tota fere haec epistula sub hac sententia est: Carmina se Romae non fiducia ingenii sed penuria rei familiaris scripsisse quae scripserit praesertim cum in turba multis occupationibus poemata componi non possunt; quae ut bona sint cum magno scriptoris cruciatu sint emen- 15 data. Ad postremum dicit philosophandum esse potius quam carmina facienda *POR.*

2—4. *si quis f. u.* Argumentum a comparatione minorum ad maiora h. e. seruorum ad amicos. — *natum T. u. G.* Bene *Tibure* ut se significet. — *sic agat.* Sic loquatur. — 20 *hic et cand.* Verba sunt uenditoris *POR.*

6. *uerna.* Dominatus *POR.*

7. *argilla.* Deest *quasi* ut sit: quasi argilla. — *uda.* Id est 'mollis' *POR.*

imitaberis. Quidam *imitabitur* legunt, sed hoc est a 25 puero alienum. Melius ergo legimus *imitaberis* i. e. tanti

2 autem *et paulo post* ait *add. ex COM. CR.* 3 promisit *et dein* promissa carmina, aut ideo *Edd. Vt nos COM. CR.* 5 coepit *Edd.* 7 fuisse *om. Mon.* 11. 12 sub absentia *cod.* subahac sent. *Mon.* 14 in *om. codd.* 15 bona sunt *codd. item* sunt *paulo post libri* 19 maiores *Edd.* 20 se sign. *Mon.* sign. *cod.* sign. eum rusticum *Edd.* 22 *hoc schol. om. Edd.* 24 molli *Fabr.* (nuda *in lem. codd.*) 25 hoc *addidi cum Rittero (poteram fort. lenius* id *addere; pro* sed *COM. CR.* quod; *item bene)*

ingenii es ut flectas eum quo uelis tamquam argillam udam. Et in ueteribus libris et in exemplaribus *imitaberis* inuenitur *ACR.*

10. 11. *multa f. pr. l.* Hoc Horatius ex sua persona dicit ostendens multa promittentibus omnino non haberi fidem
5 et maxime cum promittit qui pretio et lucro studet i. e. uenditor. — *laudat uenalis.* Id est seruos *POR.*

12. *res urg. m. n.* Competenti iocatur exemplo quasi ipse paupertate compulsus scripserit carmina. — *res urget.* Verba iterum haec sunt uenditorum. — *meo sum p. i. a.* Id
10 est: nihil habeo alicui dare pro fenore *ACR.*

res urget m. n. Deest *sed* aut quid tale ut sit: Sed me nulla res urget ut tibi me laudem. — *meo s. p. i. a.* Pauper quidem sum, inquit, sed tamen in meo aere non in alieno sum constitutus i. e. nulli quicquam debeo *POR.*

15 13. *nemo h. mang.* Neque quisquam mango tibi haec faceret i. e. tam simpliciter loqueretur nec a me ipso quiuis alius hoc auferret i. e. hoc audiret. *Mango* autem dicitur quasi 'manciago' uel 'manuago' *POR.*

14. *quiuis f. i.* Hoc solent mangones dicere. — *cessa-*
20 *uit.* Simpliciter et lenissime confitetur fugitiuum *ACR.*

semel hic c. Iam haec uerba sunt quibus mango utitur ut monstret cessatorem esse quem uendit h. e. fugitiuum. Et bene *semel,* quod leuius delictum est *POR.*

15. *in sc. l. m. p. h.* Non latuit in scalis, sed metuens
25 habenae pendentis in scalis, secundum morem Romanorum qui seruos suos suspensos ad trabem flagellabant; et in medio domo ad timorem incutiendum habena pendebat *ACR.*

3. 4 Hic Horat. ostendit *Fabr.* Hoc Hor. ostendens *Med. Vt nos rell. nisi quod* ostendens *cod. ead. man. in marg.* 4 omnia *Mon. et punctis subpositis cod. Omittunt Edd.* omnino *correxi* 6 merces *lem. est in Fabr.* laud. nenalis *codd.* l. uenales *Pat.* Deest seruos *codd.* 8 *alterum et tertium schol. inuerso ordine Med.* 12 urget ut laudem *Fabr.* urg. me ut laud. *Med.* urg. menia l. *Pat. Vt nos codd.* 13 in *post* non *om. Mon.* 14 sum *om. Edd.* 15 haec *cod. in marg.* 16 loqnetur *Mon.* loqnatur *cod.* loq̄t. *Pat.* loqtur *Med.* 17 autem *om. Edd.* 18 maneipi ango uel manu ago *Edd.* 21 haec *cod.* hūc *Pat.* nunc *rell.* 22 ut non fatur *sic codd.* nendidit *Edd.* 22. 23 Et bene nemo *libri.* (semel *correxi*) 23 quid leuius delictum est *codd.* quod enim leuius delictum (dictum *Fabr.*) est *Edd.* 27 pendebāt *Med.*

ille ferat pr. Opinor, inquit, qui emptori ante proposuerit et pretium acceperit non subibit poenam si fugerit uenditus *POR.*

18. *prud. em. u.* Cum non in fraudem inductus es. — *dicta t. e. l.* Id est: cum conditione emisti *POR.* 5

19. 20. *inseq. t. h.* Venditorem scilicet ac per hoc se significat. — *dixi m. p. p. t. d. t. off. mancum.* Hoc est ad scribendum debilem et bene *mancum* quod uitium manus est *POR.*

22. *quid tum pr.* Exclamatiue: cum me expurgarem tibi conscientia. — *mecum fac. i.* Hoc est: pro me facientia *ACR.* 10

quid t. pr. Quid profeci, inquit, praedicendo uitium meum? — *iura mecum facientia* i. e. pro me; et est quasi exclamatio *POR.* 15

23. *si t. adtemptas.* Si modo adhuc sollicitas ut scribam tibi *POR.*

26. 27. *Luculli m.* Hoc exemplo ostendit se primum dispendio rei familiaris coactum post inuitatum donis ad scribendum. Actum est bello quod gessit Lucullus consul cum Mithridate rege pontico, cuius milites primum necessitate compulsi coeperunt praedari postea uero donis et muneribus sunt prouocati. Qui cum quadam nocte dormirent sarcinas eorum et uiatica perdidere. Tunc coacti uiriliter expugnarunt quoddam praesidium ubi erant thesauri Mithridatis. — *ad assem.* Non usque ad assem sterterat, sed usque ad assem perdiderat *ACR.* 20 25

Luculli miles. Huius exempli narratione uult ostendere uendentem stultum quem res non doceat quid sit utile. —

1 Opinor inq. *codd. Pat.* Ille inq. *Fabr.* inquit *Med.* 2 accipe *Mon.* *et* eperit *supra scr. alt. man. cod.* non ut ibit *codd.* nullam subibit *Edd.* 4 est *codd.* 5 illa *pro* id est *codd. Pat.* 6 hic per se *cod. Med.* hac per se *Pat.* ac per se *codd.* 7 dixi m. p. *lem. est in Fabr. Med.* dixi me pigrum p. t. *(sic!)* ue mango tal. off. pr. manc. *codd.* dixi m. p. p. tibi tal. off. pr. m. *Pat.* 8 paene *pro* bene *Fabr.* 10 *haec duo scholia post duo seqq. Med.* 16 attentas *Fabr.* adtemptas *Mon.* attempt. *rell.* 23 dum *Edd.* cum *etiam Ritterus* 23 sarcinas *om. Med.* 26 non ut usque *Med.* non quod usque *Fabr.* 28 ex *pro* exempli *Edd.* 29 deceat *Fabr.*

Luculli m. Hoc factum est, inquit, bello quod populus romanus duce Lucio Lucullo cum Mithridate rege pontico gessit; et *Luculli miles:* Valerianus et Seruilianus exercitus. — *ad assem.* Vsque ad assem h. e. tota uiatica *POR.*

5 28. *uehemens l.* Bene *lupus* miles romanus quod in tutela Martis est lupus. — *sibi et hosti.* Quia potuit perdere quasi raptori hosti *POR.*

et sibi. Quia perdiderat per neglegentiam. — *et hosti iratus.* Qui rapuit per uiolentiam *ACR.*

10 30. 31. *praes. reg. l. d. ut a. s. m.* Ordo: Ingens lupus deiecit praesidium regale loco summe munito. — *et m. d. rerum.* Hoc est: praesidium a Mithridate super thesauros eius positum miles deiecit atque donis ornatur a Lucullo imperatore *POR.*

15 32. *donis o. hon.* Scilicet militaribus ornamentis et nihilo minus pecuniae bonis *ACR.*

34. *f. s. h. t. cast. euert. praetor.* Praetorem Lucullum significat; etenim olim duces imperatoresque dicti et praefecti praetorio *POR.*

20 37. *quo u.* Haec sunt uerba Luculli ad militem suum *ACR.*

i bone q. u. t. Verba Luculli militem hortantis *POR.*

39. *post haec i. c.* Post haec ille doctus, inquit, exemplo, ut si sit stultus dicit: *Ibit eo quo uis,* qui perdendo zonam 25 didicit unde sit lucrum; eo illud *catus:* 'expertus et doctus' *POR.*

2 Lucio *cod.* L. *Mon. Pat.* scil. *Fabr.* s. *Med.* gessit *cod. in marg. alt. m.* 3 Valerianus Seru. praefectus exercitus *Fabr.* Val. Seru. exerc. *Pat. Med. Vt nos codd.* 5. 6 tutelam *codd. Pat.* 7 raptore hoste *Fabr.* 10 ut a. s. m. Ordo — rerum *haec om. Fabr.* Ordo — munito *om. Pat. Med. Vt nos codd.* 12 thensauros *Mon.* 13 miles dei. atq. *cod. in marg.* ornatus *Fabr.* 17 forte sub hoc tempore praetorem Lucullum significat enim olim *Mon.* f. s. hoc tempore praetor Luculli. Signif. olim *cod.* forte s. hoc tempus praetor. Sign. olim *Pat. Med.* cast. eu. praet.] Sign. olim *Fabr.* 18 imperatores dici dictos praefectos praetores *Pat. Med.* imp. dictos p. praetores *Fabr. Vt nos codd. nisi quod* praefectus *Mon.* 20 milites suos *Edd.* 24 ut si sit stultus sibi et dicit *codd. Pat. Med.* ut sit stultus tamen sic *Fabr.* quia perd. *Fabr.* 25 n. sit lucrum illud. Catus *Pat. Med.* u. illud sit lucro. Catus autem *Fabr. Vt nos codd.*

quantumuis. Responsio militis Luculli haec est. — *rusticus.* Qui iactura rerum suarum dolet, ut haec restituantur, causa praedae quocumque iusseris ibit. Nos iam satis habemus; et ornate comparat se militi satis habenti et nolle se propter lucrum carmina alicui diuitum afferre; rusticum autem 5 pauperi poetae assimilat [qui cum suis carminibus multa acquirebat erga diuites; sibi hoc opus non esse] *ACR.*

zonam q. p. Ex fabula Graeca dictum de athleta qui follem perdiderat *ACR.*

zonam. Sumptus et uiaticum quod in zona fere milites 10 portant. 'His autem omnibus Horatius uult ostendere primo dispendio rei familiaris se coactum post inuitatum donis ac lucro ab Augusto siue Maecenate ad scribenda carmina deuenisse *POR.*

41. *Romae n.* Horatius fuit Venusinus aut Apulus sed 15 ad tempus Romae instructus est. Deinde uero perrexit Athenas matrem litterarum ubi ἠθικὴν i. e. moralem philosophiam didicit reuoluens Platonis libros. Ab illo studio secutus est partes Bruti, quo fugato ab Augusto cum aliis proscriptus est; ac necessitate compulsus contulit se ad pristinum studium*ACR.* 20

Romae nutr. etc. Didici Achillis iracundia quantum obfuerit Graecis omnibus. Et hic figurate saeuitiam Caesaris Augusti in aduersas partes uidetur ostendere *POR.*

43. *adiec. b. paulo p. artis A.* Se etiam significat Athenis philosophiae operam dedisse *POR.* 25

44. *curuo dinoscere r.* Id est: per ethicam partem philosophiae discere quid sit uitium quid sit uirtus *POR.*

6 *postrema inde a* qui cum *ut interpolata uncis inclusi* 8 athletae *Edd.* 9 zonam *Fabr.* follem *Med.* 10 sumptum *Fabr. Med.* zonam *libri praeter Fabr.* 11 autem *om. Fabr. Med.* 12. 13 a lucro *codd.* 13 ab Aug. s. M. *om. Mon., in marg. alt. m. add. cod.* 15 Hoc fuit uon uenus. aut *Edd.* 22 Romae nutriri et discitur Achillis etc. *cod.* Romae nutriri et discitur Ach. irac. omnibus et quantum offuerit Gr. omn. *sic Mon.* Romae nutr. atque doceri Ach. etc. *Pat. Med.* quantum uoc. Ach.] Notum est Achillis etc. *Fabr. (Sed fort. in initio scholii lacuna statuenda)* 23 hic *om. Edd.* 24 in aduersas partes *om. Fabr. Med.* 25 adi. b. p. plus adicitis et etiam *Mon.* adi. b. p. l. artis et etiam *cod.* 26 philosopho *codd.* philosophiam *Pat.* 26 dignoscere *Edd.* Id est didicisse per *Fabr.* 27 discere *Mon.* dinoscere *sic cod. Om. rell.*

45. *inter s. A.* Academus apud Athenas porticum construxit, unde porticus Academia dicta est et est extra, unde Academici quoque Siluani. — *quaerere u.* Iucunde dixit *uerum,* ita ut negent idem inueniri posse *ACR.*

5 *atq. i. s. Academi q. u.* Bene Academi uel quia contra omnium sectam Academici disputant qui dicunt latere ueritatem et ideo semper esse quaerendum *POR.*

47. *rudem b.* Tironem et ignarum. Euocatus est enim a Bruto per potentiam, qui tunc Achaiam et Athenas tenebat, 10 et similitudine studiorum esset celebri nomine in philosophia *ACR.*

ciuilisque r. b. Excusatio quod contra Augustum pro Bruto militauit; et bene *aestus,* non uoluntas. — *non respons. lac.* Imparia. Bruti autem arma significat *POR.*

15 49. *Philippi.* Campi Thessaliae ubi contra Brutum pugnauit Augustus *ACR.*

me dimisere Ph. Thessaliae campi, ubi uictus est Brutus *POR.*

50 *decis. h. pennis.* Hoc est: amissa dignitate qua ante 20 sublimis ferebatur *ACR.*

dec. h. pinnis. Saepe hac translatione utitur Horatius, ut: [1*] M a i o r e s p i n n a s n i d o. Significat autem se proscriptum fuisse *POR.*

51. *pauper inp. a. et cetera.* Carmina, inquit, quae ex 25 me expetis Flore numquam scriberem nisi egestate conpulsus essem. Nunc itaque postquam habeo quod mihi satis sit,

1. 2 porticus const. *Edd.* 2 dictus *Fabr.* est *om. Fabr.* 4 ita *om. Edd.* 5 Achademi *codd. (et apud Acr. Med.)* Bene Ac. uel *om. Fabr.* Bene *et* uel *om. Pat. Med.* 10 et similitudinem st. esse *Fabr. (Ceterum his confer meliora apud COM. CR.)* 12 nihilque bello comt. excusatio *(sic!) Mon.* 13. 14 in arma *lem. in Fabr.* 14 imperia autem Bruti per arma sign. *Edd.* 17 medii misere *in lem. codd.* me dim. *Pat. Med. Om. Fabr.* 21 pennis *libri sed paulo post* pinnas *Mon. et* e *supra scr. cod.* 22 ut maiores pinnas nidos significat autem *Mon.* ut mai. pinn. nidos significet. Significat autem *cod. supra* ut *scr.* per. ut per m. pennas nidos significet. Sign. etiam *Pat.* ut: Mai. pennas nudó. Signif. etiam *rell.* se *om. codd.* 24. 25 inpulit *et* conpuls. *Mon.*

1* *Hor. Epist. I 20, 21*

si non praepono somnum uersibus insanio et nullo ellebore curari possum *POR.*

52. *quae pot. s. e. c.* Quod tandem, inquit, elleborum satis erit ut expurget insaniam simque iam sanus? *Cicutam* autem pro elleboro posuit. — *ni mel. d.* Legunt melius, sed inuer- 5 sum est, quod non desit quod satis sit — *ni.* Pro: si non *POR.*

55. *sing. d. n. a. p. e.* Vergilius:[1*] Omnia fert aetas animum quoque. Et est alia causa excusationis in aetate cur iam non scribat *POR.* 10

57. *extorq. p.* Hoc est: alacritatem scribendi uel commoditatem extorquere temptant. — *quid f. uis?* Alia excusatio, quod scilicet nesciat quid potissimum scribat, cum omnes non una eademque re delectentur *ACR.*

quid faciam uis d. Nunc deest: nisi ut conscribam poe- 15 mata *POR.*

58. *den. non omnes e. m. a.* Alia causa non scribendi, quia quid scribam potissimum nescio propterea quod non idem omnibus placet *POR.*

60. *illo bion. s.* Liuidis iocis i. e. satira. Sunt autem 20 disputationes Bionis philosophi, quibus stultitiam arguit uulgi, cui paene consentiunt carmina luciliana. Hic autem Bion qui Sophistes cognominatus est in libro quem edidit mordacissimis salibus ea quae apud poetas sunt ita lacerauit ut ne Homero quidem parceret. — *sale nigro.* Id est: uetere tra- 25 goedia uel amara iocularitate *ACR.*

ille bioneis. Bion Aristophanis comici pater dicitur fuisse magnae dicacitatis, quem uult intellegi de sale nigro; an *ni-*

1 propono *cod.* elleb. *Mon. Pat. Med.* hell. *cod. Fabr. (sic etiam infra)* 3 tandem *codd.* tamen *Pat. Med.* tantum *Fabr. deinde* hell. inquit *cod. pr. m. Edd.* 4 expurget insanus *Pat. Med.* expurger insanus *Fabr.* simq. iam sanus *add. ex codd.* 5 posuit pro ell. *Edd. (Ceterum hoc et seq. schol. inuerso ordine libri praeter Fabr.)* 5. 6 uninersumq. *codd.* 6 ni pro si non *Fabr. in medio posuit* 15 deest mihi aetas ut *Fabr.* deest nisi ut *rell.* non scribam *codd.* 22 luciniana *Med.* 25 uetere *om. Med.* 28 quam *Mon. fort. rectius*

1* *Bucol. VIIII 51*

grum 'malum' intellegimus, salsum autem facetum et iocularium? *POR.*

63. *renuis tu q. iubet a.* Mire iam dramatico charactere tamquam ad ipsos conuiuas loquitur unumquemque eorum
5 appellans id poscentem quod ceteris displicet *POR.*

65. *praeter cet.* Omissis aliis rebus credis Romae posse carmina scribi inter tot curas occupationesque? *ACR.*

65. 66. *praet. cet.* Alia causa non scribendi, quod Romae ob occupationes nihil condignum memoria scribi potest. —
10 *inter t. c. t. l.* Hoc est quod dixit *Romaene* i. e. in qua urbe tot curae sunt et tot labores *POR.*

67. *hic spons. u.* Hoc est: ut pro se spondeam *POR.*

68. *cubat h.* Id est: aegrotat, ut superius:[1*] T r a n s T i b e r i m l o n g e c u b a t *ACR.*

15 *cubat.* Aegrotat *POR.*

70. *humane.* Id est: probe. — *commoda.* Breuia, sed e contrario ostendit quod magnae sint *ACR.*

interualla u. humane cum. *Εἰρωνεία*, per quam ostendit quam uehementer distent. — *humane com.* Id est: mediocriter
20 magna; nam antiqui pro 'magno' 'commodum' dicebant *POR.*

71. *uerum purae s. pl.* Interrogatiue pronuntiandum *POR.*

72. *gerulis.* *Geruli* sunt qui portant necessaria ad fabricam *ACR.*

festinat cal. Festinat, inquit, properus redemptor et
25 mulos agens sarcinarum ad redam gerulosque. Redemptorem autem cursus publici significat et animalium praebendorum.

1 aut *Edd.* autem *codd.* 3 renuisti q. i. a. *in lem. codd. item* inbeat iam *om. Fabr.* 9 occupationibus *Edd.* occupationis *Mon. et in marg. ascr.* occupationibus *cod.* ob occ. *correxi* (*poteram etiam* causa occupationis *scr.*) 10 Hoc est — labores *add. ex codd. Om. Edd. in quibus lem.* inter tot *etc. cum proximis iunctum est* 16. 17 contrario *Med.* contraria *Fabr.* 18 *IPΩNIA codd.* ironia *Edd.* 19 distent *om. libri nisi quod cod. in marg. habet* d. *Deinde codd.:* et incommoda mediocriter. *Pat. Med.:* et commoda medioer. 21 plures *libri.* purae *scripsi ex schol. ad uers. 75* 25 et sarcinarum ad redam *codd. et om.* et sarcinarius ad Rhedam *Fabr.* gerulisque *codd. Om. Edd. Fort. scr.* et sarcinarios et ad redam (*Varr. R. R. II 7, 15*) *uel* et rhedarios (*Varr. R. R. III 17, 7*)

1* *Hor. Serm. I 9, 18*

Salustius:[1*] Et Perpennam forte cognoscit mulio redemptoris *POR.*

73. *torquet n. l. Torquet:* mouet trahit uel sustinet *POR.*

74. *tristia robustis.* Hinc plaustrum hinc funus uenit et obuia utraque neutro transeunte luctantur. *Funera* autem dicit pompam ipsam et exsequias *POR.*

75. 76. *hac rab. f. c.* Haec sunt quibus ostendit *puras plateas* non esse, in quibus cogitans poeta uelut securus incedat. — *i nunc.* Opportune per epitropen ostendit fieri carmina Romae non posse *POR.*

77. 78. *script. ch. o.* Ad superius argumentum hoc pertinet quo probat in frequentia urbis poetam scribere non posse. — *rite cl. B.* Non mirum, inquit, si poeta nemus amat quod amat Liber musicus deus in cuius tutela poetae omnes sunt constituti *POR.*

79. *tu me i. str.* Id est: Tu uis me aliena dicere, (nam *contacta* pro tritis et diuulgatis dixit) et ita uis me dicere ut ad uates antiquos proxime accedam? *ACR.*

80. *et contacta s. u.* Legitur et *contracta* 'caute inpressa' ut ea sequendo contigerit imitator *POR.*

81. *ing. s. q. u. desumpsit Ath.* Qui Athenis, inquit, multo tempore studuerunt et muti et ridiculi euadunt. Nec enim si Romae uelis aliquid discere potes ubi nullum otium

1 Perpennam *Mon. Pat. Med.* Perpernam *rell. (Ceterum Kritzius hoc scholion male ACRONI tribuit)* 4 tristitiam robustis *lem. est in Mon.* tristitias rob. *in cod.* tristia r. *in Pat. Med.* luct. fun. plau. *in Fabr.* 6 ipsam pompam *Mon.* 9 i nunc *ut lem. sit codd.* Nunc opport. *ut proximis cohaereant Edd.* κατ' ἐπιτροπήν *Fabr.* 12 quod *Edd.* quo *codd.* 13 si poetas amant quos *Mon. et s in* poetas *uoce deleto punctoque sub* n *posito cod. (Fort. sic scr.:* si poeta ea amat quae *s.* si poeta ea amant quae) 14 quod eadem amat *Fabr.* 15 constit. sunt *Mon.* 17 cuncta (cũcta *Med.*) proditis et *Edd. Vt nos COM. CR.* 18 proxime *Med.* maxime *Fabr.* 19 contacta *bis Pat. Med.* contracta *bis Fabr.* contacta *in lem. codd. post lem.*
r ta
contracta *Mon.* contacta *sic cod.* 21 consumpsit *cod. Pat. Med.* (*Post lem. autem lacuna esse uidetur sic fort. explenda:* Dicit eos *uel* de eis *uel* Tangit eos *uel simile quid)* Athenas *Mon. et supra scr.* i *cod.* 22 multi *codd.* 23 disserere *Edd.* potes *om. Mon., in marg. cod.*

1* *Salust. Histt. fragm. III 5 Kritz.*

est. *Vacuas Athenas* utrum 'otiosas' an per hypallagen ipse uacuus, ut Salustius ait:[1*] At Sertorius uacuus hieme copias augere *POR*.

82. 83. ***insenuitq. l.*** ***Insenuit*** legitur et ***insonuit;*** sed si
5 ***insenuit:*** 'inpalluit' et 'inmoratus est' significat; si ***insonuit:*** 'instrepuit' atque 'exercuit uocem' intellegitur. — ***curis st. taciturnius e.*** Ingenium scilicet; an statuam pro re qualibet dixit, an ideo cum duplex sit plumbeum? nam Curius ob seueritatem taciturnissimus fuit *POR*.

10 84. ***risu pop. q.*** Ac per hoc inridetur *POR*.

86. ***digner.*** Condignum arbitrer i. e. uelim *POR*.

87. ***frater er. R.*** Ad hoc causam duorum fratrum inducit, ut ostendat se inuicem laudare debere. Vnus enim istorum duorum Mucius uidelicet Scaeuola amicus Ciceronis,
15 qui primus iuris consultus apud ueteres scripsit cum illud officium ageret, fratrem suum Gracchum oratorem ipse et rhetorem laudare studebat; contra Gracchus omni studio fratrem suum Mucium laudabat. Dicit ergo suo tempore duos poetas Romae fuisse ita se amantes, ut unus illorum
20 esset alter alteri quasi Gracchus et per hoc frater et alter alteri quasi Musius effectu laudis ac per hoc frater *ACR*.

frater e. R. Hanc fabulam ad hoc inducit ut ostendat poetas se ipsos inuicem laudare non puro uero sed mutua adsentatione. Fratres miras eleuationes honoris proferebant,
25 cum alter iuris consultum Mucium Scaeuolam diceret, alter oratorem Tiberium Gracchum nominaret; nam apud ueteres tam primus iuris consultus Mucius Scaeuola extitit quam orator Tiberius Gracchus *POR*.

1 uacuas Ath. utrumq. *cod. Pat. Med.* u. Ath. utrum *Mon.* uac. autem Ath. utrum *Fabr.* καθ' ὑπαλλ. *Fabr.* (Sallust. *per* ll *Mon. ubiq.*) 5 inpall. *et* inmor. *Mon.* 6 intelligitur curis. — statua tac. *etc. sic Fabr.* 7 aut *supra scr.* an *cod.* autem *Mon.* re *om. codd. Pat. Med.* 8 cur *Mon.* plumbeus *codd.* (*Ceterum cum haec priora non haberem quo probabiliter emendarem scripturam Fabr. reliqui*) Turrius *Fabr.* Turius *Pat. Med.* 9 taciturnus *Edd.* 10 inrid. *Mon.* 12 haec *Edd.* 17 rethor *Med.* (*fort. scr.* ipse rhetor) 22 non Lucio sed *sic codd.* (*Neutrum genuinum*) 24 Mucium *Mon.* Mutium *rell.* 25 Graccum *codd. sed paulo post* Gracchus

1* *Salust. Histt. fragm. incert. 2 Kritz.*

90. *qui minus.* In qua re minus insani poetae sunt, cum se quoque inuicem laudarent; *argutos:* canoros *POR.*

91. *carmina comp.* Dum ego, inquit, carmen bonum compono et ille alius similiter, aestimamus nullum alium poetam nisi nos et quasi theatrum euacuatum est nobis, ut 5 sint digni recitatores in eo. Nota, inquit, quod superbi incedamus quasi non omnis aedes poetis plena sit *ACR.*

hic elegos. Ἐνέργεια i. e. alter *POR.*

92. *caelatumq. Caelatum:* uariatum et quasi pictum. — *nouem musis.* Omni genere metrorum. Nam genera metro- 10 rum principalia nouem sunt *POR.*

93. *quanto c. f. q. mol. c.* Et sic nobis placeamus incedentes *POR.*

quanto mol. Aspice quanto molimine requiramus locum recitandi quasi uix inueniatur aedes in qua non illi recitent 15 quae sint digna nostris carminibus *ACR.*

94. *circum — Spect.* Vna pars orationis est diuisa in duos uersus Lucili more et antiquorum. — *uac. rom. u. a.* Romanis poetis deditam i. e. latinis uacantem. Significat autem aedem musarum in qua poetae recitabant et hoc recte; nam 20 graeci poetae in Athenaeo consueuerant, et ideo additum: *uacuam romanis uatibus POR.*

romanis uat. Id est: negemus in templo Apollinis ullos poetas habere carmina *ACR.*

95. *si forte uacas seq.* Bene additum *si forte uacas,* 25 tamquam et hoc ipsum facere superuacuum iudicandum sit *POR.*

8 aliter *Pat. Med. Totum autem schol. om. Fabr. et post lem. sequentis addit* Ἐνέργεια *et sic quidem:* cael. nou. mus. opus] Ἐνέργεια. Caelatum — pictum. nouem musis *etc.* 10. 11 nam genera metrorum *om. Edd. et post* principalia *addunt* enim (*Ceterum in codd. hic est ordo:* nouem musis] Omni — sunt. Caelatum uariatum *etc.*) 12 placemus *Fabr.* (*paulo ante* et ser. *pro* et sic *sequente lacuna cod.; et est locus sine dubio lacunosus*) 15. 16 quasi indigna *Fabr.* quae sint d. *Med.* 18 Lucilii more antiquo *Fabr.* Lucilii m. et antiquo *Pat. Med.* 18. 19 uac. rom. poet. deditam. Latinis i. e. uacantem *sic codd.* et uac. poetis rom. aedem latinis poetis uacantem *Pat. Med.* uac. rom. uat. a.] Id est, latinis poetis uacantem *Fabr.* 20 quam *Mon.* 21 cousuerant *Mon.* at thidum *sic Mon.* 25 uacat *bis Fabr.*

96. *quid f. e. q.* Nota etiam hoc ob quod meritum inuicem laudent et dignos poetica corona iudicent *ACR.*

quid f. e. q. Quid de se praebeat tollere uel quid adferat *POR.*

5 98. *lento S. a. p. p. d.* Sensus est: Inuicem odiosi sumus fallendo nos et mala carmina praedicantes et hoc sine fine facientes, ut Romani quondam pugnauerunt cum hostibus Samnitibus usque ad noctem, unde et Ennius: [1*] Bellum, inquit, aequis manibus nox intempesta diremit *ACR.*

10 *Samnites.* Tamquam Samnites, quorum pugna semper stataria est. Videtur autem haec metaphora uel a samniticis gladiatoribus uel a bello acerrimo Samnitum aduersum Romanos esse translata. — *ad lum. pr.* Vsque ad lucernam i. e. ad uesperam; *lento duello* i. e. bello diuturno *POR.*

15 99. *disc. A. p.* Illius iudicio, inquit, Alcaeo lyrico comparor et fio alter Alcaeus, functus suffragio humili ac plebeio. — *ille meo quis quis.* Singillatim pronuntianda sunt haec pronomina. Voco enim eum Callimachum ut me ille Alcaeum nominat *POR.*

20 100. *si plus adposc. u.* Si hoc illi parum fuerit et plus a me exegerit laudis. Et hic ostendit non pro merito poetas sed pro uoluntate laudari *POR.*

101. *optiuo.* Adoptiuo et adscito. Alcaeus autem lyrici carminis Callimachus elegiaci auctor est, Mimnermus duos

25 libros luculentos scripsit *POR.*

102. *multa f.* Multa, inquit, patior ne mihi poetae ira-

3 Quid esse praebeat tolleret *codd.* 3. 4 adferat *Mon.* afferat *cod* offerat *Fabr.* offeret *rell.* 5 quid uello sensus *sic Med.* 7 faciemus *Med.* 8. 9 inquit: Bellum *Fabr.* 10 semper *om. Edd. Et hoc schol. cum seq. sedem mutauit in libris praeter Fabr.* 13 *lem. om. codd.* ad lum. pr.] Vsque ad uesp. *Fabr.* ad lum. usque ad luc. i. e. ad uesp. *Pat. Med.* 14 lento *om. codd.* i. duello *sic Pat.* 17 Sigillatim *Edd.* 18 Voco eum alcaeum ut *codd.* 19 nominet *Edd.* 20 adposc. u. *om. Fabr.* 21 ostenditur *Fabr.* 23 ascititio *Fabr.* adcititio *Pat. Med.* 24 Mineruius *Mon.* Minerius *supra scr.* u *cod.* Mimermus *Pat. Med.* Mimnermus uero *Fabr.* 25 luculentibus *Mon.*

1* *Ennii Annalium reliquiae 172 Vahlen.*

scantur, sed tam diu quam ipse scribens laudari me expecto. — *inritabile.* Iracundum ac litigiosum *POR.*

104. *finitis studiis.* Finitis, inquit, carminibus et bene recepta mente tamquam ex insania poeticae professionis ad me rediens *POR.* 5

105. *obturem patulas imp. l. a.* Non solum, inquit, non laudo * * * * * * * * *ACR.*

obturem pat. Non solum non laudabo sed etiam obcludam aures ne quem audiam recitantem *POR.*

106—108. *ridentur.* Sensus: Ridentur quidem, sed tamen delectantur uersibus suis. Ostendit autem quam laboriosum sit emendatissime scribere. — *et se uen.* Admirantur ac diuinos poetas se uocant. — *laud quidq. dixere beati!* Subdistingue *dixere.* et sic infer: 'Beati!' *Stulti* enim dicturus intulit *beati* ad intellegentis et cum iudicio scribentis tormenta respiciens *POR.* 10 15

109. *at qui leg.* Bonus scilicet poeta *POR.*

111. *aud. quaecumq.* Proprie dixit *audebit* ut ostendat magnam rem etiam hoc facere. Vergil.:[1*] Aude hospes contemnere opes *POR.* 20

113—115. *mouere loco.* Tollere atque mutare. — *inuita recedunt.* Plerumque ita sunt uerba quae prima posuerimus, ut etiam cum praua sint tamen bene nobis posita uideantur. — *et uersentur* [*a. i. p. Vestae.*] Id est domi. Per quam metaphoram ostendit, licet in animo nostro fixa uersentur tamen

2 inrit. *Mon.* 7 *post* laudo *Fabr.*: 'Deest finis.' *Med.*: 'Acro hic deficit.' *Sed in fine scholiorum huius Epistulae ea sub uno conspectu ponenda curaui quae ad relicuam partem scholia F. Hauthalius ex codice Heiniano s. Barcellonensi saec. X. communicauit in libello cuius titulus est: 'Ueber den codex Heinianus oder Barcellonensis des Horaz und des Akron. Bonn bei T. Habicht 1847.' In quorum uerbis mutaui nihil* 8 opturem *cod.* 8. 9 obcludam *Mon.* obciaudam *cod. Pal. Med.* occlaud. *Fabr.* 10 Sensus est *Fabr.* 13. 14 sub extinguere et infer beati *Mon.* subdistinguit dixere et sic infert beati *cod. Om. haec omnino Edd. In lemmate autem* scripsere *cod. in rasura.* dixi *Mon.* scripsere *omnes codd. Horatt. quod sciam* 14. 15 intulit ad *omisso* beati *Edd.* 16 *lemma et* Proprie dixit *om. Fabr.* 22 recedunt *codd.* 24 *inclusa om. codd.* 25 licet *codd.* quae *Fabr. Om. omnino rell.*

1* *Aen. VIII 364*

excludenda esse . . . . — *obscurata d. p. b. e.* Antiqua et absoleta senio in consuetudinem reuocabit; et utrum 'populo obscurata' an 'populo bonus'? *POR.*

119. *adsciscet noua.* Vtetur etiam nouis uerbis de usu
5 nascentibus *POR.*

120—124. *beabit.* Ornabit. — *tollet.* Aut amputabit aut extollet. — *ludentis sp. d.* Ita [me] carmen efficiet ut auditori lusisse non laborasse uideatur; ita tamen torquebitur et fatigabitur ut pantomimus qui nunc totus Satyri nunc Po-
10 lyphemi Cyclopis conatur imitari personam *POR.*

126. *praetulerim sc.* Malim, inquit, stultus esse et meis carminibus malis delectari quam legendo sapiendoque cruciari *POR.*

fuit haud ign. A. Argis uetuste pro Argiuis; et facete
15 simul adcommodatur exemplum quo ostendatur quam sit secura dementia *POR.*

129. *qui se cr.* Bene *credebat;* non enim audiebat. Et pulchre additum *miros,* ut non in eo tantum errore sit quod audire se credebat sed etiam quod miros *POR.*

20 131—135. *cetera q. uitae seruaret m.* Hoc dicit in aliis rebus illum non fuisse dementem. — *bonus s. u.* Commoda occasione percurrit officia boni patris familias. — *et signo l.*

1 *post* esse *in codd. haec addita sunt:* Quod fit. Nam demere admissis hominibus aliis intellegunt. Cum adhuc (populo b . . . . e . . . . antiqua et obsoleta etc.) *Nos lacunam signauimus* 2 absoleta *Mon.* obsoleta *Edd. et* a *supra* o *scr. cod.* reuocauit *codd. Dein* obscurata populo an populus bonus *Edd.* populo obscurat an populo b. *codd.* 4 adsc. enim *codd.* asc. noua *Fabr. Med.* etiam *om. Edd.* 6 beabit. tollit, aut amp. aut extolletur et ornabit *codd.* beabit. tollit a. amp. a. extollet ornabit amputabit *sic Pat.* leuabit. tollet a. amp. a. extollet. — beabit. ornabit *Med. et inuerso ordine Fabr.* 7 me *Fabr.* ne *rell.* afficiet *Edd. dein* et aud. *ascr. in marg.* ut *cod.* 7. 8 auditor *Fabr.* 8 *post* uideatur *nouum lem.* Et torquebitur *add. Fabr. sed* tamen *om.* 9 tonsus *Fabr.* tosus *Pat. Med.* 11 malem *Pat.* mallem *rell.* 11. 12 ut — delectarer *codd.* (ess)et — delectarer *Pat.* 12 quam *cod. in marg. et deinde* cruciandoque cruciarer *codd.* 14 aut *in lem. codd.* Argis *post lem. addidi* 15 accomodat *et* ostendit *Edd.* 18 additum. Mires *etc. Fabr.* errores sed quod audires cred. *codd.* errore sit quod se audire *Edd.* 19 miros *codd.* miseros *Pat.* uiders *rell.* 20 uita seruare *codd.* 22 occasio. Percurrit *codd.*

Satirice tamquam hoc multi faciant. — *posset q. r. e. p.* Superius quasi sanum describebat, hic ergo quasi leuiter insanum *POR.*

137—140. *expulit elleboro meraco.* Multo et crasso utpote contra tantam dementiam. — *redit ad se.* Sanus factus 5 est. — *pol. m. occ. a. n. s. a.* Adeo securius est insanire quam sapere. — 139. *quod sic ext. u.* Mire non morbus sed uoluptas. — *mentis grat. e.* Ille scilicet quo malis suis homines non solum non dolent sed etiam delectantur; unde illud Graecum: *Ἀμαθία θράσος POR.* 10

141—143. *nimirum s. e. ab.* Commemoratis omnibus incommodis in arte poetica constitutis illud concludit nihil esse melius studio sapientiae i. e. philosophiae. Et est ordo: Nimirum abiectis nugis utile est sapere et concedere pueris tempestiuum ludum i. e. artem poeticam. — *tempestiuum.* Op- 15 portunum congruum; *pueris*: puerili aetati. — *ac non u. s. f. l.* Ac non eam partem musicae sequi cuius cantilenae uitae modi numerique non concordant. In his enim altior quaedam scientia musicae disciplinae *POR.*

146. *si tibi n. s.* Haec uerba Horatii sunt secum lo- 20 quentis quasi cum alio. Si tibi, inquit, grauior sitis bibendo fieret referres ad medicos et indicares; sic et alibi:[1*] Crescit indulgens sibi dirus hydrops *POR.*

149. *si uulnus t. monstrata.* Si quis tibi herbam aut ra-

4 extulit ell. m. *Mon.* ext. hell. m. *cod.* exp. eleb. m. *Pat.* moraco *Fabr.* 7 cui *Fabr. in lem. cum codd. Horatt.* quod *rell.* 7. 8 Mire — uoluptas *cod. ead. m. in marg.* 8 Illo scil. quo *codd.* Illo scil. pertinet quod *Edd.* 10 *pro graecis spatium uacuum Edd.* 11. 12 commodis *codd.* 12 nihil esse m. studio *codd.* uel melius studio *Med.* nilus āt melius studio *Pat.* esse melius studere *Fabr.* 13 Ordo *Pat. Med.* Ordo est *Fabr.* 15. 16 oport. *libri praeter Fabr.* 16 pueris autem *Fabr.* 17 sequi *om. Fabr. Med.* sed *Pat.* quae cantilenae (cantilenet *supra* et *scr.* ae *cod.*) u. m. numeriq. conc. *codd.* cuius cantilenae uitae modi numquam concordant *Pat.* cuius cantilena u. m. numq. conc. *Med.* cuius cantilena et modi numq. uitae conc. *Fabr.* 18 est *om. Edd.* 21 gratior *Fabr.* 22 referret ad medicos. Et indicas *codd.* sic alibi *Fabr.* 23 dirum *codd.* 24 monstratam *codd.*

1* *Hor. Carm. II 2, 13*

dicem ostendisset tamquam utilem uulneri tuo tuque eam expertus inutilem conperisses non utique utereris. Cur igitur diuitias cupis quas adquirendo didicisti nihil conferre ad sapienter beateque uiuendum, quando quidem diues factus ni-
5 hilo minus stultus es quam antea fueras cum pauper esses *POR.*

151. *audieras cui rem di don. et cetera.* Hoc dicit: Si ideo diuitias adpetisti quod audieras te stultitia cariturum cum diues esses: postquam diues factus ad sapientiam nihil pro-
10 mouisti etiamne copias facultatesque sectaberis et adhuc audies opulentiae laudatores quibus iam semel credendo deceptus es? *POR.*

155—157. *at si diuitiae pr. r. p.* Si a quoquam quaestu uincereris et auarior te ullus esset, quippe cum praesertim
15 et minus cupidos et minus timidos facerent, si modo id uerum esset. — *uiueret i. t.* Erubesceres ait si te quisquam esset auarior et ideo sapientior, siquidem opes sapientiam daturae essent *POR.*

158. 159. *si propr. est.* Dicit: nihil quicquam proprium est quod quis libra mercatus est et aere; quasi possideat nihil
20 praeter usum fructum quem nos capere debemus; mireque

1. 2. tuq. a me exp. me inutilem comp. (conp. *Mon.*) non utique *codd. omisso uerbo* utereris 3 cupit *Mon.* (*idem* adq.) 4 quando quod diues *Fabr. Med.* 5 fueras *codd.* speras *Pat. Om. rell.* 7 remedia don. *in lem. codd.* (et cetera *om. Edd.*) 9 esses. Postquam *etc.* es. *sic male interpungit Fabr.* 10 etiam *om. Fabr.* sectari sed *Mon.* sectaris sed *cod. Pat. Med.* secteris sed *Fabr.* audis *Fabr.* 13 *Post lem.:* Si, inquit, diuitiae reddere te prudentem possent a quouis quaestuoso uinci pudore afficereris et auarior te nullus esset quippe cum — faciant si — esset *Fabr.* Si inquit — possent pudore a quoquam quaestu uincere afficeris et auarior te ullus esset quippe — faciant si — esset *Pat. Med.* *Vt nos codd. nisi quod:* et anariore $\overset{v}{u}$llos esset *Mon. et ascr. in marg.* et auarior te ullus esset *cod. praeterea* cum *om. codd. et habent* facient. *Sed fort. hoc schol. nil nisi mera amplificatio sequentis est* 18 dicit nihil quicquam. Proprium est q. q. l. meae *codd.* Dicit n. q. pr. Quod quis libra mercatur *Pat. Med.* Dicit quicq. prop. quod quis l. mercatur *Fabr.* *Deinde:* quas possidet. An nihil pr. us. fr. q. n. c. debemus (debebunt *Mon.*) nostraeque rei (postrique rei *Mon.*) inter nos *codd.* quasi possidet an n. p. u. fr. q. n. c. debemus mireque ait inter nos *Pat. Med.* quasi possideant n. p. u. fr. q. n. c. debemus mireque ait inter nos *Fabr.*

ait inter dominos et nihil possidentes nihil distare nisi quod illi sine cura alantur. — *si prop. q. q. —quaedam si credis et reliqua.* Deest *et,* ut sit ordo et sensus: Si proprium quod quis libra mercatus et aere est et quaedam mancipat usus, si modo credis iure consultis: qui te pascit ager tuus est. 5 *Libra et aere*: Verba sunt iuris quibus omnis emptio confirmatur, cum per *libram* expensa pecunia per *aes* ipsum pretium demonstretur; unde et libripens huius modi testificationibus adhiberi solet. — *mancipat usus.* Hoc est: usus possessorem facit *POR.* 10

160. *qui te p. a. t. e. et uilicus Orbi.* Quamuis non tu sed Orbius uideatur esse possessor *POR.*

162. *das nummos.* Vt ille cuius ager est pro toto dedit, ita tu pro eius partibus i. e. fructu *POR.*

163. 164. *temeti.* Vini, quod temptet mentem, unde 'temulenti' dicuntur dicti prima syllaba producta. — *paulatim m. a. Paulatim* quia per minimas partes pretii. — *fort. trecentis aut etiam.* Commodius tu emis quam illi emptus est qui possidet; nam ille semel pretium soluit trecenta milia uel quadraginta, tu minutatim et pro arbitrio tuo *POR.* 20

166. *quid ref. u. n.* Quid interest, inquit, ut paulo ante an olim numerauerit pretium, dum uiuas eodem modo quo ille qui olim comparauit? Si emptio facit dominum, emisti; si usus, tu eris; si tempus, nihil de iure distat olim an nuper coemas dum emendi potestas sit *POR.* 25

168. *empt. cenat holus.* Licet se putet inemptis holeribus

2 aluntur *libri* si credis consulis *lemma est in Fabr. Vt nos rell. Deinde:* Deest est ut sit *cod.* Deest ē ut sit *Pat.* Deest ut sit *rell.* 4 mercatus et here est *Mon.* mercatur et aere *Edd. Vt nos cod.* 4 et quaedam *et quae secuntur usque ad* Verba sunt *om. Edd.* 6 libera et haerae est *Mon.* 7 penes *pro* per aes *codd.* 8 demonstratur *libri* libripes *codd.* 11 uilicus *Mon.* uill. *rell.* Cuius *pro* quamuis *Fabr.* (Oruius *Mon.*) 14 pro eius usu fructu *Fabr. Med.* 15 temperet *Edd.* 16 dicuntur dicta *Mon.* dicuntur *rell.* 17 quia *Fabr.* quī *rell. Deinde:* per minimas partes pret. Fortasse trec. aut etiam c. *sic codd.* per partes pretio fortasse trecentorum: aut etiam commodius etc. *ut unum schol. sit Edd.* 18 esset *libri* 19 millia *Fabr. Med.* 21 Quid est. Quid interest *codd. post lem.* 22 numerauerit *codd.* numerauit *Edd.* 24 frueris *Fabr.* tu eris *rell.* 25 emas *Fabr.* coenas *Med.* 26 olus *cod. item in seqq.* oleribus

et lignis possessor uti, emptis utitur; et falsum putat, suum uocans usque ad limitem certum, quasi quicquam semper nostrum sit quod multis dominis possessorem commutat *POR.*

170. *qua p. adsita.* Vsque ad eam partem qua populus
5 arbor adsita in uitationem certaminis indicat fines certos et uicinorum iurgia uitare facit. Sic Vergilius: [1*] V s q u e a d a q u a m e t u e t e r i s i a m f r a c t a c a c u m i n a f a g i. Et est ordo et sensus: Vsque ad eum locum quo populus adsita certis limitibus iurgia uicina refugit *POR.*

10 172. *puncto q. m. h.* Id est: perfacile et cito *POR.*

173. 174. *nunc pr. n. p.* Colligit quot modis dominia commutantur. — *in altera i.* In alterius potestatem *POR.*

175. *si quia perpetuus et cetera.* Videtur sententiae tenor iam clausus hic esse et hoc significat: Si emptio uel usu-
15 capio ad legitimam possessionem neminem inducere possit neminem esse tam pauperem qui non hoc iure omnem agrum suum esse possit credere; si uero nullus perpetuus possit haberi fructus de rebus quaesitis sed temporalis uicissitudo seruetur inter homines, nihil prodesse uineis aut horreis aut sal-
20 tibus plurimis dominum fieri hominem, si quidem moriturus sit diues eadem sorte qua pauper *POR.*

1 utitur sed falsum putat. — sed uocat usq. suum] Ad limitem certum *Edd.* utitur et (sed *cod.*) *etc. ut nos codd.* 4 quo *sec. man. cod.* Vsque *add. ex Mon.* 4. 5 populus ad poradsit (pop. arbor sit *cod.*). Id est innatalem italis carminis indicat *codd.* pop. arbor sit quae nitationem (uitatione *Fabr.*) talis certaminis inducat *Edd.* 7 est *om. Edd.* 8 quo pop. adsita l. u. r. *sic cod.* quo populus adsita e. l. u. r. *sic Mon.* propter adsita limitibus uicina refugit *Pat. Med.* prope quem populus assita certis limitibus iurg. uic. ref. *Fabr.* 10 perfacili *libri* 11 collegit *et* acquirantur *Edd.* 13 si qua perpetuis et cetera. Videtur sent. *codd.* si quia perpetuis et ex iure (ūr *Pat.*) seut. *Pat. Med.* sic quia perpetuus] Et ex iure sententiae *Fabr.* 14 iam dudum hic etiam et *Edd.* iam dudum hic esse et *codd.* (*poteram etiam:* iam conclusus *s.* conclusus *s.* iam elusus) 14. 15 usucapione *Mon.* usucapione *cod.* 15. 16 neminem inducere potest *Edd.* *Om. codd.* *Contra* neminem esse tam pauperem *om. Med. Fabr.* neminem esse tam *om. Pat.* 16 quis uon *Fabr.* 17. 18. possit unde rebus *Mon.* possit unde de rebus *cod.* 20 pluris *codd.*

1* *Bucol. VIIII 9*

176. 177. *uelut u. s.* Vt fluctus super se inuicem ueniunt cum ex inmenso uoluitur mare. — *calabris.* Fructuosis. Est enim Calabria praeter ceteros reditus etiam pecuaria et lanarum mollium ferax, item Lucania. — *saltibus.* Latis fundis porrectis per plurimos montes. — *emetit orcus.* Amputat; et 5 est translatio a segete ac messoribus *POR.*

180—182. *tyrrh. s.* Tuscana. Apud Tuscos primo in Italia signa de marmore processerunt. — *getulo m. t.* Afro ac per hoc mauro; significat enim purpuram girbitanam. — *sunt q. n. habeant.* Ac per hoc desiderent; nam et qui ha- 10 bere non curat non habet; sed prior ille inops uidetur quem cupiditas torquet *POR.*

183. *cur a fratrum c. e. l. e. u.* Ordo: Cur alter fratrum cessare praeferat Herodis palmetis pinguibus, alter siluestrem flammis et ferro mitiget agrum, scit genius. *Natale comes:* 15 Genius natale astrum temperat et est naturae deus humanae. Hoc autem dicit: Cur diuersa sint homines uoluntate non curo equidem; scit enim hoc, genius qui sortis nostrae dominus habetur; uerum ut parcam rebus partis non me defraudabo metuens quid de me heres sentiat et utrum me mor- 20 tuum uituperet necne. Et hic *heredem* captatorem significat non adgnatum. — *alter fratrum.* Bene *fratrum;* haec res enim facit ut mirum sit dissimiles esse *POR.*

184.—189. *Herodis p. p.* Herodes in Syria phoenice

1 super uicem *codd.* 2 uolnuntur mari *Fabr.* uoluitur mari *Pat. Med.* 3 rei pecuariae *Fabr.* pecuaria *sic rell.* (*fort. scr.* pecuariae) 4 Latifundiis *Fabr.* 5 emetit *codd. recte.* emetet *Pat. Med.* si metit *Fabr.* 6 ac messoribus *om. Edd.* (*Duo postrema scholia inuerso ordine codd. Pat. Med.*) 7. 8 primo Italiae *codd.* in primo italiae *Pat. Med.* (Apud ueteres Tusci primo in Italia s. d. m. posuerunt *sic Fabr.*) 10 habent *in lem. cod. Pat. Med.* 10. 11 nam et qui habitarent N.... curant non habet; sed *sic codd.* est qui non curat habere] Sed *Fabr. Med.* Nam aeq. hērentur. Est q. n. c. habere. Sed *Pat.* 13 Ordo est *Fabr.* 14 cessare et ludere p. palm. ping. Her. *Fabr. item:* alter diues silu. a. fl. et f. m. 15 scit genius nat. c. *sic libri* 17 cur equidem *codd. Pat. Med.* diuersi *libri praeter Mon.* 18 fortis naturae dom. *Edd.* 19 uerum ut a rebus *sic codd.* nec me *codd.* ne me *Pat.* 21 uituperent. Et *Fabr.* uituperet. Haec metuam et *Pat. Med.* uetuperet. Nec me & *codd.* 22 agnatum *Fabr. et pr. m. cod.* 23 dissimiliesse *Mon.* dissimile esse *cod.*

rex Iudaeorum, per cuius palmeta magnas diuitias significat. — 185. *inportunus.* Sine portu ac requie h. e. auarus. Et ipse explicat quid sit *inportunus* dicendo: *ad umbram lucis ab ortu* h. e. a mane usque ad uesperum. — *silu. f. e. f.* Officium est agricolae non quiescentis et auara spe in futuros reditus intenti. — *scit g. n. c. q. t. a.* Hoc secundum id quod putant homines *εὐδαίμονας* et *κακοδαίμονας* dici quia *δαίμων* 'genius' intellegitur. — *uultu mutabilis.* Aut *uultum* nunc pro uoluntate posuit aut deest 'cum' ut sit: cum uultu mutabili; et tam dispar quam sunt inter se hominum uultus. — *albus et ater.* Prouerbialiter; h. e. bonus et malus; et 'album' ad liberalem et laetum rettulit, 'atrum' ad sordidum et aerumnosum. Figura *συνεκδοχή* POR.

190. *et ex m. q. r. poscit.* Caute adiectum *quantum res poscit* ut mundum se non prodigum fuisse demonstret. — *et ex modico.* Deest *quamuis* et *tamen* ut sit: quamuis ex modico tamen tollam .... *POR.*

191. 192. *quid de m. iud. h.* Hic heres non legitimus sed heredipeta. — *quod n. pl. datis inuenerit.* Quod non plus consecutus fuit ex meis quam in me pendit. Et congrue Horatius de se loquitur *POR.*

et tamen i. sc. u. Redit ad mediocritatem Peripateticorum et dicit ita se usurum bonis ut non obliuiscatur medium

2. 3 auarus, quod significat dicendo *Edd. Vt nos codd. nisi quod habent:* est 5 auare spem *Fabr.* auare spe *Pat. Med.* 6 extenti *codd. Pat. Med.* 6. 7 secundum quid propter hoc putant *codd.* sec. id quod propter quod *Pat. Med.* sec id quidem propter quod *Fabr.* Dicit quia *codd.* 8 nultū ab illis *in lem. codd.* Aut uultum nunc pro uol. post aut deest eum uultū ut ab illis *codd. Om. Edd. Fortasse aliis continget ut lenius emendent* 11 aut ad lib. aut ad laet. reddit *Edd.* ad lib. et laet. reddidit *codd.* 12. 13 figura *ἀποδοσες* prima *codd.* (*Fort. scr. ἀποδειξις*) 14 possit *codd. bis.* poscet *Edd.* 16 ut *om. Mon.* 17 *post* tollam *cod.:* *ανακολ* ut non tertium. *Mon.: ANAKA* ut non tertium. *Vnde lacunam expleant alii. Ceterum utrumque hoc schol. om. Fabr., finem tantum sic:* ex modico et tollam ut non tertium *Pat. Med.* 19 ditis *codd.* (inueneris *Mon.*) 20 impendit *Edd.* 21 *post* loquitur *codd.:* qui de se filius heres. Hic heres non legit. sed heredipeta. *Pat. Med.:* Quid de se indicat h. Hic *etc.* *Fabr.:* Hic autem heres non legit. *etc. Nos duo scholia effecimus et inuerso ordine conlocauimus*

ferendum esse, cum intersit inter hilarem et nepotem, parcum et auarum quamuis parum considerantibus similes esse uideantur *POR.*

195. *distat e. sp.* Ostendit quid distet inter supra dictos *POR.* 5

197. *ac potius p. u. f. q. o. Quinquatres* a quinque diebus, qui dies ad ferias Mineruae pertinent propterea quod festa sollemnitas eius deae per hoc spatium temporis celebratur. Vt igitur pueri ludo intenti insatiabiliter utuntur his feriis, ita tu, inquit, moriturus exiguo uitae tempore raptim uoluptatibus 10 plurimis fruaris; *olim* autem nunc pro 'semper' *POR.*

199. *pauperies i. Pauperies* 'egestas.' Nam 'paupertas' etiam honestae parsimoniae nomen est et usurpatur in fortuna mediocri *POR.*

201—203. *non ag. tum.* Adhuc de bono mediocrium for- 15 tunarum loquitur. — *tumidis u. aq. sec.* Id est nimia felicitate. — *non tamen adu.* Infelicitate uehementi; et bene in allegoria perseuerauit quia supra *nauem* dixerat. — *uiribus i. s. u. loco re et cetera.* Ingeniose descripsit quid sit homo mediocris, dicens mediocrem esse qui sit a summis minor ab in- 20 fimis maior *POR.*

205. *non es au.* Πρὸς ὑποφορὰν respondet more satiricorum quasi dicat: scimus te non esse auarum; uade securus de hoc ipso; sed quid prodest auarum te non esse si in ceteris

1 seruandum *Fabr.* ferendum *rell.* 2. 3 simile esse uideatur *libri praeter Fabr.* 6 a quinquatris diebus *codd.* 7. 8 festae solennitates — celebrantur *Fabr. Med.* festa solennitates — celebratur *Pat.* 9 incessabiliter *Edd.* 9. 10 ita *(hic sequitur lacuna)* Aut cum inquit *cod.* (*et Mon.?*) 11 autem *om. Edd.* 12 pauperies. Si paup. egestas *sic codd. Pat. Med.* pauperies] Id est in pauperie egestas *Fabr.* 13. 14 usurpaturi fortunae mediocri *codd.* usurpatur pro f. m. *Edd. Ceterum hoc schol. in libris praeter Fabr. infra post schol. ad uers. 203 locum habet* 15 med. fort. de bono *libri praeter Fabr.* 17 non tam. adu. infel. *om. Mon.* (felicitate *cod.*) 19 lucet cetera *sic codd.* loco re cetera *Pat. Med.* loco re *Fabr.* quod *Mon. et* i *supra scr. cod.* 22 *post lem. repetunt codd.:* non est usurpatur in fortuna mediocri ypopboram respondentem (responte *supra scr.* den *cod.*) more satyr. qd dicat (quidicat *Mon.*) *codd.* Hypophoram respondentem m. sat. intulit quasi dicat *Pat. Med.* *Πρ. ὑπ.* respondens m. s. intulit quasi dicat *Fabr.* 23. 24 te non — prodest *om. Edd.*

haeres uitiis ac teneris? — *quid cetera iam simul.* Sic pronuntiandum est ut intellegatur non fugisse alia uitia *POR.*

206. 207. *caret t. p. i. a.* Quae popularibus auris dedita est. — *somnia terrores m. m. s. nocturnos.* Haec omnia 5 ad superstitionem referuntur. Mire dicit *sagas* mulieres magicarum rerum et carminum seias tamquam 'satisagas' et multum agentes, ut magos dicimus quasi magnos a magnis rebus quas agunt *POR.*

209. *nocturnos lemures.* Vmbras uagantes hominum ante 10 diem mortuorum et ideo metuendas; et putant lemures esse dictos quasi 'remules' a Remo cuius occisi umbras frater Romulus eum placare uellet *lemuria* instituit i. e. parentalia, quae mense maio per triduum celebrari solent ante additum anno mensem februarium; ob quam rem maio mense religio est 15 nubere et item martio, in quo de nuptiis habito certamine a Minerua Mars uictus est, et obtenta uirginitate Minerua Neriene est appellata. — *portenta th.* Thessalorum promissiones incantatorum, de quibus ait Vergilius:[1*] Haec se carminibus promittit soluere mentes Quas uelit et 20 cetera, et:[2*] His ego saepe lupum fieri et se condere siluis Moerim et quod sequitur. — *rides.* Contemnis *POR.*

210. *natales gr. n.* Quod non faciunt nimium timidi senectutis et mortis, quia ex natalibus multis mortem iam iamque proximam perhorrescunt *POR.*

1 non haeres *Fabr.* quid cetera] Iam simul *Edd.* 2 fuisse *Fabr.* 4 errores *et* nocturnas *codd.* 5 mira *cod.* miracula *Mon.* 6 scientes *Fabr. Med.* scias *codd.* sias *Pal.* 8 quas se perficere posse iactant *Edd.* 9 lemores *codd. hic et infra* 10 mortuorum *Mon. et* mortis *supra scr. cod.* mortis *Edd.* 11 remuros *Edd.* remulos *codd.* remules *Auct. COM. CR.* 13 solebant *Fabr. Auct. COM. CR.* 15 et ire martio *codd.* deputetis habito a minerua *codd.* 16 uictus est obtenta uirginitate. Min. *sic Fabr.* uictus est et *etc. rell.* 17 Nerine *Fabr.* Nereine *omiss.* Minerua *Auct. COM. CR.* Thessalio *codd.* 20 et cetera *om. Fabr.* 20. 21 et se cund. s. Moerin *sic Mon.* se condere siluis Moerim *sed in* condere *uoce* u *a pr. m. fuit et* ere *in rasura est* 22 *in lem. add. Fabr.:* ignoscis a. L. e. m. f. a. s. 23 multis iam iamq. prox. *Mon.* multis iam iam prox. *sed* mortem *in marg. cod.* mult. mortem iam prox. *Edd.*

1* *Aen. IIII 487* 2* *Bucol. VIII 97*

212. *quid t. e. iuuat.* Allegoria. Quid prodest, inquit, uno te carere uitio a tam multis possessum? *POR.*

213. *uiuere s. r. n.* Da locum inquit melioribus qui uiuere sciunt atque tibi succedunt *POR.*

214. *lusisti s.* Hoc apud philosophos frequentatum est de uita sapientem abire oportere aequo animo ut e conuiuio pastum saturumque conuiuam. Et moraliter repetitum *satis* quod adclamationis est *POR.*

215. 216. *temp. a. t.* Vtrum quia deus iam te uocat an quia diu multumque uixisti. Et mire in fine operis de fine disputat uitae. — *ne pot. l. a.* Ne iusto plus uiuentem et ob hoc delirum senem iuuenes eludificentur habeantque derisui. Et uide perseueratum esse in allegoria de conuiuio facta; nam non minus senes quam iuuenes poti plerumque decipiuntur. — *rideat e. pulset.* Bene adiectum 'pulset,' id quod peius est. — *lasc. dec. ae.* Quam lasciuam esse magis deceat quam te qui es maturus senex *POR.*

2 et a tam m. p. esse *Edd.* 4 et patre succedit tibi *Mon.* *** succedit tibi *lacuna ante* succedit *cod.* (*Fort. scr.* et patere succedere tibi) 7 positum *Fabr.* petitum *Pat. Med.* 8 apud clam. *Mon.* 9 quis deus *Edd.* 11 uiuentem *Mon. Pat. Med.* uiuente *cod.* uiuens *Fabr.* 12 delirum senes auiuos eludificentur babeantq. der. *Mon.* deliriis senes a uiuos (a iuuene *in marg.*) eludificetur habeaturq. der. *cod.* delirus senex a iuuene eludificetur habeaturque der. *Edd. sed Fabr.* ludificetur 13 conuiua *Edd.* 14 iuuenes *om. Mon.* 17 *post* senex *add. cod.* Finis. *Mon.*: POMPONI PORPHYRIONIS COMMENTARIVS in HORATI$\overset{v}{\text{O}}$ EXPLICIT FELICITER. VTERE FELIX (omnia probate quod bonum est tenete). *Pat.*: Pomponii Porphyrionis enarratoris diligentiss. in Horatium commentariorum. Finis

APPENDIX

EX

CODICE HEINIANO SIVE BARCELLONENSI

(adnot. ad p. 429, 7)

104. *Idem — aures.* Idem non solum inquit laudabo aliorum carmen ut ante feci ut laudarent mea, verum obturabo aures meas cera ne quem audiam recitantem. Tractum hoc est a *[se]* sacerdotibus martis, qui dum sacra celebrarent cera obturabant (aures?), ne aliquo sono mens illorum inquietaretur. Abhinc formam boni poetae ostendit qui dum scribit animum accommodat iudicem, ut diligenter quae scribit examinet.

Idem. ego. *mente recepta.* Quia insanivi. insanire enim vates feruntur.

Opturem. Al. *obdurem* i. claudam. *impune legentibus.* Quoniam nocere mihi non possunt postquam desidero scribere.

106. *Ridentur.* Deest *quidem.*

Verum. sed.

107. *Se venerantur.* Invicem.

108. *Si taceas.* Si tu taceas illi laudant se. *Quicquid scripsere.* Quantum ipsi sibi videbantur narrare. *Beati.* Scil. dicunt se.

109. *fecisse.* Pro facere.

110. *Cum tabulis animum.* In quibus scribere destinat qui viciosas corrigit mentes.

111. *Audebit* etc. Dicit quia bonus poeta facto aer (l. a se) carmina diiudicat illud, et verba inhonesta et non bene posita audebit mutare et alia serere licet invita recedant. quoniam ita sunt plerumque verba coniuncta quae prima posueramus. ut etiam cum prava sint. tamen posita nobis videntur. ac per hoc quasi invita recedunt.

Verba inquit antiqua si modo splendida et nova sint. rursūs in usum reducet.

112. *Pondere.* Sensu.

113. *Verba movere loco.* Excludere. translatio ab exercitu, vel delere eximere. et servavit metaphoram. nam censores necantem [negantem?] aliqua vera locutio [loco?] remouebant. id est ordine senatorum. *Quamvis.* a. verba.

114. *Et versentur.* hoc est quasi sacrosancta scriptori uideantur. et in libris pontificum sint et morantur [memorentur?]

115. *Obscurata.* Celata lego. *Populo.* Tempore. *Bonus.* S. poeta sapiens et sine vanitate.

116. *Proferet.* Scribit sentencias difficiles quae habentur in optimis libris.

117. Quae. verba.

118. *Nunc situs informis.* Modo negligentia poetarum quae habetur. *deserta.* praetermissa. *vetustas.* verba veterum sapientum *et.* premit.

119. *Adsciscet.* Bonus. *Nova.* Verba. *Genitor.* Pulchre dictum *genitor usus.*

120. *Et liquidus.* S. usus. *Vehemens.* Puris sermonis (sic) fortis facundus utatur. *Puroque.* Verbis novis i. usu natis.

121. *Fundet.* Poeta. *Beabit.* Ille s. poeta.

122. *Compescet.* Reprimet. *Luxuriantia.* Superflua, redeuncia. *Aspera.* Verba.

123. *Levabit.* Nitida efficiet. *Virtute carentia.* In usu posita. *Tollet.* Mitigat. temperabit pro feret.

124. *Ludentis speciem dabit.* Sicut pantomimus imitatur ita poeta assimilabit. *Torquebitur.* Permutabitur, rotabitur. quamvis ludere videantur tamen laborem ostendit. *Ut qui.* Poeta.

125. *Satirum.* Saltatorem. *Persius: ad numeros Satiri moveare batilli.* Scholion: Satiri genus simiorum facie admodum grata et gesticulatis motibus in qniete. *Movetur.* Saltat. figurata locutio. moveor illam rem. ut: frangor pedem. Qui non intellegunt vicia sua his qui sapiunt et emendatione torquentur. unde subnectit et fabulam.

126. *Pretulerim.* Praeposui exegerim maluerim. irridendo haec ait. ego quidem inquit eorum vitam pretulerim.

127. *Mala.* Dampna. *Vel denique.* S. ut male esse nesciam. *Fallant.* Decipiant s. me.

128. *Quam sapere et ringi.* Proprie tantum est. est autem *ringi* ficto risu leticiam simulare. *Fuit haud ignobilis argis.* Hic licas dictus.

134. *lagenae.* Sicut *Persius* a contrario: *et signum in vapida naso tetigisse lagenę* (sic).

136. cognatorum. Propinquorum. *Curisque.* Studiis.

137. *Meraco.* Puro.

138. *Redit ad se.* In pristinam sanitatem. *Amici.* o.

141. *Sapere*. Philosophiam. *Nugis*. Operam dare.

142. *Tempestivum*. Convenientem. aptum. *ludum*. Studium carminis. versibus modo nugis. *concedere*. Tribuere.

143. *Ac non verba sequi*. s. utile est. et studere philosophiam potius utile est.

144. *Numerosque*. Sapientia modo praecepta vera.

146. *Si tibi nulla*. Verba sua aput se.

148. *Nulli ne faterier audes?* Non audes.

150. *levius*. Sanius.

151. *Audieras*. ab aliquo. *Cui*. Alicui inquit propter pecuniam demptam fuisse stulticiam? Non.

152. *illi*. Non. *Decedere pravam Stulticiam?* Interrogative. audisti?

154. *Plenior*. Diuiciis. *Tamen uteris*. Increpative. *Monitoribus isdem*. Quibus adeptus es. diviciis.

155. *At si divitiae prudentem*. Sapientem. unde *Cicero: iure (in rep.?) amatoribus nostris sapientia est*. *Prudentem*. Prudentia enim dicta est quod porro videat et futura diiudicet.

156. *Si cupidum* etc. Si possunt reddere non cupidum. non timidum hominem. bonum est ut petantur. et bonum est ut homo et (prudens?) . . sit ex diviciis. si auferunt cupiditatem et timiditatem. sed plus dant mala quam . . (bona?) . . *Ruberes*. Pro erubescerea si propter divicias perdidisses . . (omnia?) . . mala.

159. *Quaedam*. Multa. *Consultis*. Iudicibus. *Mancipat usus*. Postquam de aliquo meo beneficio sive servo cartam feci cuidam mancipaui i. tradidi alii ex mea potestate in aliam. *Mancipat*. Mancipio accipit. transmutat. *usus*. publicus.

160. *Qui te pascit*. Non possidentis. *Villicus*. pro quolibet. *Orbi*. S. divieiis.

161. *Segetes occat*. Occultat comminuet quas occessat (sic). *daturus*. Venediturus.

162. *Te dominum sentit*. Quia emis es quae ex rure exeunt. *accipis*. emi.

163. *temeti*. vini, vel temulentus. Non solum inquit per mantipacionem (l. mancipationem) proprietas adquiritur et per usucaptionem. Tu cum emis fruges aut poma. videris fundum eum caprae (capere?). huius bonis uteris licet emptis. ergo puta eum proprium tuum esse ac vis (eius?) fructibus non es alienus.

164. *Mercaris agrum*. Quem alius olim emit.

165. *emptum*. Agrum dico. a domino suo.

166. *Refert.* Interest. *Numerato.* Precio illius agri ante XV. dies vel ante XXX. annos.

167. *Emptor aricini.* S. arvi. Ordo aricini et uegentis.

168. *Emptum cenat holus.* Holus quod emit ipse cum agro. *aliter.* S. non emptam comedere putat.

169. *Sub noctem.* In tempore noctis.

170. *Qua populus adsita certis.* Plantata propositio haec est. sed ab illis finibus suum.

171. *tamquam sit.* Responsio.

172. Proprium. S. homini. *Puncto.* Momento.

174. iura. Potestate.

175. *Si quia.* Al. *quia* (sic). *Usus.* Habendi.

176. Alterius. Undae.

177. Vici. Villae. *Quidve.* Prosunt. *Calabris.* Saltus adiecti Lucani Calabris. *Lucani.* S. saltus. *Orcus.* Infernalis.

179. *Grandia.* Divites cum pauperibus. *Exorabilis.* Orcus.

180. *Gemmas.* Aliud thema. *Tyrrena.* Tuscia.

181. *Murice.* Colore.

182. *Sunt qui.* Multi.

SCHOLIA
IN ARTEM POETICAM

Humano cap. De inaequalitate operis loquitur et dat praeceptum scribendi poema. Et primum praeceptum est de dispositione et conuenientia carminis. Scribit autem ad Pisones uiros nobiles et disertos ad patrem et filios, uel ut alii
5 dicunt ad fratres. [Capiti autem] comparat poema quod sine oeconomia sit picturae eiusmodi [simile] quae habeat ceruicem equinam cum forma humana et diuersorum animalium membra et pennas, quae persona desinat in piscem *ACR.*

Hum. capiti c. pictor eq. i. s. u. Hunc librum qui in-
10 scribitur 'de Arte Poetica' ad Lucium Pisonem qui postea urbis custos fuit eiusque filios misit. Nam et ipse Piso poeta fuit et studiorum liberalium antistes; in quem librum congessit praecepta Neoptolemi *τοῦ Παριάνου* de Arte Poetica, non quidem omnia sed eminentissima. Primum praeceptum est *περὶ*
15 *τῆς ἀκολουθίας.* Nam ut pictor si humano capiti equi dederit ceruicem eamque uoluerit decorare pinnis et inferiorem partem membrorum exprimere piscis effigie, superiorem uero mulieris exornare specie: ualde ridebitur quod contra naturam omnia

2 prius *cod.* 4 filium *Edd. (Quae deinde inclusi additicia puto)* 9 si quis *in lem. pro* pictor *Mon. scriptura ualde memorabilis* (Hum. cap. *lem. est in Edd. et Pat. inser.* Porphyrionis in artem poeticam commentaris) 11 eiusque libros *Mon. Om. omnino rell.* 13 τοῦ Π. *add. ex codd. Lacunam habent Pat. Med. item pro:* περὶ τῆς ἀκ. 15 *ΑΚΟΛΟΥΦΙΑC Mon.* 16 eumque *Mon. et pr. m. cod.* decorari *Mon.* pinnis *codd.* 18 ualde uidebitur *Pat. Med.* ualde errare uidebitur *Fabr. Vt nos codd. Cfr.*

faciat: ita poetice, si ornatus causa plus quam exigit materia aliquid institutum ornetur, meretur contemni *POR*.

2—5. *et uar. i. pl.* Imponere plumas [i. e. inducere pennas] uariis coloribus natura floridas uel uarios diuersarum auium colores. — 3. *undiq.* Ex diuersis scilicet animalibus. 5 *Collatis* autem *membris*: coniunctis ad superiorem et descriptam formam, ut habeat humanum caput et collum equi et caudam piscis. Et multum praecipit conuenientiam poetam seruari debere. — *atrum.* Foedum magnum. — 4. *desinat.* Finiatur. — *in piscem.* Hoc est in marinam beluam i. e. 10 pistricem. — *formos. s.* Vt facie sit formosa mulier, inferius autem monstris uariis deturpetur; *superne*: Superiore parte [i. e.] uultu et ceruice. — 5. *sp. adm. r. t. a.* Si fueritis admissi ad spectaculum o Pisones num risum poteritis tenere? Vel *spectatum admissi* i. e. quasi ad spectandum missi. 15 Et est sensus: Si admissi fueritis introire ad spectandum tale animal pictum, poteritis risum tenere o Pisones? *ACR*.

5. *risum t. a.* Percontantis est haec uox et praecipientis utique rideri oportere *POR*.

7—10. *cuius u. a. s. u. f. s.* Qui non habet ordinem 20 eius ita uanae sunt species quemadmodum aegrotantium somnia quae uidentur habere imagines uarias. — *pes.* Finis. — *caput.* Principium. — *uni redd. f.* Vni corpori ut neque finis neque principium conueniat. — *aeq. p.* Aequalis; quasi obiectio est, ita ut alter responderit; est, inquit, potestas sed non usque 25 adeo ut inepta fingantur *ACR*.

Dillenb. libelli laudati p. 20 1 poetices orn. c. si (si *om. Mon.*) plus q. e. m. a. i. ornetur (meretur *add. Mon.*) contemni (contempni *Mon.*) *codd.* poetices o. c. s. p. q. e. m. a. inst. o. cont. *Pat. Med.* poeticem o. c., si plus q. e. materiae institutum ornetur cont. *Fabr.* 3. 4 *inclusa om. cod. Med.* 4 uarias *cod. et COM. CR. in quo est:* uel uarias i. e. *etc.* 5. 6 animalibus et multis. Praecipit poetae conuenientiam seruari debere. — Collatis m. ut turp.] Coniunctis *etc. Fabr. Vt nos cod. Med. sed* ut habeat — debere *fort. uncis includere debebam* 9 turpiter. Foede. — atrum. Magnum *COM. CR.* 10 bel. mar. i. e. in pistr. *Fabr.* 13 i. e. *om. cod. Med.* 14 spectandum *cod.* nonne *pro* num *cod. Med.* (habere *cod. Med.*) 17 potestis *libri* 18 percunctantis *Fabr.* 24 quasi per obiectionem *Edd.* quasi subiectio est *cod.* 25 respondeat *Fabr.*

9. 10. *pict. a. p. quodlibet audendi s. f. a. p.* Sequens praeceptum est: omnes quidem poetas potestatem habere fingendi ita ut aliquid faciant non ut uelint cum auibus serpentes uel cum agnis tigres iungere *POR.*

5 11—14. *scimus.* Hoc ita esse. — *et h. u. p. d. u.* Sicut nos licentiam concedimus aliis scribere ita nobis petimus licere. Petimus quasi poetae, damus quasi critici. — 12. *sed n. u. pl.* Ita debemus habere licentiam scribendi et sic debent esse artificiosa poemata ut non mitia adiungantur asperis
10 immoderate. — *geminentur.* Iungantur. — 14. *inceptis gr.* Aliud praeceptum. Docet non importune inducendam esse parabolam aut descriptionem; sed aut parabola aut descriptio apte debent adiungi incepto bene poemati; qui enim incipit granditer et leuiter finit uituperandus est. Professis autem:
15 his qui conantur aliquid magnum scribere, aut respexit ad naturam quorundam poetarum qui incipiant describere grandia et in communes exeant locos; qui tametsi boni sint tamen superflui habentur et plerumque ridentur. In magno poemate excessus debemus aspergere quasi ad reficiendas aures. [Pa-
20 timini ergo pro bono colore excessus dici] *ACR.*

14. *inceptis grauibus p. e. m. p. Plerumque*: tertium *καθολικόν.* — *et magna professis.* Sensus est: naturam quorundam poetarum esse pessimam qui incipiant grandia describere deinde in locos communes exeant; qui licet boni sint
25 tamen ridentur ac superuacui habentur nisi loco positi sint *POR.*

15. [*purp.* Bonum additamentum quod dicit purpureus.—] *assuitur p.* De his dicit qui cum seueram et subtilem materiam coeperint scribere flosculos quosdam interponunt. Ordo

1 quidl. *Fabr.* quodl. *rell. Dein* audiendi *Mon.* 11 inopport. *cod.* 13 bene incepto *Fabr.* 14 professis] Aut *Fabr.* 15 aut resp. *om. cod.* 19 debemus — dici *om. Med.* Pati. ergo *om. cod. et pro* dici *habet* dicit 21 grauioribus *codd.* (p. e. m. p. *om. Edd.*) 21. 22 *Post lem.* Praeceptum tertium. Est natura *Edd.* Plerumq. tert. *καθολικόν* (*ΚΑΘΟΛΙΚΟΝ Mon.*). Et magna professis. Est natura *codd. Tum* esse pessimam *Mon.* pessima *rell. Vnde scripsi:* Sensus (*nam* sēsus *post* professis *facile excidere poterat*) est: naturam *etc.* 23 incipiant *codd.* incipiunt *Edd.* 24 exeunt *libri* 27 *inclusa om. cod. Med. recte opinor* 29 *post* interponunt *cod.*

est: Pannus assuitur qui splendeat; ut bona sit oeconomia sed incongrua. — *cum l. e. a. D. Describitur* supple; Zeugma ab inferioribus *ACR.*

purp. l. q. s. u. e. a. adsuitur p. Per hoc locos communes significat *POR.* 5

17. 18. *per amoenos. Ambitus properantis aquae* dixit riuos i. e. per campos discurrentes. — *ambitus.* Circuitus. — *aut fl. Rh.* Notandum *flumen Rhenum* genere neutro. Salustius in historiis:[1*] Nomen Dannbium habet. — *pluuius a.* Pluuialis, qui pluuias concitat *ACR.* 10

18. *aut fl. Rhenum.* Non dicit genere masculino Rhenus sed neutro: 'hoc Rhenum' quia est 'hoc flumen' *POR.*

19. *sed n. n. e. h. l.* Vt de his posses scribere. Quasi ad aliquem responderit, non erat locus ut hoc describeres, sed quoniam bene scribis ideo introduxisti. — *et fort. cupr.* [Irrisio pictoris cuiusdam qui nihil aliud quam cupressum nouerat depingere.] Prouerbium est in malum pictorem qui nesciebat aliud pingere quam cupressum. Ab hoc naufragus quidam petiuit ut uultum suum exprimeret. Ille interrogauit num ex cupresso uellet adici aliquid. Quod prouerbium Graecis in usu est; nam naufragi ad misericordiam commouendam casus suos in tabula depingunt ut Iuuenalis:[2*] Dum rogat et picta se tempestate tuetur *ACR.* 15 20

et fort cupr. sc. s. Hoc prouerbium est in malum pictorem qui nesciebat aliud bene pingere quam cupressum. Ab hoc naufragus quidam petit fatum suum exprimeret; ille in- 25

Med.: Zeugma ab inferiori *quae in seq. omittunt* 2 cum l. e. a. Describitur. Dianae supple ab inf. *Med.* cum l. e. a. D. Ab inf. describ. *sic cod.* 4 ads. *Mon.* assuitur *rell. et cod. in marg.* assuuutur 6 per amoe. riuos i. per c. disc. Amb. circ. *cod. et* i. *om. Med.* per am.] Riuos p. c. disc. — amb.] Circ. Ambitus prop. *etc. Fabr.* 9 nomenq. *Fabr.* 9. 10 pluuius. Pluuiosus *et quidem ante praecedens schol. cod. Med.* 12 quia est fl. *Fabr.* q. hoc est fl. *Pat. Med. Vt nos codd.* 14 aliquis *cod. Med.* erat *om. cod. Med. item* describeret; *et cod. praeterea* scribit 15. 16 Irrisio — depingere *uncis inclusi ut ex seqq. male repetita* 18 ob hoc *cod. Med.* 21. 22 commouentes *cod. Med.* 22. 23 Dum rogat *om. Fabr.* Vim rogat *rell.* 26 petit ut *Fabr.* scutum suum *codd.* fatum s. *Med. Fabr.* sumptum s. *Pat.* exprimere *Pat. Med.*

1* *Salust. Histt. fragm. III 55 Kritz.* 2* *Iuuenal. XIIII 302*

terrogauit, num ex cupresso uellet aliquid adici. Quod prouerbium Graecis in usu est: *Μή τι ἐκ κυπαρίσσου θέλῃς POR.*

20. [*simulare.* Graeco prouerbio usus est quasi scribere. —] *quid h.* Quid hoc ad naufragum qui dat pecuniam
5 ut describatur cupressus pertinet? Ita ergo qui scribit nisi opportune scripserit non sibi comparat gloriam, sicut ille qui male cupressum depingit *ACR.*

21. 22. *amph. c. i.* Hic quidam dicunt praeceptum aliud esse, alii eum de oeconomia adhuc loqui. — *curr. r.* Id est:
10 carmine procedente. Rotam autem dixit quae cum uoluitur uasa finguntur. — *cur urceus exit.* Cum a magnis incipias cur in minora desisti? Cur uile fit opus tuum? Et est translatio a figulis *ACR.*

amph. c. i. c. r. o. u. e. Hoc dicit: Quare cum aliam
15 materiam institueris scribere aliam efficis, quomodo ridendus figulus qui cum destinauerit amphoram fingere urceum efficiat? *POR.*

23. *deniq. s. q.* Quidquid uis scribere simplex sit i. e. [ueri simile] coeptae materiae et nondum finitae non debes
20 aliam adiungere *POR.*

24. *max. p. u. p. e. i. p. d. d.* Apostropham facit ad Pisones, i. e., pars poetarum decipimur specie uirtutis et imagine boni, dum praeferimus ueritatis imaginem delabentes in uitia. — *pater e. i.* Et magister et discipuli *ACR.*

25 *max. p. u. p. e. i. p. d. d.* Hoc *παράγγελμα* est: Erramus, inquit, et cum conamur ueram uirtutem sequi uicina uirtuti in uitia incidimus; nam breuiter scribentem sequitur

1 addici *cod.* adici *Mon.* adiici *Edd.* 2 *MHT DΕ KYPICCON ΘEαEIC Mon.* *μή τε ἐκ κυπαρίσσου θέλης cod. Om. Edd.* 3 *inclusa additicia habeo* 5 Itaque *Fabr.* 6. 7 ille male qui *Med.* ille male pingit qui cupr. *Fabr.* 10 Rotam — finguntur *post* figulis habent *cod. Med. et post* fing. *habet cod.*: parmine procecente. *Med:* parmine 11 *post* exit *Fabr.:* Id est cur uile fit opus tuum? Quare incipis magnum opus et desinis in minore? Prouerbiale, cum a magnis incipias in minora desistis 15 ridendus est 19 *inclusa om. cod. Med.* 21 Apostr. — poetarum *om. cod.* 22 studio uirt. *libri* 23 ueritati *Fabr.* 26. 27 in uic uirt. uitia *Fabr.*

obscuritas, leuia conponentem nerui inhibent, diserta profitentem *κακόζηλα* uitiant spreta rerum inspectione *POR.*

25—28. *breuis e. l.* Quasi diceret: uolo scribere breuiter. Laus est enim breuiter narrare, sed dum uult aliquis breuiter narrare fit obscurus. — *sectant. l. n. d. a.* Saepe 5 eneruatos uersus scribit qui dat operam ut scribat delicatos. — *leuia.* Splendentia, bene currentia, ut:[1*] P a r s l e u i s o c r e a s l e n t o d u c u n t a r g e n t o. — *deficiunt.* Deserunt, ut:[2*] n o c t i s n o n d e f i c i t h u m o r. — *serpit h. t. n. t. p.* It per terram scilicet dicendo. Vilia ille scribit qui tute uult 10 scribere et non audet se magnis imponere rebus. Sensus est: Dum quidam inflatos uersus uitant fiunt uiles; terraeque fit proximus, qui timet inflate dicere, dum se tueri uult *ACR.*

29. *qui u. c.* Qui uult uarium opus scribere saepe inepta scribit. — *prodigialiter.* Mirabiliter monstruose *ACR.* 15

qui uariare c. r. p. u. Aliud hoc praeceptum est: non esse fabulis indulgendum nec extenuandam usque in uitia materiam *POR.*

31. *in uit d.* Id est: Dum uult fugere culpam cadit in uitium. Docet hic non esse indulgendum eloquentiae nequis 20 incidat in opinionem inepti et superflui. Id est: Culpae fuga ducit in uitium, si nescit aliquis culpam uitare; ut ipse alibi:[3*] D u m u i t a n t s t u l t i u i t i a i n c o n t r a r i a c u r r u n t *ACR.*

32. *Aem. c. l.* Ab Aemilio inuentum, qui faciebat statuas quae ponebantur in harena ubi ludi celebrabantur. *Aemi-* 25 *lius ludus* dicebatur locus in quo quidam Aemilius gladiatores suos habuit. Circa hunc ludum Imus erat quidam statuarius. Alii dicunt *imum* breuem, alii in extrema parte ludi

2 *κακοζιλα codd. Om. omnino Edd.* uitiat — inspectio *Fabr.* uitiat — inspectione *Med.* 6 scribit *cod.* scribet *Fabr.* scribere *Med.* 7 leuis *cod. Med.* leues *Fabr.* 8 nerui def.] Vires des. *Fabr.* (*item* noctes *Fabr.*) 11 sens. est *om. cod. Med.* 13 dicere. — tutus] Id est: qui se tueri u. *Fabr.* 15 prodigialiter *om. libri* et monstruose *Fabr.* 16 uariari *codd.* 17 ne *Fabr.* 21 inepte et superflue *cod. Med.* Id est *Med.* Idem *cod.* Sensus est *Fabr.* 25 celebrantur *Edd.* 25. 26 Aemilius locus in quo *cod. Med.* 27 Vnus *et paulo post* unum *cod.*

1* *Aen. VII 634* 2* *Georg. I 290* 3* *Hor. Serm. I 2, 24*

positum, qui cum ungues et capillos et [multa] alia membra bene formaret in perfectione statuae deficiebat. Hic ergo dicit, nihil oportere deesse poetae *ACR.*

Aem. c. l. faber imus. Aemilii Lepidi ludus gladiatorius
5 fuit, quod nunc Polycleti balineum est. Hic demonstrat aerarium fuisse fabrum imum h. e. in angulo ludi tabernam habentem. Hoc autem praecepto (38): *sumite materiam uestris qui scribitis aequam* praecipit nunc eis qui sunt poetae, ut eam materiam eligant in qua possint placere *POR.*

10 33—38. *expr. et m. i.* Futurum pro praesenti. — *infelix.* Scilicet in perfectione operis non doctus sed infelix. — *ponere.* Finire. — *totum.* Id est finem aut uenustatem consummationis. Interdum enim uidemus singula membra artificiose facta et totius operis formam minime placituram. —
15 35. *hunc.* Talem, ut: [1*] H a e c P r i a m i f i n i s f a t o r u m h i c e x i t u s i l l u m S o r t e t u l i t. — *siquid c. c.* [Nolo me parte quadam corporis foedissimum esse et reliquis splendidum, sed magis opto una integra esse specie, ita enitor omni parte poeta uideri nulla in parte ab alia discrepans. —] *non magis*
20 *e. u.* Si me, inquit, huic fabro conferre uoluero ero dimidia corporis parte ridendus [ut partem ridendam habeam] quamuis laudandus spectandusque sim in alia. Hunc esse nolo i. e. huic similis esse recuso qui perfectus non est. — *quam naso u. p.* Marcido, turpi. Si uelim, inquit, aliquid scribere
25 nolim huic esse similis, sed magis uolo me esse pulchrum nigris capillis et oculis et cum torto naso, quam scribere poema cui aliquid desit. — 37. *spectandum.* [Laudandum] i. e. uidendum ut una pars pulchra alia deformis sit quod

1 multa *om. cod. Med.* 3 faber unus *cod.* faucrimus *Mon.* 5 balneum *Edd.* 6 fabrum. Vnus *codd.* fabrum. Imus *Pat. Med.* 7 *fort. post* praecepto *lacunam signare debebam; quo nescio an etiam* nunc *illud quod paulo post sequitur in libris praeter Fabr. ducat* 9 qui *cod.* qua *Edd.* in qua *Mon.* 10. 11 infel.] Indoctus aut in perf. op. infelix quia deficiebat *Fabr.* 15 Hec finis *cod.* hic f. *Edd.* 18 una *om. cod. Med. item paulo post* ab. *Sed cod. hoc schol. infra post* aliquid desit *exhibet praemissa uoce* aliter. *Rectius id ut uidetur sed neutro loco genuinum puto* 25 me *om. Fabr.*

1* *Aen. II 554*

dedecet. — 38. *sumite m. u. q. s. a. u.* Praecipit poetis ut eam materiam eligant, quae uires eorum non excedat i. e. antequam materiam incipias scribere uide si inceptam possis implere *ACR*.

39—41. *uersate*. Considerate. — *cui l. pot. e. r.* Qui possibilia eligit possibiliter implebit. Notandum *potenter* dictum, secundum quod potest; i. e. qui eligit materiam quam possit implere huic nec inuentio nec eloquentia deesse potest. — *nec fac. d. h. n. l. o.* Id est dispositio quia reuera ordo manifestat omne quod dicitur. *Ordo lucidus* aptum ἐπίθετον quia ordo facit lucidam orationem *ACR*.

40. *cui l. pot. e. r.* Id est: qui legerit id quod praestare possit. — *Potenter* figurauit ὡς εἰ δυνατός *POR*.

45. *ord. h. u.* Ordo enim pulchram facit orationem. Docet quid sit dispositio. — *uirtus*. Id est: ars, perfectio. — *uenus*. Venustas gratia. — *aut e. f.* Aut ego fallor aut ista est ars, quam docturus sum, ut quaedam dicat quaedam reseruet in aliam partem, ut quae debent dici sine dilatione dicantur quae non debent pro tempore differantur *ACR*.

ord. h. u. e. e. u. a. e. f. Loquitur nune περὶ τῆς εὐταξίας, quo ordine (sit) seruanda a poetis. *Venerem* autem decorem carminis significat *POR*.

43—48. *iam nunc*. Id est: in praesenti; *iam nunc deb. dici*: quae in praesenti dicenda sunt. — 44. *pl. d. et p. i. t. o.* Vt Vergilius in nono narrat in Italia iam posito Aenaea quomodo fabricatae sunt naues quibus de Ilio nauigauit, eum in tertio non dicat. — 45. *hoc a. hoc s.* Id est: hoc eligat hoc

3. 4 uide an *Med.* uide si materiam quam Aggrederis possis impl. *Fabr.* 6 Notandum — deesse potest *om. cod. Med.* 10 aptum *add. ex COM. CR.* 13 *ΩC EI ΔYNATΩC Mon.* ὥς εἰ δυνατός *bis in textu et in marg. cod.* ωσ ειδυνατος *Med.* ὡς δυνάτως *Fabr. Spatium uacuum Pat. Cfr. Dillenb. p. 20* 16 gratia *om. cod. Med.* 17 dicturus *cod. Med.* 20. 21 *περ τηc αΣΙΑC (i. e. αξιας) Mon.* περὶ τῆς ἀσίας *in textu et marg. cod.* περὶ τις ασιας *Med. Deinde* quo ordine seruanda a poetis. Venerem autem *codd.* quo ordine seruandam a poetis. Ven. autem *Pat. Med.* quo ord. suruandam a poet. Venerem aut *sic Fabr.* 23 iam. n.] Quae debet dicere in praesenti. — iam n. d. dici] Quae debet dicere in futuro *sic Fabr. Vt nos cod. Med.* 25 in Ital. i. p. A. *om. cod. Med.* 27 haec *in lem. bis cod. Post lem. cod. Med. sic pergunt:* Quod debet dicere in praesenti quod debet dicere in futuro, ut

praetermittat poeta, ut non omnia quae ueniunt illi in mentem dicat. — *promissi c. a. Promissi*: magni. Vt: [1*] Sergestum Aeneas promisso munere donat. Aut auctor promissi carminis qui uult auctor fieri magni carminis, aut
5 certe auctor: optimus poeta. — 46. *in uerb. e. t.* Si facienda sunt tibi noua uerba obscrua ut ea dicas quae placeant et habeant auctoritatem. — 47. *dixeris e.* Cum laude dices uerbum uulgare cum illud bene composueris. Aristotelis libros quidam transtulit sed uolens transferre *τὸ ὂν* cum non inueniret
10 quomodo diceret finxit 'cns' et laudem quaesiuit. Exponit de uerbis ueteribus et nouis quomodo poetica licentia fiant; nam aliqua licet uulgaria sint [dicit] tamen cum aliqua compositione posse splendescere. Egregie etiam notum dices uerbum si non sit asperum. — 48. *redd. i. n. Callida iunc-*
15 *tura* i. e. elegans et noua elocutio et cohaerens sermo; optimum enim dicendi genus est si noua uerba opportune et proprie ponantur *ACR.*

47. *dixeris egr. n. s. c. u.* Exponit nunc de uerbis ueteribus ac nouis quomodo poetica sint. Nam licet aliqua uul-
20 garia sint ait tamen illa cum aliqua conpositione splendescere. Verbi gratia: *Curculio* sordida uox est; ornatu accedente uulgaritas eius absconditur hoc modo: [2*] populatque ingentem farris aceruum Curculio. *Curculio* apud Homerum [3*] est *(κίς)* qui fabam libenter uescitur *POR.*

25 48—51. *si forte n. e.* Nouum uerbum bene facis si fuerit necessitas. — *ind. m. r.* Proferre res nouas i. e. ne facias uerbum nouum quando necessitas non est. Mire autem dixit; indicia enim animi uerba sunt. Indiciis ergo recentibus: rudi inuentione uerborum, quia indicia rerum uerba sunt secundum philosophos qui aiunt: *ἔλεγχον τῶν τρόπων εἶναι τὸν*

non omnia dicat quae in mentem ueniunt. *Et seq. schol. omittunt* 8 Arist. — quaesiuit *COM. CR. infra ad* abdita rerum *ponit rectius ut uidetur* 12 dicit *om. cod. Med. Item quae secuntur* Egregie — asperum *cum seq. lemmate et pergunt:* Callida innctura n. (uerbum *cod.*) elegans et noua (compositio *add. cod.*) eloc. et coh. 21 curgulio *ubique Fabr. Med.* circnlo *hic Pat. sed deinde* curculio *cum codd.* 22 popnlaque *Fabr.* 24 faba *Fabr.* fabam *rell.* 30 *graeca om. cod. Med.*

1* *Aen. V 282* 2* *Georg. I 185* 3* *Homerus*

λόγον. — *abdita r.* Id est: res nouas. — *cinctutis.* Antique dixit i. e. militaribus uiris et ad militiam paratis; unde per contrarium dixit poeta:[1*] d i s c i n c t o s M u l c i b e r A f r o s, i. e. imbecilles ad militiam. — *non exaud. C.* Non ante comperta nondum cognita pro eo quod est antiquis incognita. 5 Id est: si necessitas fuerit uti uerbis recentibus quae non audierunt Cethegi antiqui oratores, licet tibi uti sed moderate; unde ait: *dabiturque licentia sumpta pudenter.* — *sumpta pud.* Pudenter i. e. cum uerecundia, cum causa i. e. non nimia fingendi licentia. Si enim necessitas fuerit, fingis cum 10 laude sed sine necessitate rideris *ACR.*

si forte nec. e. ind. monstrare r. Quod si, idem inquit, ad rem aliquam explicandam uerba antiqua non suffecerint, permittitur poetae noua fingere; *indicia* uerba appellauit; philosophi enim dicunt indicandarum rerum causa inuentas esse 15 uoces. — *fing. cinctutis n. e. C.* Omnes enim Cethegi morem seruauerunt eundem Romae, inter cetera descriptam comam retulerunt. Numquam enim tunica usi sunt, ideo cinctutos eos dixit quoniam *cinctum* est genus tunicae inter pectus aptatae. Eius ergo non exaudita uerba tamquam insolita inter- 20 cisa nemo dixit. Est autem intestinum pusillum et deinde uerbi gratia, sic alapam cum uno digito imam ferimus auriculam *POR.*

4 imbecilles *cod. Med.* imbelles *Fabr.* 4. 5 Nou — incognita *om. cod.* 6 Sensus est *pro* Id est *Fabr.* 8 uude ait: — pudeuter *om. cod. et pro his repetit:* Exponit — spleudescere *quae habes supra ad uers. 47* 8. 9 sumpta pud.] Pudenter — rideris *om. cod. Med.* 12 formare *Mon. et in marg. ascr.* monstrare *cod.* quod si iam *Fabr.* quod si idem *rell.* 13 ad rem ad quam *codd. Cfr. de hoc schol. Dillenb. l. l. p. 20* 16 *hoc schol. miserrime corruptum sanare non potui:* fingeret fing. non seruauerunt eius qui inter omnes hic et thegi unum mores euanueř. Cinctutis uou exaudita f; *TA EΣHC (i. e. καὶ τὰ ἑξῆς)* Omues ii Cethegi morem seruauerunt eius quae romae. Iuteranea discerptam comam retulerat. Nuuquam euim tunica usi suut ideo ciuctutis eis dixit quouiam cinctum est geuus tunicae infra pectus aptat. His ergo uon exaudita uerba tamquam soluaut. Et inter Caesarem uemo dixit. Est *etc. ut supra sic Mon.* fing. c. u. e. Cethegis. Cinctutis uou exaudita *καὶ τὰ ἑξῆς.* Omnes ii Cethegi morem seruauerunt

1* *Aen. VIII 724*

52. 53. *uerba fidem.* Noua uerba ficta habebunt fidem i. e. probabuntur si de Graecis translata fuerint non absurde, ut quod Graeci κύλικα dicunt nos calicem. — *parce detorta.* Verecunde et moderate translata *ACR.*

5 *et noua f. n. h. u. f. s. gr. f. c. p. detorta.* Et magis inquit auctoritatem mereri possunt noua uerba si a Graeco fuerint in Latinum deriuata; ut transtulimus 'triclinium' quod antea cenaculum uocabamus quia ibi cenabatur, et ab οἴνῳ uinum et a κύλικι calicem et a κόκκυγι cuculum *POR.*

10 53—56. *quid autem C. P.* Quare negauerint Romani Vergilio et Vario quod dederunt antiquis poetis i. e. noua uerba facere? Et hoc dicit non quod negauere sed quasi causam quaerens quaenam esset ratio si uoluissent negare. Nam si hos prohibent nec illis licuisse demonstrat. — *Ver-*
15 *gilio V.* Caecilius ante Vergilium et Varium fuit; ideo dicit Vergilium et Varium nihil posse non dicere quod illi dixissent; ergo oportet illos quaerere noua uerba. — *ego si acq. p. s. p. inuideor.* [Si possum noua uerba facere cur prohibeor? Quae ex graeca lingua in latinam fuerint deriuata non
20 cum ingenti licentia transferenda sunt.] Mire [autem] dum de fingendis uerbis loquitur secundum Graecos ipse finxit *inuideor*

eiusquae (*supr. scr.* eundem) romae. Interanea discertam comam retulerat. (n *supra scr.*) Numqnam enim tunica nsi snnt. Ideo cinctutis his (eos *supra scr.*) dixit quoniam cinctum est genus tunicae infra pectus aptum. Eis ergo non exaudita nerba tanquam insolita *etc. ut Mon. cod. Post lemma lacunam habet Pat. et pergit:* Omnes enim *etc. In reliquis neque Pat. neque Med. nunc moror. Fort. sic fere scr.:* fingere c. n. e. Ceth. καὶ τὰ ἑξῆς] Omnes ei Cethegi non morem seruauerunt eundem quem Roma. Inter alia discerptam comam tulerunt et nunquam tunica nsi sunt; ideo 'cinctutis' dixit quoniam cinctum est genus tunicae infra pectus aptum. Eis ergo non exandita nerba tamquam insolita et intercisa nemo dixit. *De relicuis nil mihi constat*

1 *utrumque hoc schol. om. cod. posterius om. Med. Inuerso ordine Fabr. Praeterea Med. sic:* Nona — fidem, si de graecis nerbis contorta fuerint, nt q. Gr. κονοπα *(l. κώνωπα)* d. n. culicem 5 dempta *in lem. Mon. et post lem.* Eo *pro* Et *Fabr.* 6 metiri *cod. Pat. Med.* 7. 8 tricl. antea c. illud noc. *Mon.* 9 coelice *codd.* cylice *Edd. Deinde* chocythe cucunam *Mon.* cocyte cucumam *cod.* coccyce cuculum *Edd.* 11 concesserunt *Fabr.*
14 prohibet *libri* 16 posse dic. q. i non dix. *libri* 18 *inclusa om. cod. Med.* 21 loqueretur *Fabr.* loquetur *rell.* effinxit *Edd.*

i. e. inuidiam patior. *Inuideor* enim negatur posse dici; aut *inuideor*: prohibeor *ACR*.

ego cur adquir. p. s. p. i. Cum Plauto Caecilioque permissum sit uerba fingere cur mihi non liceat latinum ampliare sermonem et nouis uti uerbis? *Inuideor* posuit pro: 'inuidetur mihi' *POR*. 5

56—60. *cum l. Cat. e. E.* M. Porcius Cato qui et Censorius dictus est et Ennius quod priores patres dixerunt [illi] in suis carminibus posuerunt et super hoc noua uerba inuenerunt. — 57. *ditauerit.* Locupletauerit auxerit nouis uerbis. 10 — 59. *signat.* Hoc tractum est a nummis. — *praes. n.* Notamine praesentis temporis [praeter uetustatem]. Verbi gratia 'fruitus' ante dicebatur, modo 'fructus,' ante 'punxit' dicebatur, modo 'pupugit' dicitur. Vel *praesente nota:* uerbo nouiter inuento ut:[1*] H o c n o m e n i n u e n t u m e s t t e m p o r e 15 p r i n c i p i s i l l i u s. — *producere.* Ad notitiam hominum deducere. — [*nomen.* Nouum uerbum ex ueterum significatione. —] 60. *pronos m. i. a. Pronos:* uolubiles decliuos et cito labentes. Ne aspernentur noua uerba, comparatione nouorum foliorum docet ea posse placere; *in annos* autem 'per annos': 20 ut siluarum mutantur folia per annos pronos. Et est homerica comparatio *ACR*.

63. *debemur m.* Argumentis probat perire omnia perire homines perire uerba, siquidem recipitur in terram fluctus et quae ante terra arabatur modo fit locus nauibus. Si ergo 25 mutatur natura maris et terrae quanto magis debemus credere perire homines et uerba eorum. Aliter: Perimus ergo nos et nostra siquidem etiam natura ipsa mutatur, ubi terra in mare ducitur, paludes uertuntur in segetes, flumina suum mutant cursum *ACR*.

3 adquir. *codd.* 3. 4 permissā sic uoluerant uerba *Mon.* 7 M. Furius qui et censorius (censorinus *cod.*) d. e. Cato et *cod. Med.* M. Porcius q. e. Censorius d. e. Cato et *Fabr.* 8 illi *eiciendum* 11 *post* nummis *in cod. lacuna est; fort. excidit* μεταφορικῶς 12 *inclus. om. cod. Med. hic et paulo post* 27 aliter *add. ex cod.* 28 siquidem — mutatur *om. cod. Med. et fort. eicienda sunt et pro* ubi *scr.* uti

1* ?

debemus m. n. n. Comprobat nunc uniuersa morti esse destinata; etiam uerba interire cum opera hominum *POR.*

63. 64. *siue rec. i. t. N.* Mare in terram recipitur si portus componitur; *receptus* autem *terra* pro intra terram. —
5 *classes Aq. a.* Ὑπαλλαγή pro 'classibus Aequilones arcet' i. e. tuetur defendit continet. — *regis opus.* [Nam regis opus est admittere terrae mare paludes deriuatae intra portus. Significat autem portum Lucrinum et alios qui manu facti sunt ab Augusto et alia regum opera; hoc est enim regium opus quod
10 nullus facere potest nisi rex. — *sterilisq. d. p.* Augustum dicit qui siccauit pontinam paludem.] Diuus Augustus duas res diuinas fecit; nam pontinam paludem siccauit, ut ad mare meatum haberet et post etiam arari posset: et portum Lucrinum muniuit de quo Maro:[1*] A n m e m o r e m p o r t u s L u c r i n o q u e
15 a d d i t a c l a u s t r o A t q u e i n d i g n a t u m m a g n i s s t r i d o r i b u s a e q u o r I u l i a q u a p o n t o l o n g e s o n a t u n d a r e f u s o *ACR.*

sterilisq. diu p. Diuus Caesar duas instituerat res facere: portum ostiensem munire et pomptinam paludem quae
20 est in Campania ad quadragesimum miliarium emittere in mare; hanc ergo significat in hoc recidisse ut iam aretur *POR.*

67. *seu curs. m.* Ἀπὸ κοινοῦ siue generaliter, ut quidam accipere uolunt, quando campos aptos agriculturae liberant auertentes flumina quae sunt eis infesta. — *amnis.* Tiberim
25 intellegimus; hunc deriuauit Augustus qua nunc incedit; ante enim per Velabrum fluebat; unde Velabrum dictum quod uelis transiretur *ACR.*

1 debemur *sola Fabr. item paulo post* opere 4 receptus *etc. cum seq. schol. om. cod. Med.* 6 regis opus] Augustum dicit q. sicc. pont. paludem. Nam regis opus est mare adm. t. Reges enim talia faciunt. Diuus Aug. duas res d. fecit, pont. pal. siccau'it ut ad mare meatum haberet ut post etiam arari posset et portum lucr. mun. de quo *etc. sic cod. Med. Plura et in hisce et in Fabr. interpolata sunt sine dubio, fort. omnia a* Nam regis *ad* Diuus Augustus *usque* 13 habere cogeret ut post et *Fabr.* haberet ut post etiam *rell.* 19 hostiensem *cod.* et *om. Fabr.* pomptimam *Mon.* pontum *Pal.* pontinam *rell.* 20 est *om. codd.* emitteret *Mon.* 21 recepisse *Fabr.*

1* *Georg. II 161—163*

seu curs. m. iniq. f. a. d. i. m. Tiberim intellegamus; hunc enim Agrippa deriuauit qua nunc uadit; antea per Velabrum fluebat *POR.*

68—72. *doctus i. m.* Inductus meliori uia [quae non noceat scilicet]. — *mortalia f. p.* Zeugma a superioribus. 5 [Si mutauit cursum suum fluuius credas posse fieri item perire nostra. Siquidem fluuius, qui nocebat frugibus cursu suo mutatus est ad aliud iter, ne aestate nocere posset.] — *nedum s. s. honos e. g. u.* Id est: Si haec omnia mutantur, uerborum gratia perennis manere quomodo potest? *Honos:* pulchritudo; 10 *uiuax*: perpetua. — *multa renasc.* Iterum fient quae iam fuere uocabula scilicet commercio sermonum. — *quae i. cec.* Id est: quae sunt sublata de usu. — *si uolet us.* Id est: consuetudo et ratio loquendi. Ratio enim usu et consuetudine uincitur. Vsus enim facit auctoritatem interdum et consuetudo uincit 15 regulam; ut frequenter C i c e r o [1*] 'modium' ponit pro 'modiorum', 'liberum' pro 'liberorum'; hoc usu dicitur. — *quem penes.* Conuersio est i. e. penes quem i. e. apud quem arbitrium est i. e. iudicium; in potestate usus est sermo et uis loquendi *ACR.*

cadentque q. n. s. i. h. u. s. u. u. Hoc est: ratio loquendi; 20 *usus* enim nihil aliud est quam regula sermonis latini *POR.*

73. *res gestae.* Docet quomodo singulae res et quibus metris scribendae sint *ACR.*

res gestae regumq. d. Incipit nunc loqui de omnibus metris: de epico elegiaco et iambico *POR.* 25

74—76. *numero.* Metro, ut: [2*] n u m e r o s m e m i n i s i u e r b a t e n e r e m. — *uersibus imp. i.* Elegiacum significat quia elegiacum metrum minus habet syllabarum quam heroicus uersus qui praecedit, quod elegiacum metrum constat ex pentemimeri i. e. ex duobus dactylis et syllaba. Quis tamen 30

2. 3 belafrum *Mon.* 4. 5 *inclusa om. cod. Med. hic et paulo post* 10 gratia *cod. Med.* genera *Fabr.* 11 Iterum — uocabula *om. Fabr. contra seq. lem.* quae i. cec. *om. cod. Med.* 16 regulam. Mediorum dicimus secundum regulam sed frequenter Cic. mod. pro mod. *etc. Fabr. Vt nos cod. Med.* 18 arbitrium et iudicium in pot. usus est i. e. sermo *Fabr.* 23 sunt *libri* 25 epico *Mon. (ni fallor) et punctis suppositis cod. Om. Edd.* elegio *codd.*

1* *Cicero* 2* *Bucol. VIIII 45*

inuenerit elegiacum incertum est. Vel: *uersibus imp. iunctis* i. e. alterno metro; unus enim hexameter uersus est alter pentameter. [Hoc, inquit, metro primo tristia post etiam coepere laeta describi.] — *post et. incl. e.* Res tristes et lugu-
5 bres primo elegiaco carmine scribebantur post etiam prosperae et laetae *ACR.*

uersibus inpariter i. Elegiacos uersus dicit. *Inpariter:* inparibus; nam hexametro priore sequenti pentametro scribuntur clamores *POR.*

10 77. *exiguos elegos. Exiguos* comparatione heroici *ACR.*

79—82. *Arch. p. r. a. i.* Iambicum metrum primum Archilochus inuenit, quo usus est in Lycambem quem persecutus est, quod ei Neobulen desponsatam iam filiam denegauit, in tantum ut Lycambes iambos uoluerit morte uitare; nam ad
15 laqueum confugit. — *hunc socci c. p.* Soccis comoediam intellegimus cothurnis tragoediam. — *grand. c.* Magnae laudes clamantium exceperunt huno pedem; aut *grandes cothurni:* tragoediae. Ideo autem in dubio posuimus, quia difficile hoc metro tragoediographi utuntur; nam spondiaco paene metro
20 semper uidentur scribere. — *alt. a. s.* Illi et illi i. e. comoediae et tragoediae aut personarum responsionibus aut tantum comoediae, quia in comoedia multae personae inuicem sibi succedunt. — *et populares u. st.* Altius sonantem in scaena quam clamor populi. Tales enim strepitus excitat iste
25 pes ut uincat etiam populi clamores [quia iambus uincit clamores spectantium h. e. plus meretur laudari quam laudetur]. — *et natum.* Id est inuentum; more hominum dixit natum pedem propter comoediam. — *rebus agendis.* Tragoediis et comoediis *ACR.*

2 altero metro *Fabr.* iambico m. *rell.* 3 *inclusa mera repetitio sequentis scholii esse uidentur* 7 inpar. *Mon. in lem.* Eleg. u. d. Inp. *om. Edd.* u. d. inp. *om. Mon.* 8 nam exametro (exam. *etiam cod.*) enim enim *sic Mon.* 9 clamores *add. ex Mon.* 10 *hoc schol. om. cod. Med.* 15 *post lem.*: Comoediam significat *cod. Med.* 20 illi et illi trag. aut pers. *cod.* 24 populi. aptum in agendis et (i. *Med.*) in definiendis rebus. Tales strep. *cod. Med.* 25 *inclusa interpolata uidentur* 26 laudetur. More hom. d. natum propt. com. *cod. Med. Postrem. schol. eidem om.*

Archiloch. proprio rabies a. i. Primus Archilochus iambos scripsit in Lycambam socerum suum. — *hunc s. c. p. g. cothurni.* Quo modo comoediae et tragoediae ornantur; qui pes iambicus appellatur; nam hoc distat iambicus a iambo quod iambus ex iambicis constat et maledictis armatur. Iambicus autem metro magis quam ratione similis est iambo. — *alternis a. s.* Nihil enim poeta in tragoedia dicit sed plures personae. Itaque heroicum solet res referre, quid actum sit tragoedia agit. — *et popularis a. str.* Ipsum altius sonantem quam populi clamor est *POR.*

83—85. *musa d. f.* Lyrico carmine laudare deos et heroas olympicos. — *puerosq. d.* Filios deorum more graeco; uel pueros deorum appellat heroas. — *et pug. u.* Ὀλυμπιονίκην ut Pollucem; *et eq. c. pr.*: Id est, Castorem; licet alii dicant Pindarum et Amphionem qui ante omnes ad palmam uenerunt. — *et iuu. c.* Amores. — *et libera uina.* Conuiuia et liberas comessationes; quia liberius faciunt uina homines loqui; ut Anacreon [1*] *ACR.*

musa d. f. d. p. d. Nunc de lyrico carmine loquitur, quo metro scribuntur aut heroum laudes aut olympionicarum. *Pueros* autem *deorum* heroas dicit. — *et iuu. curas.* Hoc est amores quos lyrici celebrant. — *et lib. u. r.* Qualia sunt Anacreontis carmina *POR.*

86. *descriptas s. u.* Dispositum ordinem per species et expositas uarietates si nescio persequi ac non possum quare appellor poeta? i. c. si ea quae praecepi nescio seruare, ut meis carminibus inscram pulchras res uicissim [ad decorandum, cur poeta appellor. — *operumq. col.* Varietates; *οἰκονομίαν*] *ACR.*

1 proprior abeis *sic Mon.* 2 generum *Edd.* socerum *codd.* 3 coturni *cod. Lem. om. Mon.* 4 iambicus iambo paribus d. est metro quod ex iambis constat *sic Mon. unde qui corruptum schol. restituam non habeo* 7 dicit *Edd. et pr. m. cod.* degit *Mon. et sec. m. cod.* 8 heroicum heroum *Edd.* acti *Mon. et* um *supra scr. cod.* 9 popularis *Mon.* populares *rell.* sonante *Mon.* 15 Amphimum *Fabr.* 20 qui metro scribunt *Mon.* 23 carmina descripta *codd. sed* descripta *male repetitum est ex prima uoce sequentis lemmatis* 27 inclusa *om. cod. Med. recte opinor*

1* *Anacreon*

descriptas s. u. Hoc est: ordinem positum per species signorum, quare poeta dicitur *POR.*

88. *cur n. p. p. q. d. m.* Ordo est: Cur praue pudens malo nescire quam discere? quare [praue] magis nolo discere
5 quam turpiter ignorare? Verbi gratia pudens praue est qui turpiter ignorat uel erubescit. Si nescio quare magis erubesco discere? Si nescis, non turpiter discis; sed si interrogatus fueris turpiter nescis si tacueris. Nam praue uerecundus est ille qui erubescit discere quod sibi commodum
10 est. Sunt quaedam doctrinae quae duplici scientia concipiuntur: uersum facere discis si audieris sex pedibus constare hexametrum siue heroicum metrum dactylo et spondeo: ecce habes ueram peritiam. Debes etiam alteram percipere ut scias quomodo fiat spondeus et quomodo dactylus. O Horati,
15 si dedisti praecepta quare nescis? Possum scire quidem uerbi gratia, quia iambico metro comoedia scribitur sed quomodo fiat iambicus nescio. — *poeta salutor.* Hoc secundum Graecos qui nomine officii salutant: *χαῖρε ποιητά ACR.*

cur nesc. p. p. q. d. m. Huius uersus sensus talis est:
20 Cur malo nescire praue pudens i. e. erubescens ne uidear ignorasse quam malo discere? *POR.*

89. *uersibus e. tr.* Spondaicis et altis sensibus et uerbis. Et hoc exequitur quod superius promiserat: *Descriptas seruare uices.* — *res com. n. u.* Res, inquit, parua et comica non
25 debet alte tractari et difficulter, ut tragica. Tragoedia enim alto stilo comoedia uero humili gaudet *ACR.*

90. *indign. i. priuatis.* Communibus iacentibus; quasi enim priuata sunt uerba quibus utuntur hi qui prosa oratione dicunt. — *ac prope socco.* Soccis comoediam intellegimus,
30 cothurnis tragoediam *ACR.*

1 *hoc schol. non dubito quin lacunosum sit siue post* signorum *siue post* dicitur *non nulla exciderunt* 4 praue *om. cod.* 5 *pro* Verbi gr. *Fabr.:* Pudens praepostere erubescens 18 *χαῖρε ποιητής Edd. χαῖρε ποιητά COM. CR. Cod. lacunam habet statim post lemma Et hoc schol. cum antecedenti sedem mutauit in libris* 20 pudens i. e. *om. Mon.* 22 Aut spond. aut altis *Fabr.* 24 *lem.* res com. n. u. *om. cod. Med.* 26 comica *libri*

indign. item pr. Hoc est: humilibns uerbis tragoediam inpleri *POR.*

91—95. *dignis carm.* Humilibus uerbis; tragoedia enim altos sortita est sensus et nerba comoedia nero humiles. — *narr. cena Thy.* Humilibus uerbis tragoedia exponi non nult 5 et communibus sensibus i. e. comico stilo. — *singula q. l. t. s. d.* Vnaquaeque res quomodo decenter inuenerit sibi locum ita teneat. — *interdum t. e. u. c. t.* Vt Terentius: [1*] O caélum o terra o mária Neptuni; item: pro snmme Iuppiter. — *iratusq. Chremes.* Comoedia de Chremete. — 10 *delitigat.* Id est: ualde litigat. — *tumido ore.* Elato sermone. — *et trag. pl. d.* Quia tragoedia semper dolores exponit. — *sermone pedestri.* Humili communi *ACR.*

95. *et trag. p. d. s. p.* Exigit saepe et tragoedia ut pedestribus scribatur uerbis, ut cum Peleus uel Telephus 15 regio habitu mutato loquitur; neque enim debet in habitu mendici auxilium petens regaliter loqui *POR.*

96. *Telephus et P.* Hi ambo diuites fuerunt et omnibus suis bonis consumptis ad tantam inopiam deuenerunt ut exules facti mendicando sibi undecumque nictum conquirerent. 20 Mendicantes autem non humiliter sed proterue et quasi imperando petebant: 'Misce, fer nobis panem.' Aliter: Hi quondam diuites fuerunt et loqui grandia uerba et tumida semper consueuerunt; tandem inopia compellente exules facti sunt et mendicantes. Ideo alta et seuera uerba quibus usi fuerant 25 dimiserunt et humilibus uerbis et blandis animos spectantium mulcere coeperunt. Ideo dixit: '*Et tragicus plerumque dolet sermone pedestri.*' Telephus ab Achille uulneratus et curatus est. Pelens dicitur occidisse matrem suam aut Phocum fra-

1 uerbis non nult *sic cod.* 2 inpleri *Mon.* 4 comoed. n. hum *om. cod Med.* 11 delit. Id est u. lit. *om. cod. Med.* 12 exponit i. e. dolorem describit *cod. Med., contra postremum schol. deest in eisdem* 14 et *om. Edd.* 15 ut *ante* cum *om. Fabr.* Pel. et Telephus *cod.* Tel. et Pel. *Edd. Vt nos Mon.* (exules *ante* regio *add. Fabr.*) 16 loquitur *codd.* loquantur *Edd.* 16. 17 in humili habitu aux. *Fabr. Vt nos rell.* 28 pedestri i. humili. Vt hi Peleus per insaniam dicitur *etc. cod. Med.*

1 Terent. Adelph. V 3, 4 (790) et II 1, 42 (196) Fleckeis.*

trem; ob hanc causam exul factus est a ciuibus suis. — *exul ut.* Aut quia uagabatur passim dolore percussus, aut *exul* i. e. tristis *POR.*

97. *proiicit amp.* Id est: irata uerba inflata grandia et 5 orationem tumidam; cum enim reges essent et in aerumna uersarentur alte loqui non poterant summis calamitatibus mersi. Ampullas inflata et superba uerba; adhuc enim ampullas uocamus quasi inflata uasa. — *et sesquip. u. Sesquipedalia uerba* proprie sex pedes habentia. Vterque autem 10 magna et elata uerba proicit et utitur communibus ut exul *ACR.*

97. 98. *proicit ampullas.* Hoc ex Callimacho sustulit. Quod dixit: *si curat cor spectantis tetigisse querella,* hoc est: si id agit ut adtente spectantem flere cogat *POR.*

98. *si curat c. sp. t. querela.* Si id agit ut spectatorem 15 flere cogat. Hic uersus et superioribus et sequentibus iungi potest. Si uult me flectere ad misericordiam deponit elata uerba. Cor enim spectantis tangimus quando idonea uerba dolore proferimus i. e. istae personae proiiciunt elata uerba si uolunt auditores ad misericordiam flectere *ACR.*

20 99. *non satis e. p. e. p.* Sunt quaedam poemata quae oeconomiam et probata uerba habent, sed interdum uenustate carent. Habeant ergo haec quae sunt probata etiam uenustatem et quocumque uolunt auditorem siue ad misericordiam siue ad indignationem trahant *ACR.*

25 *dulcia sunto.* Nunc quasi legem ponit et praecipit. *Sunto*

1 exul. ut *et in fine* aut exul i. e. tristis *om. cod. Med.* 3 irata uerba et superba. Adhuc enim — uasa. Proiicit ampullas i. e. emittit orationem tumidam et inflatam. Cum enim — mersi. *sic Fabr. Vt nos cod. Med.* 8 sesquipedem habentia *Fabr.* 9 utuntur *Fabr.* 11 proicit *Mon.* 11. 12 transtulit *Auct. COM. CR. idque praefert Dillenburger p. 21.* sustulit quod dixit *sequentibus in nouo lemmate positis libri.* quod dixit *om. COM. CR. Sed aut nobiscum interpungendum aut scribendum* qui dixit *sequente lacuna, ut Callimachi uerba excidisse statuantur* 12 quaerella *Mon.* querela *rell.* 13 attentem spectante *cod.* adtentē spectantem *Mon.* attente spectantem *rell.* 15 et superioribus *add. ex cod.* 16 deponat *libri* 17 Cor enim — idon. uerba *om. cod.* 20. 21 per *pro* quae *Edd., om. cum uoce* oecou. *cod.* (per oecon. composita et prob. *Fabr.*) 21 habentia *Edd. Om. cod.* 25 sumpto (*sic!*) *in lem. cod.*

1* *Callimachus (?)*

enim et *agunto* 'sint' et 'agant' significat. Sed leges antiquae his fere plenae sunt quae significantur uerbis *POR.*

101. *ut rid. arr.* Id est: affectus omnes in animis nostris habemus ex nostra natura et singuli mouentur cum imagines suas uiderint in aliis. — *flent. adsunt.* Presto sunt quia flent et ipsi *ACR.* 5

102. *si uis me flere d. e. p. i. t.* Hoc demosthenicum est; nam cum ad illum is qui uapulauerat accessisset peteretque summisse ut causam suam ageret eo quod caesus esset negauit se facturum quia ille non uapulasset. Illo adfirmante factum esse superuacuas dixit eius querellas; tunc tertio cum eum indignari uideret et toto adfirmare cum lacrimis adfectu dixit nunc se illi credere; capiebat enim dicendi impetum ex irascente *POR.* 10

103. *tunc t. m. i. l.* Id est: tum tuae me calamitates mouebunt; quod Graeci *ἀτυχήματα* uocant *POR.* 15

104—107. *male s. m. l.* Quasi mandata non quasi tua sed secus quam aut dolor mandat aut laetitia. — *aut dormitabo.* Hoc grauius est quam 'ridebo'; alterutrum enim faciunt auditores si sine affectu sit dictio. — *tristia m.* Non solum ad personarum dignitatem sed etiam ad condicionem aetatemque apta sint uerba et unicuique personae quod est proprium debet seruari. — *lasciua.* Delicata et mollia. — *seria.* Grauia necessaria aspera *ACR.* 20

108. *format e. n.* Sensus est: poeta debet formare intra se personam aptam; his rebus natura quippe delectat cum 25

1 et *post* euim *om. Fabr.* 2 quae dicuntur significanter uerbis 4 nostra *om. Fabr.* 5 *hoc alt. schol. om. cod. Med.* 8 quauabulauerat *Mon.* peteret *cod.* 10 uabulasset *Mon.* adfirm. *bis et* adfectu *Mon.* 11 eeeiq. superuac. dixit eius querelas *cod.* esse eiq. *s.* dixit eius quaerellas *Mon.* esse eique s. dixit eius querelas *Pat. Med.* esse eique s. dicente eius querelas *Fabr.* isque s. dixisset eius querelas *Auct. COM. CR.* ei superu. dixit eius querelas *Dillenb. p. 22.* hoc negante eique s. dicente e. q. *Ritterus* eum *om. Mon. Fabr.* 12 adfirmante *Mon.* affirmante *rell.* affirmare *Dillenb. l. l. et post eum Ritterus* 16 infortuuia quae Graeci *Fabr. Vt nos rell.* 18 quem — maneat *cod. Med.* 22 aptanda sunt *Fabr. Cfr. schol. ad uers. 114* 23 debet seruari *et duo seqq. scholia om. cod. Med.* 26 aptam his *Fabr.*

delicata uidemus. Natura enim irascimur delectamur miseremur, quia substantiae harum rerum sunt formatae in animis nostris a natura; unde illud Ciceronis: [1*] Ardeat orator si uult iudicem incendere *ACR*.

5 111. 112. *post affert a. m.* Id est: extollit sublimat; i. e. natura quae me deiecit rerum miseratione extollit prosperitate et modo deducit ad humanitatem modo ad iracundiam. — *si dic. e. f. o. d.* Si non conueniunt uerbis loquentis fortunae ridebunt Romani *ACR*.

10 *Romani t. e. p. c.* Ridebit equester ordo et plebs. *Cachinnum* autem est uerbum secundum *ὀνοματοποιίαν* fictum a sono risus *POR*.

114. *intererit m.* [In personis formandis dicit non solum ad personarum dignitatem sed etiam ad condicionem et aeta-15 tem aptanda esse uerba. —] *diuusne l. a. heros.* Vnicuique personae proprius actus aptandus est *ACR*.

int. m. diuusne l. a. heros. Hoc est: unicuique personae actus [proprius] aptandus est, tamquam apud Menandrum[2*] inducitur seruus liber loquens; et hoc ille indulgenter et in-20 consulto, ut omnia domino simpliciter fateatur; itaque quodam modo illum excusat *POR*.

116—118. *sedula.* Studiosa officiosa ad obtemperandum parata. — *uagus.* Qui passim nauigat, ut: [3*] Impiger extremos currit mercator ad Indos. — *Colchus a. A. Th.* 25 *n. a. A.* Nam Colchus non nisi saeuus inducendus est, Assyrius astutus et callidus [et diuitiis affluens.] Nec inducas Argis natum timidum aut Thebis facias peritum. [Nam Thebani infelices sunt Argiui uictores et felices] *ACR*.

119. *aut fam. s. a. s. c. f.* Omnis poeta aut certam

10 plaebs *cod.* pleps *Mon.* plebeius *Edd.* 11 uerum *codd.* ὀνοματοποιίαν *Mon.* 13 *inclusa om. cod. Med. et repetita uidentur ex eis quae supra ad uers. 105 scripta sunt* 17 diuusne *Mon.* diuusne (a superscr.) *cod.* Dauusne *Edd.* 18 proprius *om. libri praeter Fabr.* 18. 19 inducitur seruus inducitur *sic codd.* 19 indulgenter *in marg. ascr.* indiligen *cod.* 26 *inclusa om. cod. Med. recte opinor* 27 imperitum *cod. Med.*

1* *Cicero (Cfr. Orat. 3, 45)* 2* *Menander* 3* *Hor. Epist. I 1, 45*

historiam tangit aut fingit; si ergo certam scribis, famam sequere aut si fingis habeat artem et ueri similitudinem figmentum tuum *ACR.*

aut f. s. a. s. c. f. Hoc aliud praeceptum est. Nam poeta scripturus aut secundum [hominum] consensum debet 5 aliquid describere, aut si historiam tamquam tritam non uult attingere debet conuenienter notam inducere *POR.*

120. *si forte r. A.* [Si scriptis tuis recondis et] quasi iterum reducis ac reddis uiuum carmine tuo. Vel etiam *reponis*: scribis aut transfers quod alii dixerunt de ipso. Apud 10 commentatorem sic inueni relatum: Apud antiquos tragoediarum comoediarumque scriptores cum primum in scaenam prodirent fauorabiliter excipiebantur etiam si male agerent ut illorum ad scribendum iterum allicerentur animi, et praetore cogente totam necesse erat peragi fabulam. Si uero iterum 15 male egissent incipiebant derideri et ideo dixit *reponis* quasi 'iterum profers.' Alii sic exponunt: 'Poni' dicitur 'agi' uel 'scribi', 'reponis' igitur 'iterum scribis.' Si ergo Achillem de quo semel Homerus scripsit uelis scribere talem debes facere qualem Homerus ostendit. Aut 'reponis': 'ad imitationem 20 Homeri describis' *ACR.*

scriptor hon. s. f. r. Achillem. Apud antiquos comoediarum tragoediarumque scriptores cum primum in scaenam prodirent fauorabiliter excipiebantur etiam si male agerent, ut illorum ad scribendum iterum allicerentur animi, ac prae- 25 tore cogente totam necesse erat peragi fabulam. Sin uero iterum male egissent incipiebant derideri; ideo dixit *reponis* quasi 'iterum profers' *POR.*

121—124. *impiger.* Velox sit in tuo carmine ut miles; qualis ab Homero inducitur talis a te scribatur. — *acer.* Su- 30 perbus et contemptor. — *iura n. s. n.* Neget se legibus con-

1 certum *cod. Med.* 5 scributurus *et in seq. schol.* scribtor *et* scribtores *Mon.* hominum *om. codd.* 8 Si — recondis et *om. cod. Med.* 14 alligarentur *cod. Med.* 15 agi *cod. Med.* 22 Achillen *Mon.* 24 faborabiliter *Mon.* (accipiebantur *Edd.*) etiam *om. Mon., in marg. ead. m. add. cod.* 24. 25 agerentur illorum *Mon.* 25. 26 a praet. *Mon.* praet. *rell.* 27 etiam *Mon. et* iterum *ead. m. ad marg. ascr. cod.* 27. 28 reponit *et* proferens *Mon.* 30. 31 acer — contemptor *om. cod. Med.*

stringi, sine lege omnia faciat et sic eum scribe ut non curet de lege [prae potentia sua non propter ignorantiam.] — *nihil n. arr. a.* Nihil sit quod non speret perpetrari per arma quantum ad se spectet. Quia unusquisquo fiduciam suam 5 priuatam credit non existimans esse communem; i. e. ut sit praesumptor, ut habeat fiduciam uincendi, ut omnia armis deuincat. – *sit Med. f. i.* Medea dum dii in domo sna haberent hospitium dumque nihil carius haberet filios suos ad comedendum apposuit; ideo ferox et crudelis est. *Inuicta* autem 10 'peruicax'. — *flebilis Ino.* Propter amissionem filiorum. Athamas enim maritus eius unnm persecutus occidit, alter dnm eum sequitur cecidit in mare; quorum exitum flet mater. Alii sic: Ino uxor Athamantis dementis fuit quae furorem mariti fugiens se praecipitauit in mare cum filio et ipsa dicta est 15 Leucothea et filius eius Palaemon qui antea Malicertes dicebatur. — *perfidus I.* Moris erat apud antiquos ut ante ductas uxores nuptialia munera generi soceris darent. Ixion ergo cum filiam Epenci accepisset uxorem et dotem daret inuitus scrobem fecit ingentem quam igne repleuit ac summam le-20 uiter cinere contexit. In hanc socerum quem simulans ad cenam inuitauerat mersit ac sic passus est illum uiuum exuri; ob hoc *perfidus* dictus est. Siuo: Dum conuiua Iouis esset Iunonem de stupro temulentus ausus est appellare. Alii dicunt: quod [ideo perfidus dictus sit quia] concedente Ioue 25 cum Iunone concubuit et postea patefecit. — *Io uaga.* Quod secreta sibi commendata mutata in uaccam publicauit. — *tristis O.* Propter conscientiam quia matrem demens interfecit *ACR.*

124. *perfidus I.* Moris erat apud antiquos ut ducturi

2 *inclusa om. cod. Med.* 5 aestimans *Fabr.* i. e. *om. Fabr.* 7 deuindicet *sic libri. Ceterum haec inde a* quantum *uoce interpolata crediderim* dum alii in sua haberent, hosp. *sic Fabr.* dum dii in domo s. h. h. *rell. Lacunosa haec esse uidentur* 9. 10 Inuicta a. p. *om. cod. Med.* 11. 12 alterum dum seq. fecit in mare desilire; quorum mater luget interitum *Fabr.* alterum dum seq. cecidit in mare; quorum exitum flet mater *sic cod. Med.* (Alii sic *om. cod. Med.*) 20 hac *Fabr.* 24 *inclusa om. cod. Med. item sequens scholion* 26 sibi mutata in n. com. publicauit *Fabr. Om. omnino cod.*

uxores nuptialia munera et dotem ultro soceris darent. Ixion ergo cum filiam Eponei accepisset uxorem et dotem inuitus daret, scrobem fecit ingentem quam igne repleuit et in summo leuiter cinere contexit. In hanc Eponea, quem simulans ad cenam inuitauerat, mersit; ac sic passus est uiuum illum exuri. 5
Ob hoc 'perfidus [dictus est] Ixion' *POR.*

125—128. *siquid i.* Nouum. Si quid, inquit, non probatum uis recitare [et nouum poema scribens nouam personam fingere] caue ut sit constans usque ad extremum; *personam nouam:* nouam materiam. — *et sibi c.* In se finiatur 10
materia nec ad aliud transeat. — *difficile est.* Satis difficile est dicere communia uerba ita ut auditor cogitet propria dicentis. — *communia d.* Id est: dicere intacta; nam quando intactum est aliquid commune est; cum semel dictum ab aliquo fit proprium. Item communia i. e. non ante dicta [quia 15
si quid dictum ante sit est proprium]; quod si quid dixeris iam tuum est proprium. Communia autem dixit quia quamdiu a nullo sunt acta uel dicta singulis aeque patent ad dicendum; ut uerbi gratia: Quemadmodum domus uel ager sine domino communis est, occupatus uero iam proprius fit, ita et 20
res a nullo dicta est communis *ACR.*

diff. e. p. c. d. t. r. ili. Aliud καθολικόν et quasi interrogans: At enim, inquiunt, difficile et communis res propriis explicare uerbis? *POR.*

129. *tuq. rectius i. c.* Hoc interrogatiue: at enim, dicunt, 25
difficile est communia propriis explicare uerbis? Sed melius dices usitata ex fabulis neque solum facilius sed et honestius.

1 nuptalia *Mon. et* i *ead. m. add. cod.* 2 Eponei *om. cod.* (Eponei fil. *Edd.*) iniquum coniugium et dotem *Mon. et punctis sub* iniq. coni. *positis cod. Cfr. Dillenb. p. 22* 3 daret innitus *libri praeter Mon.* in summo *ead. m. ad marg. ascr.* ac summam *cod.* 4 ponea *Mon.* Eponea *ad marg. ead. m. ascr.* socerum *cod.* 5 illum *om. ni fallor Mon.* 6 dictus est *om. Mon. recte opinor* 7 nou *om. Fabr.* 8 *inclusa om. cod. Med.* 11 ad *om. Fabr.* 15 *inclusa om. cod. Med.* 20 occupatis *Fabr.*
u
22 In alind catholicum (catholicom *cod.*) *libri praeter Fabr.* Aliud catholicum *Fabr.* (*in* In *illo latescit* Iliacum *et ad lem. addendum* erat) 23 communes *Fabr.* 25 *hoc et sequens schol. om. cod. Med. fort. recte* 26 in melius *Fabr. et paulo post* sed honestius

— *deducis i. a.* Comoediam aut tragoediam scribens. Tutius dicuntur usitata quam ignota *ACR.*

131. 132. *publ. mat. pr.* Docet quomodo aggrediatur aliquis carmen iam ab aliquo scriptum. *Publica m.:* iam dicta, 5 ab aliquo descripta. Sensus est: Nota, inquit, materia tunc uidebitur quasi propria unius cuiusque esse, si nouo et non usitato genere elocutionis ornetur. Id etiam dicit: *materies publica priuati iuris erit:* si eam cum arte fueris interpretatus, si non eam totam uelis persequi et singula communi fide 10 imitari; nam quaedam praetermittere debes. Et poetica licentia pro 'materia' *materies* dixit; materies enim lignum est. *Publica materies* est, ut bellum troianum proprie tuum fiat et quasi a te inuentum si non uilissimis uerbis explicetur. — *priuati iuris e.* Fiet quasi tua. — *si non circa u.* Si non fe- 15 ceris carmen tuum speciosum et amplum ex alieno sensu; licet enim quaedam sumere, sed non multa. *Vilem:* i. e. uacuum inanem, quia uilem te facit totus orbis ad finem ductus i. e. totum carmen tota materia. Poema tuum uilem te facit si uolueris totum orbem circumire i. e. si totum poema mu- 20 tare uolueris alienum. — *patulumque.* Qui tibi patet ad dicendum. Id est: si non in iisdem uerbis sensibusque uerseris quae ab aliis dicta sunt ac magis interpres fias quam uerus dictor. — *orbem.* Cyclum dicit; namque κύκλον dicunt Graeci *ACR.*

25 132. *si non c. uilem p. m. o.* In eos dicit, qui a fine Iliados Homeri scripserunt et κυκλικοί appellantur; ideo et patulum orbem dixit *POR.*

4 scriptum. Materia iam dicta etc. *libri* 5 nunc *Fabr.* 11 materies dixit *etc. usque ad* ut bellum *om. cod.* 13 *post* explicetur *cod. Med.:* Ideo non debes persequi omnia — nec in has angustias *quae in Fabr. paulo post leguntur ad uers. 133* 14 priuati i. e. Fiet q. t. *om. cod. Med.* 16 et non *cod. Med.* (*Ceterum schol. ad hos duo uersus emendent alii*) 17 orbis i. ad f. ductum totum *Med.* orbis ad f. ducit totum *cod.* 18 materia. Id est si non iisdem etc. *(uide haec paulo post)* — dictor. — Orbem — Graeci. — Aliter: Vilem te facit poema tuum si uolueris totum orbem circumire i. e. totum poema imitari *hoc ordine cod. et Med. nisi quod haec in initio habet:* materia. Aliter i. e. 22 ne *pro* ac *cod. Med.* 25 dixit *Mon.* ad finem *Edd.* (scribserunt *Mon.*) 26 appellantur *Mon. et punctis subpositis cod. Om. Edd. Retinuimus et addidimus* et κυκλικοί; *sic demum*

133—135. *nec uerbum u. c. r.* Id ést: noli curare singula uerba interpretari ne facias poema tuum uile; interdum enim inueniuntur quae in latinitatem conuerti non possunt. Ideo non debes persequi omnia, quia sunt quae implere non possis aut quae conuersa in latinum placere non possint. — 5
nec des. i. i. a. Sensus est: Si quid transfers, non, inquit, fideliter est interpretandum i. e. uerbum ex uerbo nec in has angustias descendendum. Id est: noli aggredi locum difficilem unde te explicare non poteris, nec ita te imitatione siue aemulatione obstringas ut procedere uel progredi longius eru- 10 bescas. Nam pudor uetat nos a maioribus incipere et in exiguum desinere quia pudendum est inchoata deserere. — *aut op. l.* Operis lex est ut coepta perficiantur *ACR.*

nec uerbo uerbum c. r. Hoc est: non quaesieris ut ad uerbum commutes nec exprimere carmen sed magis sensus; 15 alioquin si quid transtuleris et pusillum erit et ineptum *POR.*

136—139. *nec sic i. ut s. cycl. o.* Aliud praeceptum; et hoc est quod praecipit: Noli a grauibus et ab elatis uerbis incipere; nam omnis poeta debet paulatim crescere. *Cyclicus* poeta est qui ordinem uariare nescit, uel qui carmina sua 20 circumfert quasi circumforaneus; aut nomen proprium Cyclicus et significat Antimachum poetam. Aliter: cyclici dicuntur qui circum ciuitates meant recitantes. — *fortunam Pr. cantabo,* inquit ille Antimachus. 1* — *quid d. t. f. h. p. h.* Id est: hoc cothurno. Quid dignum tanto prohoemio et tanto 25 ore possit afferre? — *parturient m.* Qui a maioribus partibus incipit et in processu uilescit dignus est risu *ACR.*

ideo *quod sequitur perspicitur* 4. 5 Ideo — possint *in cod. et Med. alium locum habere supra monui; at quae secuntur usque ad* descendendnm *hic repetunt cod. Med.* 6 *lemma* nec desilies i. i. a. *Fabr. non hic sed post* descendendum *habet* 6. 7 non erit inqnit fid. interpr. *Fabr.* 8. 9 Id est: noli — poteris *om. cod. Med.* 9 ita *om. Fabr.* 14 si non *libri; sed aut* si *ex* est *quod praecedit natum est aut excidit post* si *uel* interpretaris *uel simile quid* 15 exprimas *Fabr.* 16 alioqui *cod.* 18 praecepit *Fabr.* 23 eunt *Fabr.* meant *rell.* 25 prohemio *Med.* premio *cod.* prooemio *Fabr.*

1* *Antimachus*

139. *parturient m. n. r. m.* Graecum hoc prouerbium est:[1*] *Ὤδινεν οὖρος· εἶτα μῦν ἀπέτεκεν POR.*

140. *quanto rectius.* Homerus qui nihil incipit inepte. — [*molitur.* Conatur scribere] *ACR.*

5 143—146 *non fum. e. f.* Fumum ex fulgore facere dicuntur hi qui a maiori incipiunt.— *Antiph.* Lami filium dicit qui Formiarum oppidum condidit. Laestrygones sunt dicti saeui homines ex quibus fuit Antiphates. Dicit autem ipsos Laestrygones ad quos Vlixes delatus est qui humana carne
10 uescebantur. — *nec red. D. a. i. M.* Meleager et Tydeus fratres fuerunt. A n t i m a c h u s poeta reditum Diomedis narrans ab exordio coepit primae originis i. e. ab interitu Meleagri. Hic uero praecipit longo prohoemio non utendum esse. Superfluum itaque initium declinans Maro sic inchoauit:[2*]
15 V i x e c o n s p e c t u s i c u l a e t e l l u r i s i n a l t u m V e l a d a b a n t *ACR.*

146. *nec red. D. a. i. M.* A n t i m a c h u s fuit cyclicus poeta. Hic adgressus est materiam quam sic extendit ut uiginti quattuor uolumina impleuerit ante quam septem duces
20 usque ad Thebas perduceret *POR.*

147. *nec gemino b. tr.* Id est: a Castore et Polluce. Gemino autem utriusque sexus aut magno aut trigemino. Id est: nec troianum bellum coepit ab ouo ex quo geniti sunt Castor et Pollux. Et est *ὑπαλλαγή* gemino principio uel a
25 gemino ouo, quia Pollux quidem erat filius Iouis et Ledae, Castor uero Tyndari et Ledae. — *ab ouo.* A natiuitate geminorum Pollucis et Castoris qui ouo nati creduntur ex Ioue qui in forma cygni compressit matrem eorum. Bonus poeta,

1 uerbum *Fabr.* 2 *ωΔINeNOR (= POC) TIKTeTAI MYC · POC TANA eTeKe MYN sic Mon. ὤδινεν ὄρος τόνδίτεκε μῦν cod. ωδινεν ορος ετα μυν απετεκεν Pat. Med.* 4 *inclusa om. cod. Med.* 14 uitium *libri.* iuitium *corr.* 18 adgr. *Mon.* 19 impleuit *et paulo post* semptem *Mon.* 23 nec *om. cod. Med.* 26 a natiuit. — ouo *om. cod.* 28 illorum *cod. Quae secuntur:* Bonus *etc. usque ad finem scholii om. cod. Med. In eisdem haec sunt proxima:* abinde ordiendum quod graeci dicunt (cycnon *add. Med.*) Semper ad euentum *etc.*

1* *Graecum prouerbium* 2* *Aen. I 34*

inquit, qui uult describere reditum Diomedis principis Graecorum a Troia in Graeciam non ex eo tempore incipit narrare facta eius quo rediit uictor interfecto gigante Meleagro, sed potius ab incendio Troiae. Similiter qui bellum troianum narrat ex illo tempore non incipit, quo Iuppiter sub specie 5 cygni cum Leda Helenae matre concubuit, sed quo Paris Helenam rapuit *ACR.*

148. ***semper ad eu.*** Ita aperte principia dicit ut ex iis facile exitus cognoscantur. Ad euentum i. e. ad id unde ordiendum est, quod Graeci dicunt πρὸς τὸ προκείμενον, aut 10 semper ad finem festinat i. e. odit longa prohoemia. — ***festinat.*** Cogitans fastidium lectoris ad exitum operis properat; ideoque non est longius ab origine inchoandum. Sic Ilias Homeri a precibus Chrysae sacerdotis incipit et Odyssea a concilio deorum. — ***in medias res.*** Adducit poeta bonus au- 15 ditorem suum quasi ad nota h. e. ita a medietate incipit quasi superiora nota sint *ACR.*

150—152. ***et quae desp. t. n. p. r.*** Id est bonus poeta relinquit ea quae placere non possunt hoc est praeterit ea quae in tractatu ingrata sunt. — ***atque ita mentitur.*** Vt omnia 20 congrua uideantur. Docet quemadmodum falsa confingas. Nec ad uituperationem Homeri refert; nec enim ueritatem poetae pollicentur sed discrepantiam in eo quod fingunt uitare debent. — ***et ueris f. rem.*** Pro 'commiscet' mutata praepositione, ut: [1*] V t e r o q u e r e c u s s o pro 'concusso' [et 25 apud poetam: s i n o n u e r i s f a l s a r e m i s c e s pro 'c o m m i s c e s'] *ACR.*

9 Ad enentum — prohoemia *om. cod. Med. et in seq. lem. habent* Semper ad euentum fest. 14 crisidis *cod. (Hoc schol. cum seq. in cod. Med. sedem mutauit)* 19 ea quae — praeterit *om. cod. Ceterum huic schol. in cod. Med. haec praecedunt:* docet quomodo falsa confingas atque ita ment.] Vt omnia congrua uideantur 20 atque ita mentitur Homerus non ad uitup. Homeri refert — debent, ut omnia congrua uideatur *sic cod. Med. Sequens schol. om. cod.* 25 recluso *Med. in qua* pro concusso *deest* 26 *hic locus ex ipso Horatiano fictus esse uidetur (an forte ita scr.:* ut — concusso ita apud poetam: si ueris f. remiscet?)

1* *Aen. II 52*

153. *quid ego e. p. m. d. a.* Id est: quid libenter audiant omnes percipe o scriptor; i. e. quid quisque usque eo exspectet donec tollantur aulaea ad finem peractae comoediae. Si uis, inquit, expectare populum usque ad finem fabulae
5 tuae donec dicat actor: 'Vos ualete et plaudite'; et si uis, inquit, expectare plausorem donec tollantur aulaea mores uniuscuiusque aetatis obserua *ACR.*

154. *plosoris.* Et *plosoris* et *plausoris* legitur; nam et 'plodere' ueteres et 'plaudere' dicebant, ut 'claudere' et 'clu-
10 dere.' — *aulaea.* Qui ludos dabant aulaea suspendebant quae in fine ludorum deponebantur. *Aulaea* autem dicta eo quod in aula Attali regis inuenta sunt deuicto eo. — *manentis.* Expectantis *ACR.*

si plosoris e. a. m. Id est: Si uis te ab spectante audiri
15 donec aulaeum leuetur et donec is qui agit dicat: 'Vos ualete et plaudite', quae consummatio et comoediae et tragoediae est, haec intuenda sunt quae omnia subicit *POR.*

155—157. *donec cantor.* Id est: actor; i. e. donec finita fabula tollantur aulaea. Cantorem uoluit appellare eum qui
20 hoc in imo dicit. — *plaudite.* Haec erat consuetudo in consummatione tragoediarum. — *ae. cuiusque n. s. t. m.* Ac si diceret: Si debes loqui de iuuenibus non des eis proprietatem senum aliusue aetatis. — *mobilibus.* Id est: currentibus, quia semper labuntur anni. — *naturis.* Quae certis temporibus
25 mutantur, annis scilicet accedentibus. Et est magnum epitheton *mobilibus;* quid enim natura mobilius puero adulescente et maturo sene? — *decor.* *Τὸ πρέπον* i. e. decorum cuique proprium tribuendum est. — *decor n. d.* Ad aetatem rettulit *naturis.* Docet enim quemadmodum debeat uir loqui
30 et quemadmodum mulier *ACR.*

2 percipe o scr. *et* usque *et* tuae *et* ualete et *om. cod. Med.* 8 plausoris] Fautoris. Legitur et plosoris *Fabr.* plosoris. et plosoris legitur *Med.* *Vt nos cod.* 10 Antea qui ludos *cod. Med.* 12 deuicto eo inuent. s. *Fabr.* 12. 13 man. Expect. *om. cod. Med.* 14 plosoris *Mon.* plausoris *rell.* te adsentanto *codd.* te adstante *Edd.* te ab spectante *coni. Dillenb. l. l. p. 22* 15 aulaea *Fabr.* ait *Fabr.* 16 consumatio *cod.* 17 subiicit *libri praeter Mon.* 20 mimo *cod.* ĩmo *Med.* 26 mobilibus *addidi; item paulo post* decor

158—160. *redd. q. u. i. s. p.* Qui iam potest fari, ut Maro:[1*] ac ueras audire et reddere uoces, i. e. puer qui iam potest loqui. Sunt enim pueri qui quamuis agnoscant quaedam tamen non loquuntur, quale est illud apud poetam:[2*] Incipe parue puer risu cognoscere matrem. — *et pede certo.* Qui incedere potest iam firmo uestigio et incessu; nam infantes certum pedem non habent quia tremunt membra eorum. — *signat hum.* Imprimit uestigiis suis. — *paribus coll.* Cum aetatis suae aequalibus ludere. Sic scribendus est atque formandus ut cum paribus ludat, non cum sene. — *et iram c. a. p. temere.* Sine ratione; nam pueri et sine causa irascuntur et temere, illos decet iram deponere *ACR.*

161—165. *imberbis iuu.* *Imberbus* et *imberbis* sicut *inermus* et *inermis* inuenitur. — *custode.* Paedagogo. — 162. *gaudet equis c.* Vt Terentius:[3*] aút equos Alere aút canes ad uénandum. — *aprici.* Calidi patentis loci. — *cereus i. u. fl.* Facilis comparatio; i. e. pronus est adulescens ad uitium, aut quasi cereus ita flectitur in uitium aut flectit se. — *monit. a.* Odit monentes, contemptor paedagogorum. — *utilium t. p.* Tarde uidet utilia quae prosunt sibi. — *prodigus ae.* Sumptuosus. — *sublimis.* Superbus erectus; *cupidusque:* ardens ad omnia. — *et amata r. p.* Hoc est: uelox ad fastidium cupitorum i. e. leuis, inconstans, cito quae ante amauerat contemnens. Imberbes enim quae amant aliquando cito dimittunt *ACR.*

166—168. *conuersis stud.* Mutata uoluntate [i. e.] iam uir factus non est prodigus aeris, sed cupidus reponendi. — *inseru. h.* Ambitiosus efficitur, dat operam ut honorem acci-

6 et pede c. signat hum.] Imprimit uestigiis suis, qui incedere *etc. sic cod. Med. pro hoc et seq. scholio* 12. 13 iram *cod.* irasci *Med.* iram deponere *Fabr.* 14 sic *omisso uerbo* inuenitur *cod. Med.* 15 custode. Paed. *om. cod. Med.* 17 ad uenandum *om. Fabr.* 19 aut flecti deest se *Fabr. Sequens schol. om. cod. Med.* 21. 22 prodigus ae. Sumpt. *om. cod. Med.* 27 i. e. *recte om. cod. Med.*

1* *Aen. I 409* 2* *Bucol. IIII 60* 3* *Terent. Andr. I 1, 29. 30 (56. 57) Fleckeis.*

piat. — *commisisse c. q. m. m. l.* Cauet poenitenda eommittere
i. e. tiuet hoe facere quod postea laborabit mutare *ACR.*

169—174. *multa s. c. inc.* [*Circumueniunt*: opprimunt.]
Doeet quae sunt ineommoda senectutis, qui et laborant quae-
5 rere et quaesita aliquando non tangunt. — *inuentis miser.*
Ex sua sententia Horatius *'miser!'* inquit. — *abstinet.* Deest
se. — *ac timet uti.* Quia nescit quamdiu uiuat. — *timide.* Ni-
mium caute. — *gelideque.* Id est segniter et eneruate; quia
omnis eonatus senum imbecillis est. — *ministrat.* Agit gu-
10 bernat. — *dilator.* Quia per pigritiam senes semper differunt
quae facienda sunt aut spem longiorem habent uiuendi; hac
de causa parata non tangunt. — *spe longus.* Id est: eum sit
proximus morti ea tamen sperat quae longe sunt posita. —
iners. Timidus. *Auidusque futuri:* Cupidus futuri quia sem-
15 per senes timore mortis uiuere desiderant. Nam timor mor-
tis desiderium uitae est. — *difficilis.* Durus ad praestandum.
Quaerulus: iraeundus. *Laudator t. a.*: laudat tempora pristina
ad uituperationem praesentium. — *se puero.* Hoe est: in pue-
ritia. *Castigator*: increpator. *censorq.*: iudex obiurgator *ACR.*

20 175—179. *ferunt.* Id est: afferunt, ut Maro: [1*] Omnia
fert aetas animum quoque. — *anni uenientes.* Vsque
ad quadragesimum annum siue quinquagesimum uenire di-
euntur anni, inde iam abire i. e. reeedere. Omnes anni
uenientes dici possunt etiam qui senibus accedunt sed illi
25 praeeipue qui accessu suo et eorporis et animi augent uir-
tutem. — *recedentes.* Post mediam aetatem. — *ne forte u. m.
i. p. p. u.* Ne forte des uerba senum aduleseentibus aut
aduleseentium senibus. — *semp. i. a. a. m. a.* Hoc est: quae
haereant et eongruant et apta sint aetati. Et est iste ordo:
30 Semper in adiunctis et aptis aeuo morabimur i. e. moribus

1 Poenit. cauet com. *Fabr.* 3 *inclusa om. cod. Med.* 4 et qui lab. *Edd.* 6 dixit *pro* inquit *cod.* 7. 8 timide. N. c. *om. cod. Med. item in seq.* segniter et; *contra ibid.* ideoq. par. n. tangit *addunt post* imbecillis est 13 attamen *Fabr.* ea t. *rell.* 14 iners. Timidus etc. uitae est *om. cod. Med.* 19 castiq. increp. *om. cod. Med.* 22 siue quinq. *om. Fabr.* 26 Per *Fabr.* post *COM. CR. Om. hoc schol. cod. Med.* 27 ne forte des — senibus *om. cod.*

1* *Bucol. VIIII 51*

semper utendum est, ut puero adiuncta sit leuitas adulescenti feruor seni maturitas. — *aut a. r. i. sc.* Vt in Andria [1*] de puero aut in Eunucho de Thaide. Dorias uerbi gratia irascitur ante populum. Medea ingressa occidit filios suos, postea refert hoc ad populum. Vel: agitur res in scaenis 5 quando ostenditur Medea fugiens et iratus Orestes, refertur quando Medea docetur filios peremisse; neque enim praesens exhiberi potest Medeae parricidium. Vel sic intellegendum est: Quaedam in scaenis aguntur, ut puer expositus, uel acta referuntur, ut seruus e pistrino liberatus. Magis autem 10 ad animos nostros perueniunt quae fieri uidemus quam quae audimus. Non tamen omnia in scaena agi debent sed aliqua referri *ACR.*

179. *aut a. r. in scaenis a. a. r.* In tale transit *καθολικόν*: Duo sunt genera nuntiorum: alter est qui extra scae- 15 nam acta nuntiat, puta si filios Medea occidit nuntiantur statim Iasoni; neque enim decet hoc in ipsa scaena fieri; alioquin incipit actus uerus fieri non fabula; alter est qui in scaena commissa perfert extra scaenam, puta si adulterium Clytemnestra commiserit, ut hic quidem appellatur *POR.* 20

180—183. *segnius.* Tardius difficilius; *irritant*: Excitant delectant; *animos demissa p. a.* Citius mouent spectatores ea quae aguntur in scaena quam quae referuntur ad scaenam i. e. aliquis celerius potest discere uidendo et dare animum rei quam audiendo. — *quam q. s. o. s. f.* Quae au- 25 dimus saepe falsa, quae autem uidemus uera sunt secundum Stoicos. — *ipse s. t. sp.* Quia ipse mihi trado quod uideo et alter mihi tradit quod narrat. — *non tamen intus. Tamen* abundat aut: Quamuis magis delectant quae uidentur quam quae audiuntur, tamen dignam rem intus geri non facias 30

7 enim *et* sic *om. cod. Med.* 10 refertur *cod. Med.* 12 audiuimus *Fabr.* 15 alterum *cod. Pat.* ex scaena *Edd.* 16. 17 nunciatur Iasoni *Edd.* 18 uerus actus *Edd.* 19 profert *Edd.* 20 qui *pro* quidem *Edd.* 21 Tardius diff. *et* Excitant delectant *om. cod. Med.* 25 *hoc schol.* quam etc. Stoicos *om. cod. Med.* 28. 29 aut abundat aut. Quamuis *Fabr.* 30 ne *Fabr.*

[1*] *Terent. Andria et Eunuchus*

geri ante conspectum populi i. e. quamuis populus delectetur facta tamen non proferas in scaenam quae debent intus agi. — *multaq. t.* Id est: illa quae secreta sunt ne dicas i. e. noli multa describere, tantum loquenda dic *ACR.*

5 185—188. *ne pueros c. p. M. t.* Noli ita describere fabulas coram populo ut ipsa crudelitas sit praesens; *pueros:* filios more Graecorum; quorum nomina Medus et Mermerus. — *nefarius A.* Fabula ante exposita. — *Cadmus in a.* Cadmus et Hermione in angues conuersi sunt. Nam Hermione filia 10 Martis et Veneris dicitur fuisse. Dicuntur autem in angues conuersi propter occisum draconem qui erat Marti consecratus, ex cuius seminatis dentibus dicitur acies armatorum nata esse. — *incredulus o.* Hoc est: non credens sic debere fieri, ac per hoc sperno atque contemno *ACR.*

15 189. *neue minor neu sit quinto p. a. f.* Id est: non loquantur in fabula plures quinque personis *ACR.*

neu sit quinto p. a. f. Neue incipiat tragoedia plus quam quinque partibus impleri *POR.*

190. *fab. q. p. u. e. s. r.* Id est: quae uult posci a 20 populo et reponi spectanda ut denuo agatur i. e. quae uult in auctoritatem uenire *ACR.*

quae p. u. e. s. reponi. Ita illud dixit (supra u. 120): Si forte reponis Achillem, h. e. quae placere uult et iterum proferri *POR.*

25 191. *nec d. i. n. d. u. n. i.* Non debes inducere deum in scaenam in tua fabula nisi causa [sit] subueniendi aut puniendi. Aliter: tum demum, inquit, inferri debet deus cum digna res interuentu eius exprimitur, alioquin male ponitur [inter eos], ut: si quis seruum suum uult occidere; sed magis cum 30 filius patrem aut pater filium occidit. Item: Tunc, inquit, persona numinis debet interseri quotiens adeo difficilis res est,

5 heu (*i. e.* neu) *cod. in lem.* ne *Med.* nec *Fabr.* 6 sit illi praes. *cod.* pueros autem *Fabr.* 7 quorum — exposita *om. Med.* Medus etc. exposita *om. cod.* 15 quinto neu sit *Fabr.* 15. 16 loquatur *et* plus *cod. Med.* 17 quinto neu sit *et hic Fabr.* Neue *post lem. Mon. et punctis sub* ue *positis cod.* (tragoediam *codd.*) 22 Ita *addidi* 26 sit *om. cod. Med.* 28 exprimitur *cod. COM. CR.* exponitur *Edd.* 29 inter eos *inclusi et* ut *ex COM. CR. addidi* 31 quoties *Fabr.*

ut non nisi interuentu numinis explicari possit; ut habemus apud poetam, ingressum fuisse Turnum castra troiana illicque multas caedes impune fecisse; incredibile est solum ista omnia implere potuisse; uidit hoc poeta nimis arduum et subiunxit:[1*] Huic Iuno uires animumque ministrat *ACR.* 5

nec deus i. n. d. u. n. i. Tunc demum, inquit, inferri debet deus, cum digna res interuentu eius exprimitur, alioquin male ponetur, ut [in eo]: si quis seruum suum uoluerit occidere; sed magis cum aut filius patrem aut pater filium occidit *POR.* 10

192. *nec q. l. p. l.* Quartam personam quando inducimus aut omnino non loqui debet aut pauca. Non dixit 'taceat' sed 'non laboret loquendo', quo apertior fit dictio. Inducitur autem quarta persona aut ut annuat aut ut ei aliquid imperetur *ACR.* 15

nec quarta l. p. l. Tres enim personae tragoediam itemque comoediam peragunt; si tamen quarta interponitur non loqui debet sed adnuere statimque dimitti *POR.*

193. *actoris partes c. o. u. d.* Ita debet unusquisque recitare fabulas ut audientes laudent eum suumque officium 20 laudando protegant ab accusatoribus. Quando uir agit uirorum chorus debet induci. Chorus, inquit, non multarum personarum actus defendat sed unus suscipiat. Non ideo multarum personarum partes suscipiat quia in choro multi sunt sed uirilem partem tueatur h. e. unius uiri. *Virile* autem non 25 aliqua re astuta sed quod unumquemque contingit. Est autem ordo: Chorus defendat partes actoris et officium uirile. Alii sic exponunt: Etiamsi mulierum sit chorus eodem nomine appellatur nec interest aliquid, an mulierum sit chorus an uirorum, dummodo uerba conueniant. — *defendat.* Tueatur 30 *ACR.*

3. 4 ista omnia *cod.* ista nōia *Med.* ista sine numine *Fabr.* 5 Nunc *pro* Huic *cod. Med.* 8 ponetur in eos *Mon.* ponetur *ead. m.* in eos *ad marg. scr. cod.* ponetur ut in eos *Fabr. Med.* ponetur et meas *Pal.* p. ut in eo *ex Veneta 1559 Dillenb. p. 22* 12 non omnino *libri* 18 adnuere *Mon.* 21 quando autem *Fabr.*

1* *Aen. VIIII 761*

act. partes ch. o. u. d. Id est: ne uiris agentibus feminarum inducatur chorus neue feminis uirilis, sed agentes ex usu has partes custodiont *POR.*

194. *neu quid n. i. a.* Mire dixit; neue, inquit, ipse
5 chorus inter medios actus aliquam rem cantet incongruam, i. e. id canat quod ad praesentem rem aptum sit, ne chorus aliquid discrepet ab argumento neque aliquid inter medios actus debet absurde cani i. e. inter actus uiri ne inducas chorum mulierum *ACR.*

10 197—201. *et regat irat.* Id est: compescat mitiget. Docet qua causa chorus debet induci: ut faueat bonis ot consilietur amice. — *peccare tim.* Innocentes. — *ille dapes l. m. b.* Laudet epulas moderatas et frugalitatem. — *salubrem i.* Quia semper incolumis salus est ubi iustitia. — *et apertis ot. p.*
15 Id est 'in pace', quia in pace portae patent, ut:[1*] P a n d u n t u r p o r t a e, ut e contrario:[2*] q u a e m o e n i a c l a u s i s F e r r u m a c u a n t p o r t i s. — *ille t. com.* Celet credita sibi i. e. non palam faciat credita consilia. — *miseris.* Ad miseros. — *fortuna s.* Bona; nam est et mala, ut:[3*] H a e c t r o i a n a
20 t e n u s f u e r i t f o r t u n a *ACR.*

202. *tib. n. u. n. orich.* Docet procedento tempore multa mutari. Tibia enim ante non erat neque ita ornata neque tam multis foraminibus. Modo uero tubae aemula et ornata est et tam multa habet foramina ut sonet quemadmodum tuba.
25 Ostendit autem luxuriam recenter ot ambitionem natam esse antiquitatem uero seueram fuisse. Nam prius tibia non erat ambitiosa nec multis distincta foraminibus. Varro[4*] ait in 'III Disciplinarum' et 'ad Marcellum de lingua latina': q u a t t u o r f o r a m i n u m f u i s s o t i b i a s a p u d a n t i q u o s; et se ip-
30 s u m ait in templo M a r s i a e u i d i s s e t i b i a s q u a t t u o r

2 nec *Fabr.* uere *Pal.* neuo *codd.* 6 non sit *Fabr.* 11. 12 amice *cod. Med.* i. e. consilium det amicis *Fabr.* 12 ille dapes — frugalitatem *om. cod. Med.* 15 Id est pacem *Fabr.* 20 steterit *cod.* steterat *Med.* fuerat *Fabr.* 21 Docet qua causa terrore multa m. *cod. Med.* 23 tubae aemula *om. Fabr.*, *post* foraminibus *habent cod. Med.* 25 et amb. rec. *Fabr.* 27 *aut* in *aut* III *om. cod.* in III discipl. *om. Med.*

1* *Aen. II 27* 2* *Aen. VIII 385* 3* *Aen. VI 62* 4* *Varro in III Disciplinarum et ad Marcellum de lingua latina*

foraminum. Quare quaterna tantum foramina antiquae tibiae habuerunt; alii dicunt non plus quam tria *ACR.*

tibi n. u. nunc orich. uincta t. a. sed tenuis. Colligit priore tempore certiore lege scriptas esse fabulas quam hoc saeculo. Nam nec tibia qua intercinitur aut tam pretiosa 5 erat aut tam magna quam nunc est quae orichalco ornatur quod simillimum bracteae aureae est *POR.*

203. *simpl. foramine p.* Terna enim tantummodo foramina habuit antiqua tibia *POR.*

204—207. *aspir. e. a. c. e. u.* Id est: Paucis spectan- 10 tibus sufficiebat, inquit, breuis tibia ad sedilia populi complenda quae eo tempore adhuc non erant spissa atque densa. — *atque nondum s. n. c. s. f.* Nondum erat utilis tibia ad sedilia populi complenda i. e. complere flatu sua spissa theatra uel aures omnium spectatorum; adeo erat tenuis et sonus eius uix 15 audiebatur per totam scaenam. — *quo.* Id est: ad sedilia explenda; i. e. ad theatrum pauci spectatum conueniebant. — *numerabilis.* Paruus quia numerari poterat *ACR.*

208—211. *postq. c. a.* [*extendere u. e. u. l. a. m.* Id est: Postquam uictoria multas occupauit ciuitates nata est luxu- 20 ria. — *uinoq. d.* Quia diurno uti consueuerunt uino quod nocti et cenae magis conueniret]. Id est: Postquam coeperunt homines ita epulari ueluti in festis diebus et postquam coeperunt impune uti conuiuiis quasi sacris cenis creuit luxuria. — *placari genius.* Deest *coepit*: postquam coeperunt 25 natali deo sacrificare. — *festis.* Quasi festis. — *impune.* Id est: non contradicente aut lege aut moribus. — *accessit num.* Quia

